

VERSUS QUOS IULIUS CÆ-  
SAR SCALIGER ANIMÆ SVÆ  
profecturę dixit.

*Egre dere, o miseris multum defuncta ruinis,  
Egre dere: & seruis seruitia regna relinque.  
Aude, hostes, tenebris horrendi imponere finem  
Exilij, & patria speratas quarere sedes.  
Tristes exunia, falsęque incommoda lucis,  
Isthic nunc fera turba iace: nos libera cœli  
Pignora promisso iam iam potiemur olympo.  
Tu modo, nate Deo, rerum pia victima lesu,  
Aspice nos, qui cuncta animas: spes unica: mortem  
Exue morte noua, atque noua vita indue vitam.*

EIVSDEM SCALIGERI  
EPITAPHIVM A  
se compositum.

*Extulit Italia: eduxit Germania: Iulij  
Vltima Scaligeri funera Galus habet.  
Hinc Phœbi dotes, hinc duri robora Mariis  
Reddere non potuit nobiliore loco.*

SOPHO-



I V L I I  
Cæsaris Scaligeri

VIRI CLARISSIMI

POEMATA

in duas partes diuisa.

*Pleraque omnia in publicum iam primum prodeunt:  
reliqua vero quam ante emendatius edita sunt.*

SOPHOCLIS AIAX LORARIVS STYLO

Tragico à IOSEPHO SCALIGERO  
Iulij F. translatus.

*Eiusdem Epigrammata quadam, tum Græca tum Lati-  
na, cum quibusdam è Græco versis.*



Apud Petrum Santandreaum.

M. D. XCI.

POEMATVM INDEX.

Prima parte continentur.

<i>Apicula, ubi Epistola,</i>	I
<i>Nemesis,</i>	59
<i>Teretismata, ubi Satyra,</i>	76
<i>Nova Epigrammata,</i>	113
<i>Farrago,</i>	150
<i>Thaumantia,</i>	224
<i>Arte Fracastorea,</i>	256
<i>Nympha indigena,</i>	272
<i>Adamantij Catelli tumulus,</i>	391
<i>Heroes,</i>	307
<i>Archilocus,</i>	329
<i>Heroine,</i>	358
<i>Hipponax,</i>	385
<i>Sidera,</i>	458
<i>Anacreontica,</i>	472
<i>Lacryma,</i>	526
<i>Enigmata</i>	546
<i>Vrbes,</i>	582
<i>Logogriphi,</i>	614
<i>Manes Catulliani.</i>	634

Alteravero

<i>Ata,</i>	3
<i>Hymni,</i>	79
<i>Epidorpidum lib. VIII.</i>	108
<i>Deregnorum euerstonibus.</i>	325

LECTORI.

Quoniam autem in poematum mentionem incidi, operaprecium visum est reliquorum viri doctiss. operum indicem subiungere: ut te de eo, quod sperare possis, certio-riorem facerem.



# OPERVM IVLII CÆSARIS

SCALIGERI INDEX.

quorum pars edita est, pars intercidit, pars adhuc in scriniis est.



Edita.

- Oratio in Des. Erasmi Dialogum Ciceronianum.
- Oratio in eundem, qua se prioris asserit auctorem.
- Oratio in Luctu Audecti filioli.
- Commentarius in Hippocratem de insomnijs.
- De causis lingue Latine lib. XIII.
- Exotericarum exercitationum liber XV. in Cardanum de subtilitate.
- Commentarius in libros duos de Plantis, Aristotelis vulgo attributos.
- Commentarius in libros Theophrasti de causis.
- Poetices libri VII.
- Poemata.

Perierunt.

- Originum libri CX.
- Exotericarum exercitationum libri XVI.
- Nobilium exercitationum libri XV.
- Familiarium exercitationum lib. V.
- De re equestri libri III. surrepti a pedagogo liberorū.
- De ornamentis oratoria lib. III. surrepti ab amanuēsi.
- De semine genitali lib. VII.

De

- De re herbaria cum picturis lib. XX.
- Poemata Græca, quæ inscripta erant sepulchris.
- Ad Iac. Grisolum, Maioragium, & Calcagninum sive libros Cic. de officiis.
- Epistola post mortem eius collecta.
- Commentarius de vento.

Superfunt.

- Commētarij in libros Aristotelis de historia animalium.
- Castigationes in libros Theophrasti de historia plantarum, quas adhuc Robertus Constantinus suppressas retinet.
- Problemata Gelliana.
- Oratio funebris pro iis, qui strenue pugnando contra Turcas ad Viennam perierunt.
- In μικρὰν τέχνην.
- In librum de Spiritu.
- In Cardanum de rerum varietate.

\* 3





IN IVLIVM CÆSAREM  
SCALIGERVM VIRVM OMNI  
laude cumulatum

Epigramma.

*Cæsar, Aristoteles, Maro: Mauros, Pallas, Apollo,*  
Tres sub sole viri, tres super astra dij  
Te genuere: vel hos genuisti Scaliger vnus  
Tres sub sole viros, tres super astra deos.  
*¶* mo omnes superas vnus, quos fama sacravit,  
Et sub sole viros, & super astra deos.

In eundem.

*Extulit os sacrum vt terris claro inclytus ortu*  
*Scaliger, os Phœbus condidit arce poli.*  
*Phœbe, quid ignigenos, lustras quibus omnia, vultus*  
*Condis? An hæc noua lux: clarior igne tuo?*

IN IVLIVM PATREM  
POETAM INCOMPARABLEM,  
& Iosephum F. paterni ingenij  
expressam effigiem.

*Scaliger aut pater, aut proles se carmine dicat:*  
*Scaligero solus Scaliger apta canit.*  
*Scaligero patri par nemo: simillima proles,*  
*Tam patris similis, quam pater ipse sui.*  
*Scaliger & pater & proles ambo vnus in vno: aut.*  
*Est pater in nato, aut in patre natus erat.*

ANDR. MELVINVS  
Celurcanus.




HOS VERSVS LIBRORVM  
suorum fronti Iul. Cæsar Scaliger  
præponebat.

*Βάρβαρος ἐπέλομαι, ἀλλ' ἐδέ τε δύχομαι εἶ),*  
*Οὐδ' ἀν' ἀμειψαίμην πρὸς Κροθίωνα πάτεραν.*  
*Ἦν ᾗ Σικελανῶν θείων γένος, ἔρνος Ἄρπος,*  
*Ψοῖβον ὄλον κατέχων, σήθεισι, πᾶν γμα τύχης.*








M. LII CÆSARIS SCA-  
LIGERI APICVLÆ

A D  
VIDVM BRASSACVM  
PRÆSIDEM BURDEG.

Dedicatio:

 *Vas veteres olim Gray cecinere ministras  
Legifera latices Cereri aggeſſiſſe liquentes:  
Rorilegæ tibi mella ferant ſi Vide puella,  
Suauia neſtareo mulcentes verba ſuſurro:*

*Quo ranci tibi torua fori faſtidia tollant:  
Ecquid gratum erit? & veniam fortaſſe mereri  
Sunt verita: ingenuo ſuffuſe q̄ ora rubore,  
Dum prodire volunt, cupiunt in luce latere,  
Ancipites, hominum quo ſe ſententia verſet,  
Tam varia, & tanto inuidia ſuffecta veneno:  
Vi liceat vix ſupplicium expectare: quod auſa  
Atterere audaci morula tanta otia, quanta  
Succidis de iudiciis, ſtudiisq̄ ſeueris:  
Atq̄, in ſecefſus furtim traducis amœnos.*

*Nam velut iratos pelagi cum nauita vultus  
Pertulit: & redit optata ſpes blanda quietis:  
Tum freta ſi poſuere, minas oblita priores:  
Quaſſas ſarcit opes animi ſatur. atq̄, ita ludo,  
Et cantu indulget: quaſi ſemper ſorte ſecunda  
Vſus, odoratas figens in puppe coronas.*

*Sic & ubi sapiens rabide fera murmura sortis  
 Excussit victor: simili post illa tenore  
 Nec leuis exultat, memori nec tangitur Ata.  
 Et nunc consiliis dubiis inuoluitur acer:  
 Nunc opus ex illis, quantum res exigit, ambit.  
 Seu sua suppetias poscant, siue oret amicus.  
 Perfunctus quibus, in vultu stans semper eodem,  
 Aut multo non absimili, conuertitur ad quæ,  
 Felicem Genus cali vocat, ille minaces  
 Aut legit historias: quo sese efformet ab illis:  
 Aut Heliconæ quatit, quo motu percitus ille  
 Fundit ab ignoto mellitos fonte fluores.  
 E quibus ipsa mihi nunc haurit Apicula: quæ te  
 Audet ad ingenuos leuis inuitare liquores.  
 Næ refugis tennesque sonos, humilesque camænas,  
 Mollia sectantes, & humi repentia verba,  
 Non plebeia tamen, suauis nec inania succo.  
 Fletere, & aligeræ Cereris Brassacæ puellas  
 Ad te admittit libens, pro tibi fonte recentis  
 Turba faui liquidos lauces operata laborat,  
 Floribus e summis detergens sedula rores.  
 Illa volat tibi iam. Viden? ut pernicious alis  
 Explicuere aciem plenis examina nimbis?  
 Augustumq; caput placidis cinxere choreis,  
 Innumerum? Quin vera canam, quin mella tibi illa  
 Nulla ferunt: sed adulantur, quo dulcicia possint  
 Sublegere, alitiloquo quæ isto populentur ab ore,  
 Libantes placide, nuum, lucemq; verentes,  
 Mella mihi ut referant, quouis potiora metallo.*

Quare versus faciat.

*Si mea mens vlla potuit ratione moueri:  
 Næ versus facerem, seu signis mollia captans*

*Otia, seu metuens criticos, samamq; sinistram:  
 Abduxissem animum, cœnas sectatus & aulas:  
 Priuatus ne domi distenta in pelle quiessem,  
 Sed nos nunen agit: quodcunque est illud. Opinor  
 r a satum dixere: aliis fors nomine dicta est  
 Sic, quasi de cumulo cuiq; enenisse, quod urget.  
 Hinc amens se nauta premit: sibi perditus instat,  
 Vt sit lucro aliis, funestæ dedicat hora  
 Miles honoratam vita sic prodigus auram.  
 Et metuit non velle mori, decus id putat vnum,  
 Haud vixisse: nisi in stolido moriatur honore.  
 Ergo hoc, siue datum est, dandi fuit vnde potestas:  
 Seu temere arreptum est: nec habet prudentia laudem  
 Amissi imperij miserum hoc solamen anbelo.  
 Vt taceam, quam sollicito de gurgite rerum,  
 Heu quibus infelix animus male fluctuat, isto  
 In portu recreet Phœbi spirabilis ardor.  
 Et iuuat, e terricis Stagiritæ labirynthibus  
 Egressum, mediocri aurâ, leniq; foueri.  
 Quæ mihi musarum tenero de pectore surgens,  
 Aspirat requiem in cura hac, blandiq; labore.  
 Quod si non aliis multo certamine famam  
 Affectatam, etiam extortam, tenuisque & ineptus  
 Asequar: id nihil est, non hoc peto, id ambio, ut vnus  
 His procul a populo videar vixisse profano.  
 Mortis contemptus, & constantia.  
 Quando erit: ut vitrei propter vada, torua Garumna  
 Dispicerè inter nos liceat primordia mundi?  
 Aut cur hos titulos, Mileti magnus alumnus  
 Vindicet humori, restituis cur incita metis  
 Oceani se aliter vis infert hic, ubi regnas,  
 Atq; aliis Brassacæ locis. Quæ denique origo*

Sit fluuiis fluctu maria ut suspensa tumentis  
 Ad plenam insurgant, veluti pragnantia lunam.  
 Post hæc, aut prius: ut deceat nos viuere, nanque  
 Et scire, & facere, efficiunt nos esse beatos.  
 Vtrum defuerit: tantum hinc decedat, oportet.  
 Principio ut mortis contemptus vita sit, atqui  
 Si vitam tanquam moriturus, non moriar tum,  
 Cum moriar, moriatur, semper qui viuere credit.  
 Scilicet hic vulgo diffusus territat horror  
 Obscuras mundi maculas, animasque minutas:  
 Cum nihil ex aliquo fieri, timere futurum.  
 Cum tamen is timor acer adest, mors acris abest: cum  
 Mors aderit, timor ille aberit. dirimit procul unum  
 Punctū, ac momentū, ut nequeant simul esse. Quid ergo.  
 Si non sum, patiar? si sim, mutatio nulla est.  
 At terra incutiunt mihi tartara dira pericla.  
 Falle vafer vitam: falles quoque tartara, nanque  
 Si desideria efficies virtute minora:  
 Candida perpetuis sedes promittitur astris.  
 Quocirca non sunt longissima secula vite:  
 Sed sunt optima de superis optanda, nec ipsi  
 A precibus: sed consiliis, sed luce bonorum  
 Inculcata operum, paruo contentus, & intra  
 Me, euadam magnus, ferar extra, atque arduus ultra  
 Naturas humiles, sperati compos honoris.  
 Quem non ambitio, vani nec opinio vulgi  
 Darve, adimirve mihi, sed ego, ac vis prouida cū Diis.  
 Contra fortunam nullus fit firmior, agger,  
 Nullus obex, nullus castrensis ericinus, atque  
 Nil nimium velle, & modicis assuescere. Quantum  
 Dat natura feres semper, nunquam auferet illa,  
 Donec te amoueat curis mordacibus: vnde

Sit

Sit lucro exoluisse pedes: & ad athera veram  
 In patriam ascisci felicitis cinibus aula.

Quare scribat.

Inter honorata studium sapientie, & illas,  
 Huc ad nos que sunt demissa celius, artes,  
 Que mi explere queant animum, satiareque nunquam,  
 Hoc etiam blanda decus immortale camæna  
 Exercere aliqua libuit, ne cassus, & expers  
 Sive his munditiis, cultu que aptantur honesto:  
 Sive bonis essem: que circumducere fatum  
 Imperio suerunt sauo: & subducere mortem,  
 Corporibus que lege venit natura, animisque  
 Ignauis: qui se exuerint, hominēque simul. Nam  
 Plebs moriens aliis, moritur, verum & sibi viuens.

Propterea te versiculis Brassæe saluo  
 Sæpe meis, verbis cum possim lege soluis  
 Commodius, verum mirum quantum bene culti  
 Sermonis famulum si uis me captat amor: quem  
 Non delere melius, non deterere labor quit:  
 Ne risum moueam, ne frustra obnuier ausim.  
 Nam quanquam Romæ externum me barbara tellus  
 Extulerit: tamen in de ad eam mens me appulit audax,  
 Et ciuem fecit: quantum ad linguam attinet ipsam,  
 Nam ipse & Romanus lingua in patria est peregrinus.  
 Moribus antiquis tam distans more suo, quam  
 Longe est verus homo a ficto, & viuente cadauer.  
 Vix uia Roma sui, atque sui est nunc nominis umbra.  
 Quo fit ut in vitis placeat sibi, & ipsa relinquat  
 Sermonis patrij veris monumenta Latinis:  
 Qui Latium frugique animo fixit, atque venusto,  
 Et virtute queunt representare vetustum:  
 Nec minus exculia disponere carmina lingua.

Quos inter si me vel dignum nominis aura  
Vide, putes: iam non factorum poenitet: ai am,  
Affirmemque tuo talem Brassace periclo.

Petit librum Lili Gyraldi de poetri

Postquam animum induxi, nil pratermittere, quod sit  
Ad bene viuendum conducibile, atque beate:  
Omnia perreptans vestigia me angulum in omnem  
Insinuans, pau mentem farragine multa,  
Et varia: possem in veri si intingere nectar:  
Exiricans rectum e curuis, infensus iniquis.  
Quare etsi medicus, mediastinusque Lycei,  
Attamen haud etiam nugas dedigner ineptas.  
Ambitio seu nos satiat Germanica praeceptis,  
Inuersis temere plagis, scopisque solutis:  
Seu cunctatores spes elisere necando.  
Fixum etiam in triuuis contemplor saepe numisma:  
Haud equidem ut tollam: verum ut dignoscere possim.  
Tanto impensius admiror, venerorque, quod acri  
Et cura, & meditatio feri te iudice palmam:  
Cui nihil intactum est, incompertumque remoto,  
Quicquid factio dissidiis hirsuta proteruis  
Mordicus aut retinet, aut aspellit stomachose.  
Quocirca egregios inter, lectosque labores  
Hoc onus adiuta, tamen etsi iam grauis annis,  
Quod curuis humeris gesto. Quod, nuaris? ut vnde  
Lux aliis orta est, ne sit mihi fama tenebra.  
Quod per te factum est antehac: ne desere quaso  
Officium. Vt sicut librorum saepe me egenum  
Barbarico in populo marentem, Vide, leuasti:  
Oratus mittens mihi tum qui forte deessent:  
Nunc iisdem facias. Nempe ardeo scire: poetis

Lilius

Lilius in Graecis quid senserit, atque Latinis,  
Ergo hoc in te uno est, ut possim consequi: & isti  
Nunc habere operae: cum Saturnalia prisca  
Inter inhumanas curas bene grata propinquant.

Damnat Stoicorum duritiam,  
& omnia extrema.

Omnibus in rebus, quas natura ambitus arceat,  
Regnum agitat recto gaudens sapientia. totis  
Imminet ignaris veri Fortuna, pigrisque  
Ventribus, & Veneris famulis, umbrisque macelli.  
Illa voluptatis falsa, pinguisque quietis  
Inspirat virus, torquens restum, atque retorquens:  
Qua nos saltatum ductet, sic somnia vulgo  
Vera videntur: ut imponit sibi stultus, opinans  
Nil crepidam supra esse hominis, verum alter ab isto  
Sese infert longe, verum diuersus in orbem.  
Nanque isth. x. falso bona credita vera popello  
Si non accipiat: faciet sibi, largus opum: etsi  
Mi videatur inops. Ita sunt extrema secuti.  
Ille sibi indulgens ignauro: hic omnia versans  
Ecce autem medius, qui se contentus, amico  
Quam det, habens operam, plusquam sibi poscere curet,  
Secura habitans, praesens sibi, nulli alienus, in omni  
Ipse loco locus, atq; in tempore tempus, & omnia  
Omnibus, atque sibi, atq; aliis, suus intus & extra.  
Quis fit, ut huic nostro nullam det porticus umbram:  
Sed pacietur ad abducti laurera Lycei.  
Nan quid hoc est hominis, nullus qui tollere curet  
Lassum hominem in foueam, clamantem voce diserta  
(Quin sine voce etiam miser est facundus in ipso hoc)  
Supetias? tum praeter ea mens iste ab utroque,  
Conoreque, atque animo eductus, non curet virumque.

Curet item, quod utrique bonum, quod utriq<sup>3</sup> necesse est.  
 Quatenus, atque quoad liceat, quod profore credat.  
 Non quod ab excessu, aut defectu possit obesse.  
 Nam medi<sup>3</sup> soboles est sacrosancta voluptas.  
 In quencunque gradum sibi se subduxerit, inde  
 Fit spuria: & patinas Epicuri, ac pemmata lingit.

Cacozelia Fernelii, & fucantium fa-  
 cros libros.

Nulla mihi omnino rerum Brassace videtur  
 Plus auersari mundum meretricis, & auram,  
 Quam matrona facit. Quo se plus fucet, eo plus  
 Palleat, & plus, quo plus implet, eo fit inanis.  
 Rideo, si medicus spurca de fece loquutus  
 Ampulletur: & a decimo vix ordine quoque  
 Verborum expressit verbum, quod fecerit ad res.  
 Interea expecto sudans, quid ructet ab ampla  
 Bulla. Sic sitio, sicut & nihilominus illa  
 In mediis intercus aquis oratio putris:  
 Tympana vana sonans tumidi ventosa parentis.

Hoc tamen est aliquid: cinnos, & calami stris  
 Arti rusticule spinthera, stalagmia, inaures  
 Indere, & armillas. non auersabor ineptus:  
 Si fruges Arabes animauit rore Latino:  
 Aut Arabes, aut quæ Grauis peperere coronam.  
 Verum animi pendens misere ne torqueat, heus tu  
 Pasce: nec occide, occidet mora. tolle: sequar te.  
 En quocunque voles captiuum hinc auribus abdu.

Quod si quis monet: ut mi animi det iura modesti:  
 Ferre docens: ferri sicut mea crimina vellem:  
 Accipiam, & patiar, modo ne extorquere paret mi  
 Landes, ut veniam, ignoscam: laudare recusam.

Et

Et inbeam, hunc sibi plaudere, me populoque silente  
 Parietique in proprio sibi conduxisse theatrum:  
 Quod nec posteritas, nec nostra hæc sæcla rotundent.  
 Tanto Vide minus, plus inuiusque legam, quæ  
 Cantibus in sacris ioca confundere profana  
 Nympharū, & Protei, idq<sup>3</sup> genus sic monstra nefanda.  
 Nec recinam Solymi sancto qua Regis ab ore  
 Scita, excepta insuauibus inuoluere camœnis,  
 Dum numeros misere metuunt vastare Latinos:  
 Et numeros, & res deprauauere propheta.  
 Ergo ego, cum me calestes reuocabit ad arces  
 Spiritus a mundo hoc, patefactaque flammea gazæ est,  
 Aditum tacitis incensus vocibus, ardens  
 Præ desiderio patriæq<sup>3</sup> patriisque videndi,  
 Pro vitulo mentem imponam fatalibus aris.  
 In quibus haud fundat teneram cum sanguine vitam  
 Hostia, quod priscis olim vetus illa fuerat:  
 Amissam reparet sed Christi in sanguine vitam.

Vitæ partem describit, & de fama.

Si queris, quid agam, pius, officiosus amicus,  
 Ut solet, ac te æquum est: cape. Somnus mi aufugit. Ille  
 Nulla ope naturæ, nulla vult arte teneri,  
 Sive tenere: nec illectus modo tangere. Quare  
 Paulatim consumor, inops succi, atque salutis.  
 Et male tabentes artus deformat egestas,  
 Emacians, carpens quodcunque hoc reliquiarum  
 Siuerat arthritis rugosam insternere pellem.

Ne tamen hoc credas, curas indicere bellum,  
 Aut patrij desiderium, & spes mortua celi.  
 Ne quod re meliore epulas struat orphnus, hirudo  
 Pupilli, ac vidua. Vetus est amissa cicatrix

*Amisse sedis, facta est obliuio virtus.  
 Seque propinare heredi dementia pura est:  
 Fors inimico etiam. Nihil horum mi officit. illud  
 Subuereor: ne sit promptum surrepere virus  
 Ambitio: fama sitis immortalis. at hoc quid?  
 Sive aliquid sumus: ut verum est: nam quid mihi lati  
 Fama ferat merenti abitum sub tartara. celo  
 Si potior: quanti est ad eum hic respectus inanis?  
 Quid tum animis mihi sit: si non sim? absiste moueri:  
 Seu sis, seu non sis: nihil horum pertinet ad te:  
 Postquam hic non fueris. Dum sum: cur exgo laborem  
 Vt non sim, quasi post, ubi non sim, simq. futurus.  
 Me tamen hac febris tenet, & sine fine tenebit:  
 Vt stulte, ac misere sumus omnes relligiosi,  
 Omne hominum genus. Hoc dempto, non lenior infans,  
 Sedulitas mercatori non maior: opella  
 Promptior uxori praestatur diuini: amico  
 Non praesto magis ullus. Amor cum simplicitate.  
 Ne me forte putes: quod agit pars maxima, rerum  
 Affinem illarum: quas fert morosa senectus.  
 In controuersis medium seco, iudico parcus:  
 Nec mihi, sed rationi: aut quod ratio esse videtur.  
 Milito, securus, quid mordicus hic tenet, aut hic.  
 Sic mi etiam in somnis, quod rectum est, personat auris.  
 Postquam ex ore Dei demissum calitus hausi:  
 Aeterna referens speciem vite, atque colores.  
 Sic sum, cui videar forte haud incommodus, uti  
 Me liceat, tibi praesertim, qui solus, & vnus  
 Literularum praesidium es, porusque quietus.  
 Nam populo si displiceam: hoc placuisse merebor.*

### Causidicus & medicus.

*Si meret hoc medicus, quod creditur esse bono, cui  
 Praestat*

*Praestat opem: contra, quamam cruce dignus habetur,  
 Si morbum prolatur: eo non more, Tuellus  
 Quo solet, ignarus rerum, officique salubris:  
 Verum ut plus habeat: verum ut plus soluere possit  
 Extorta a miseris lati diuergia fundi.*

*Si litem peperit rabiosa insania dura  
 Cervicis, mala mens, ingrata superbia: (morbo huic  
 Quis similis, quis par morbus?) me prouehit atra  
 Bilis ad artificem scelerum, consultus haberi  
 Qui iuris peiit. huic narro, quodcumque videtur  
 Esse opera ad causam. laudat: sterilemque mihi spem  
 Pregnantem facit, at pariet mille illa dolores:  
 Mille neces: ab eo. atque huic aduersaria qua sit,  
 Afferri iubeo a famulo. Conuenit eundem  
 Nomine mutato: laudat nihilominus. Ulro  
 Irritant timidos, si quem cessare verentur.  
 Hoc me deduxit dubie ad confinia vitæ:  
 Paupertas sit opes? opulentia nil sit habere?  
 Haud aliter tutus viues. Sic turba canum te  
 Latrat. conficiet, redimas nisi te ocius offa.  
 Elige: an esuriens malis, miserande, perire:  
 An rodi satur. In medio nil denique tutum:  
 Nil & in extremis. Ferrum si desit: at ipsa  
 Se arrodunt lima. Nusquam comœdia prouit  
 Spissius, aut risum densa exceperè theatra,  
 Quam duo causidici propriis de rebus: acerbis  
 Cum certant odiis, controuersantibus illis.  
 Rudere tum credas medicos de pelle caprina.  
 Qui dum ringuntur prima de sede rumentes,  
 Praeq. rogatiua: atque Latina vocabula captant:  
 Interea egrotus, cuius res vertitur, & cui  
 Conducti assistunt, frustra hac certamina damnans*

*Detestatus eorum effœta voce querelas:  
Ignota extinctus testatur morte furorem.*

### De Lucretio.

*Risi, quem veneror, nuper Brassæ canentem  
Principiorum alios, aliosque ex ordine motus,  
Lætæa nectareo fundentem flumina ab ore.  
Nullo consilio discreta esse omnia primo  
Motus, atque incessu, quæ fors temeraria cunque  
Sedem assignauit: sordida esse illa. nec ulli  
Esse in eam imperium nunc ullum, unquamve fuisse.  
Sed gravitate sua terram discludere cælos  
A medio, ut quondam nebula de fontibus imis  
Terrarum per opas tenues cum sole cientur.  
Quam numeros, quam magniloquis affinia Musis  
Carmina, quam ignigenti miror momenta furoris:  
Jam doleo Brassæ vices, nixusque disertis  
Iudicij, ingenitum cum det graue, cum leue rebus:  
Autorem amoueret quasi depositum natura  
Abiuret. Nam si temere hoc graue, & hoc leue dicat:  
Dicat idem quoque hoc esse, simul non esse quod hoc est.  
Sin terra hoc quod erat, sibi terra haud esse nequit, si  
Aut debet sibi tum, aut aly, si seipsa mouebit:  
Haud temere est motus, si alius iam destinat illi hoc:  
Haud temere est, ordo temere sit demique nullus.  
Tum ex insensilibus qui scripsit sensibile gigni  
Corporibusque addi primis sonitum, atque colorem.  
Sæpeque natura his rebus nomen adumbrat.  
Si partes mundi, quem summam nominat ipse  
Conciliari natura, constare professus:  
Cur non natura totius concilium det?  
Præterea postquam suprema in templa recessit*

Et

*Et vapor, & tenuis tum primum machina celi:  
Nuncque loco proprio sunt: cur non tuta quiescunt?  
Nā quid enim querūt: si id habent, quod querere primū  
Instituere: & malunt irrequeta moueri:  
si tenuisse licet bene tum placita oria Diuis.  
Nam si motus ab aduersis discreuit: & hic hac  
Depugnant ideo, quod sunt contraria: quare  
Sese urget calum: sibi sit quasi perditus hostis?  
An alias ambit sedes melioribus ausis?  
Sisyphus ut voluit labentia pondera saxi:  
Inque operè est semper misere, neque proficit hilum.*

*Hoc scripsi, quoniam multos infania versat.  
Quorum auidos animos, blanda furatur ab aure,  
Mellea contingens florenti dicta lepore. ●  
Vnde sibi placeant alieno in crimine turpes,  
Docti homines alioqui, acres, culti, atque politi.  
Quid dicam? an sua cuique Deus sit dira cupido?*

### De poetis a Platone eiectis e repub.

*Mirum ni, quæ constituit præcepta poetis  
Ridicula admiscens, idem subuertit Homerus.  
Quæ Diis attribuit scelerum commenta malorum:  
Quæ heroum turbe tetro lita facta furore:  
Quodlibet horum vnum meritis præponderat illis  
Omnibus: vnde ambit prima cum laude coronam.  
Quo fit: ut e mira Plato pulsus eliminat urbe.  
Verum idem quod ait cunctis hac lege poetis  
Deberi exilium: leuis exulet ille sibi: cum  
Haud contemnendi fuit autor carminis, & quod  
Addidit: esse imitatore, nil præterea, ergo  
Damnat, quæ a formis dependent pensilibus. Tum  
Non seipsum impugnat? Dic dum mihi: nōne quod ipse*

Digeuit in varias personas lege soluto  
 Sermones, hoc totum est imitatio: fictio? nanq;  
 Vix unum verbum multis ex millibus, aiunt,  
 Quæ posuit, de Socraticis exisse fauissis.  
 Quo fit, Aristoteles ut malit Socraticos hos  
 Sermones, veri titulum præferre poeta,  
 Quam quæ Parmenides, aut Empedocles scripsere:  
 Versificatores potius quos autumat. Adde,  
 Quod quos circumfert sapientum nomine turba  
 Septem illi, atque alij complures, carmine leges  
 Ediderunt, sic stat respublica tota poesi.  
 Quinetiam vis calorū, lex, regula, motus,  
 Consensus, pro concentu, nihil est aliud, quam  
 Harmonia, & rhythmus, faciesque, colorque poesis.  
 Quod si mendaci figmenta exosus ab ore,  
 Tetraque adulteria, illicito discrimine labe  
 Causatur. Tunc historiis monumenta nefandis  
 Proditæ sint abolenda: & eo plus: quo quatur plus  
 His animus veris, pro fictis ficta relinquam.

### De amore.

Olim qui desiderium definit amorem,  
 Errauit, seseque simul, vulgumque fefellit.  
 Non accurati nec acuti lex ea dicti.  
 Non is diuino, nostro non conuenit, haud ei,  
 Qui in pecudes, qui anima exortes sese induit in res.  
 Namque Deus qui non careat, quod eo appetat & nos,  
 Cum potimur? Desiderio confecta iuenci  
 Errabunda sui cum bucula querit: amore  
 Id, fatear, facere. Ast valles ubi vidit ad imas:  
 Deposita cura veteri, nouam ibi induit: usque  
 Ille quoad ferat exultim vestigia: & hærens  
 Affricet, aut suggas distemas lacte papillas.

Tum

Tum desiderio posito non ponit amorem.  
 Sic & ubi Alpini gleba est vi percita Cori:  
 Et sublata facit violentis pulsibus auræ:  
 Tandem se in gremium dimisit tuta parentis:  
 Primum desiderium fruitura quiesce:  
 Vltima quæ naturali demixxit amore.

Vsq; adeo veteres potuerunt fallere nostram  
 Simplicitatem: ideo veneranda quod ipsa vetustas  
 Dكتورum est amor, & fons, & origo bonorum  
 Multorum. Cape, quod sedet, at quodcunque vacillat,  
 Aut firma: amoto aut tantumdem subiice: & exi  
 Ipsa e suspitione, minaci & sorte ruina.

At nunc vix amor est, sed adhuc vestigia amoris:  
 Quo primæ causæ cupimus coherere, bonoq;  
 Tum perfectus erit, tum plene verus amor: cum  
 In patria olim felices hærebimus illi.  
 Tantum aberit desiderio, vt teneamur ab ullo.

Quidnam amor est ergo? affectus, cui unio nomen,  
 Quæ nos rei fruita coniunctos aptat habendo.  
 Vnde etiam hæc sunt verba duo: unde & nomen amoris.

Quod si res absit, desiderium parit. Atqui  
 Corpore disincto, mens ipsa in imagine tota est.  
 Ipsa anima insinuata anima: nec sola manere  
 Quit: sed se applicat, & cæcis compagibus hæsit.

His te ego iam raris epulis Brassæ, forensi  
 De strepitu fessum, doctas qui lancinat aures,  
 Accipiam: si festa dies te forte, vel atrum  
 Iustitium, vel solennis vindemia laxat  
 Anxum, in quo operam debes ad commoda regni.

### De partu septimestri.

Res perridicula est, sed non hic protinus omnes



Tangit risus, at infami damnata dolore  
 Fama acri pupugit pectus mucrone mariti.  
 Nec locus est falso, nec id obtreclatio iam: sed  
 Indicium fassa, proprioque ex ore locuta.  
 Quæris, ut est? canere hic potuit duplices hymenæo.  
 Nam deducta domum tum sponsa puella puellam  
 Alteram habebat in arcanis uteri labyrinthis.  
 O te felicem geminis sponsalibus, ergo  
 Quid clamās? retegis magna quid voce, quod ante  
 Quam tu rescieras, nemo sciret? quasi præco  
 Cum clarat pugilis victricis fronde coronam.  
 Et vanum fortasse blatis. Nam terribi morte  
 Quam minitabaris de suspitione, profata  
 Quod stulto quæris, nolens reperire, diserte  
 Cui dictum auertit iugulo, & pectore sicam.  
 Exede: tu intristi. Nunc iudicium medicorum  
 Implorat. Dubitant, an sexto mense puella  
 Nata sit: an qui post sequitur. Concurfus. eunt ad  
 Me, pater & verus sponsa, & pater ille puella,  
 Non pater ut clamat: pater, ut clamamus, eo quod  
 Legitimum partum tam iuris regula, quam que  
 Hippocrates docet, atq; Arabes, plenusq; Galenus:  
 Hi patrem efficiunt. Nam bis cenesima lux, &  
 Altera ab his foetum materna condidit aluo.  
 Quo exactus dubio procul ex his septimus exit.  
 Propterea quod apud Græcos mensi satis unde  
 Triginta luces, quarum quæ est ultima, mensis  
 Est eadem atque una in numero quæ prima sequentis.  
 Quapropter gemino geminam quasi nomine signant.  
 Quo fit: ut hic totus sic ambitus absoluat.   
 Adde quod Hippocrates decimestres sæpe vocat, qui  
 In decimo nati, non perfectio tamen illo.

Sic

Sic non perfectus, tanquam sit, septimus audit.  
 Adde, quod in toto spatio, quod veritur intra  
 Quatuor ac bis centum: & quod subducitur ultra  
 Centum octoginta: vitales sæpe Galenus  
 'I est aut foetus: aut vls, aut cis, fore nullum.  
 Hæc ita cum fuerint a me digesta perite:  
 Audui tamen esse aliquos, eisi haud moror, isthic  
 Baubantes catulos: ronchis qui detrabere ausint  
 Miherentem capiti rara cum laude coronam.  
 Quos ego, sed tamen indigni sunt Caesaris ira.  
 Veritè vos in quas facies mala cunque figura  
 Inuidie astringat: quo vos fert tristis Erinny:  
 Omnibus aucta locis adero lux: unde proteruos  
 Exiccari n oculos, & limi luminis vsu:  
 Si lumen potius, nec sit tenebrosa tenebra:  
 Mancipia horrendæ scutica, caculeque scholarum.  
 Hæc ad te Brassæce dabam securus, & expers  
 Ambitionis: ut hi medicum ne ambire putent me.  
 Tantum aberit, primum, ut cupiam me dici esse.  
 Nam detritum iri multum mihi censeo fame  
 Inde bonæ: si posteritas hoc sciuerit olim,  
 Hos inter medicos operam, non nenge dedisse.

## Otium non ignauum.

Tranquillum genus hoc, paucis imitabile, vita  
 Aut cupio, aut capto saltem, secretus ab acri  
 Ambitione, nisi hac, quæ est ambitione carere.  
 Nam fruimur vitio affini virtutis amore.  
 Haud tamen, ut se commendans ignavia, solam  
 Se peccat: saturo soli sibi pectore ructet.  
 Aut morbi grauis implicitus mordacibus ausis

Prodita viuendi per me sua commoda clamet.  
 Non aliis desum, ut mi adsim scaber: At neque vero  
 Vt foueam, quæ sacrauit sibi vulgus ineptum:  
 Algeo mi. Iccirco viridantes ruris amœni  
 Illectant umbra. Non hic mihi nuncijs aures  
 Verberat, appingens dubijs mendacia dictis.  
 Quid Sultanus agat, quid Rex, quid Cesar, & is, cui  
 Ternas pirata tribuit fors stulta coronas.  
 Quid mihi cum stolidis Anglis? iuga qui noua regni  
 Inferuere suo veteri: atque externa pararunt  
 Seruitij sibi iura: suis ne ea iusta paterent.

Mecum ideo insidias vario dispono dolori:  
 Inque voluptatis gremio fio Deus alma.

Aurea nobilium rerum regina voluptas,  
 Te qui spernit, inops rationis funditus est: &  
 Turpibus in rebus qui collocat. Illa frui das,  
 Aeternis opifex momentis qua sibi seruat.

Huc ego vimque aciemq; mea Brassace quietis  
 Intendo, haud alio dicendus iure beatus.  
 Nec tam formosam faciem ulla aspergine tetra  
 Vrit ephelis: at in solida me pace guberno:  
 Mi auior, mi populusque cliensque, fidusq; patronus.  
 Ni expectem: de me reboet quid mobilis Aula.  
 Hoc unum potuit verum turbare triumphum.

### Spes & metus.

Longum ijs, qui sperant, fit curta diecula factum.  
 Erigone feruente gelant: in frigore sudant.  
 Semihora inuadit miseros furtsua senectus.  
 Pregnantesque mora curis peperere quevelas.  
 Suspitio incrustans, pauida alternatio mentis.  
 Non erit: imo erit. At quando? quoadusq; quid? unde?

Vide.

Vide, resorbenti si mens in fluctuat aestu:  
 Non satius caruisse illo, sperare quod instat.  
 Haud tanti fuerit: regno quater esse potitum,  
 Quam sperasse semel: nisi nunquam aluisse timorem.  
 Carnifices animi, mora, & expectatio. Quin si  
 Impendere malum scierim: iam iam, illico, malim  
 Id, priusque subire etiam, quam posse carere  
 Tantulum hoc, aut tantum. Quid profuit illud abesse:  
 Si tu id adesse facis? Semel id forte ingruet: atque  
 Inde breui decedet: at & tu precipis: & quod  
 Per sese ipsum abeat, pernici mente retractas.  
 Hæret te reticente mali letalis imago.

Quand? tu spem pones, fallax fraudauerit hora.  
 Elusum tum pœna manet leuitatis acerba.  
 At fac, eueniat: non fit tam dulce, velut cum  
 Improvisa cadunt. exemplo sunt mala, quando  
 De subito currere, necant magis. Aspice, ut alto  
 Luce repentina tonitru de vertice terret:  
 Cum primum crepat: & sonitu perturbat inani  
 Ante expectatum. Quod si fulgetra secundo  
 Murmure concussere: minor pavor occupat aures:  
 Vestibulo in primo labiorum blanda voluptas  
 Sic statim adulatur: tum procedente sapore,  
 Assuescit gustus, nec tum immutatur aperte.

Quocirca seu me stipat sapientia rerum:  
 Seu moueor spe, non tetra formidine fortis:  
 Seu sensus vocat, & ratio silet. vile solum  
 Clamat, & abducto pudor obicit or tu honesto:  
 Non sperem. spes est vanorum epulum puerorum,  
 Et sexus, cui Fors fecit sine pectore portas.

## Laudat eum, &amp; Boetianum.

*Abs quivis homine accipias præclara libenter:  
Verum a præclaro, quantum iunct? est ibi vero,  
Quod gaudere queam cumulate, apponere lucro,  
Laudi ducere: quod dignum me hac laude putaris:  
Que tum in iudicio, magni tum in mente Boetii  
Expleat: & raro me commendavit honore.*

*Nil te promptius, aut maius pro commodo amici:  
Quemq; leues, quemque & foveas, nil dulcius illo  
Quam modo museo dignetur melle suo: quod  
Aequat nectareo præfca omnia mella sapore.  
Nil viroque disertius, aptius, excuere alio  
Conditæ consilio veterum monumenta virorum:  
Et conferre novis, viro victoria vergat  
Designare, atque ambiguis disponere metas.*

*Vos ego plebeij strepitus, animique maligni,  
Insomnisque ad opes cura, levis ambitionis,  
Horret quos malus ipse sui maleconsciis, hostes  
Cum veneret, tum perpetuo venerabor amore.  
Nec mihi longa dies adimet, quod pavere suavit.  
Sed crescet: velut naturæ lege parentis  
Parvo turgida seminio surrecta, nitenti  
Cum sata luxuriant culmo granumque figurant.*

*Ille ego, qui paucos admiror, & omnibus in isto,  
Quamquam æquus, quamquam tacito candore coruscus,  
Vos lectos proceres inter, numerosque chorosque  
Musarum, atque adytus sacros Heliconis amœni,  
Suaviaque exculta, linguæ pigmenta latina  
Inserere audebo: ac potius per vos, mea, adactos,  
Inscitos, his fama avidis intexere chartis:  
Sane illis trepidis: tamos quando excipere ausingit*

*Herod.*

*Herodas, quibus hospitibus mens obuia Phœbo  
Experiatur tantum oneris, quantum hausit honoris.*

*Quod superest: scito mihi commentaria Ruffi  
Reddita, quæ dono misisti, & docta Aræti  
Tentamenta: rudis tam impense inimica laboris:  
Quam nunc affectat nugæ schola nuda loquaces.  
Odillas vero, & suavissima pagnia Teij  
(Vt iusti) grata cumularis laude remisit.  
Hæc preceptori mandata expressa data olim,  
Cui adolescentum rostrorum pignora cordi.  
Is faciet, si non fecit mala bestia padæ-  
Gogus, & est nequam librorum hirsuta laerma.  
Inde petes: si forte amens non reddidit ille:  
Et me animi dubium absolues responsa morantem.*

## Ingratus, de Fato, &amp; Voluntate.

*Durati sale terga suis pendentia rigore  
Si fors necta fuit: passis sese applicat alis:  
Atq; vorat pernix, vinctis ubi adhaferit hamis:  
Inde cauum, in quo habuere, fodicat: malegratq; tædeta  
Nyctæris, ipsa suas populatur dentibus ades.*

*Hoc fortasse parum: & liceat, nihil id nisi solus  
Esse potest cibus: ut bruta est res mortua, vivens  
Bruta fuit: nulla redimna propagine nunc est.*

*At faba: quæ similem potuit producere: ut ipsa  
Perpetuaretur species: generauerit illum,  
Qui ipsam conficeret (sic gratia grata) parentiam?*

*Fabula quid velit hæc, qui nescit, nesciat. Arcum  
Coniectura aperit, sileat: soliq; loquatur.  
Ipse sibi: & secum tacitus consideret: unde  
Gurgulio crescat damno, vitæque parentis.*

*O terra, o maria, o calum, o quid denique restat.*

b 3

Quod me audire queat: quod opem nec terra recuset:  
 Si facitis prauis (namque his sententia prisca est,)   
 A calo quicquid venit, atque abit esse creatum:  
 Quale id cunque facit, quodcunque fit, & fieri quit,  
 Aut si non facitis: fierique pati libet, ergo  
 Vtrouis namquis culpam non transferet in vos?  
 Qui prohibere potest: si non prohibebit: id ipsum  
 Participat: sed eo plus, quo ipse potentior illo est.  
 Nam quis si ipse vetet, non fecerit hic. facit ergo,  
 Qui permittit. At arbitrio permissa soluto  
 Sunt sua cuique sibi facta æque, ac dicta. repugnant  
 His quidam: sed ego accipio, atque assentior. Atqui  
 Praua triumphalis cum circum tempora laurus  
 Exultat? bonus ipse iacet, calcatur, adorat  
 Auri mancipia. Elisis vos, inquit, amœnis  
 Excipiat Minos. illi plectuntur acutis  
 Supplicis. Boiæ, nerui, rota, cribra, Megæra.  
 Annuo. videro post isthæc fortasse. Platoni  
 Mirabar factum esse palam crudele barathrum,  
 Plutonisque diaria scripta cruore nocentum.  
 Hunc laudabo: damnata insultabo taberna,  
 Alpheni, Phalari, Nomentano, atque Ruboni.  
 At grauis interea iustum, & præclara canentem,  
 Mundi indignantem scelera hæc, contundit egestas:  
 Atque pedes secat, atque manus arthritis acerba:  
 Et quatit ingratis nebulonibus inuidia fax  
 Admixta. Crucibus cedant ut Tartara diris.  
 Vel sole contra statuantur ad omnia lites.  
 Omnia peruincet, falso hæc sub nomine vita.

Distractio

Distractio a iactatione quæ fit  
a concupiscentiis.

Cum patris induciæ somni violantur, ab acris  
 Si furtim cura est fodiente cuniculus actus,  
 Fomite delinuit que hesternæ tecta fauilla:  
 Ne vagus ad steriles scopulos impingat inanis  
 Velificans animus, quem iactat vana cupido:  
 Lucidus ad placidas Musarum sistitur aras  
 Ab nostri exilium blandum miserante Pronœa,  
 Exilium, in quod se abducens meus induit amens.  
 Hic mihi non pingui cinere scit victima flamma  
 Nidorosa: nec a Medo, aut latrone Sabæo  
 Lacryma, credita odore Deum placare, liquefat.  
 In Sophiæ sacros adolens altaris ignes  
 Mæsto voluptatem, quæ non sit vera voluptas.  
 Inq; boni vario, simili tamen undiq; vultu  
 Fingo meum. Quod me facere, & seruare beatum  
 Qui solum, calesce alimentum, & lumen anhelans,  
 Vt via longa, quibus violentior ingruit imber  
 Turbinis: & corrumpit iter, calumque minatur  
 Fulguribus: spes est melius fore, munere feri  
 Hospiti: & molli ærumnam pensare quiete:  
 Hoc sic transigitur noctis quodcunque superfit.  
 Hicque diem studeo similem assuere inde futurum.  
 In quo nature consultum exerceo pectus.  
 Doque libens operam caris oratus amicis.  
 Tango etiam sortem: atq; inuita extorqueo tantum  
 Durus opem: quantum possit me e face popelli  
 Eximere: ac modico contentum ascribere calis  
 Ciuibus. Hæc veteris si e re videantur amici  
 Magne proba Brassæ: ut item mihi deinde probentur:

*Qui de iudicioque acri, ingenioque fideli  
Pendeo. præcui tua sunt, pro iugis cætera ducens.*

### Medici loquutulei.

*Spero, quod metuebam olim: ne solus, & uno  
Pluribus aut paulo comitatus, ponere possim  
Tantum opere, quantum mi oneris: tum imponeret audax:  
Fama, sui fidens. Hoc, inquam, quod metuis tunc,  
Spero aliter cadere, ac rebar. Sic undiq; tota  
Oppida complentur. Non est focus ullus, ubi non  
Assideat medicus. Populosa Lutetia, nobis  
Fœcundus vomitat medicorum Pessulus undam.  
Qui si consiliis instructi, atq; arte verenda  
Instituam facere, haud melius fortuna parare  
Vlla bono hoc potuit mortalibus. Ast ubi regnat  
Præceps pigritia, atque sui fiducia nuxix,  
Leua sui, latque sui miseris ars conciliatrix,  
Et præpostera agit: ve ve quibus ingruit imber  
Pestifer, in primis extantque vetantque profari:  
Aut tergunt effata, adeo sermonis acerbi,  
Tincti Tullio solo, & nunquam cessante Galeno:  
Ut frustra experiare, ruit damnosa procella  
A seëta vena, vel si te musca laceffit,  
Affirment vulnus, quasi fluxum a dente leonis.  
Pernicies, sed dira palam tunc imminet ægris  
In mundo, nec abest mors his, infamia at illis.  
Cum tamen hinc Celsus, clamet tamen inde Galenus:  
Nec verbis nec verba opere est curare medentis.*

### Sifachthia.

*Quod videor vir, quodque animo forti, atque feroci:  
Sim puris nebulo: sim caudex, blennaque fungi:*

*In me*

*In me si accipiam, qua nunc iniuria facta est,  
Quod si ulciscendi non est locus, atque potestas:  
Parque pari ut referam, tacitus quasi dulce vorabo?  
Haud faciam: hoc etenim est seruique sibi que rebellis.  
Ast animus sese excutiet, dabit omnia pro se:  
Militet ut sibi: nec seruitum demigret ulli.  
Decretum ac stabile est: me libertate tueri:  
Libertatem me: pro utroque utrumque pacisci:  
In charis que nocens virus manus illinet atris.  
Prodidit ille fidem: ast hic & hunc & dirus amicus.  
Omnes iustitiam: cuncti sine lege pudorem.*

*Non dicam, quanta est seëtarum inscitia legum:  
Solicitude voluptatis: contemptus honesti:  
Putida rusticuli ridenda protervia fastus:  
Ingluuiæ, penes, Epicuri de grege porci.  
Non dicam matres, uxores, atque sorores.  
Non decimus quisque est, quin sit mala bestia mulus:  
Aut curruca foenæs proprio nido ova cuculli. (paratum est,  
Dicam emprum, quod habent: quod sunt, quodcunque  
Venale esse iudem: pretium quoque venditur ipsum.  
Nanque licent, quanti frustrentur prima secundis.  
Cumque viringue licent: qui plus dat, plura reportat.*

### Cicero in Lyceo.

*Rectis cum primum studiis intendere ceppi:  
Hoc perfectum habui, ut seruarem: quid ve deceret,  
Quid non. Nam sapere, utroque hoc finitur: honesto,  
Et vero, mox deinde igitur sit proxima cura,  
Participare alios: tum quæque ex ordine rerum,  
Lecto, composito, puro sermone docere.  
Laute accepturus, primo quas salgama missa  
Promittunt struces: de iussu cœnare palumbas.  
Men saturas porris, prius hinc discedere certum est.*

*Quam me plebeia capiant fastidia cæna.*

*Quantum hominum temere consumptis litigat horis,  
Multa tumes, frustra glomerans per multa, priusquam  
Perueniat, quo se, seipso stipatus, agebat.*

*Suppilata foro putri iurgentia succo  
Verba legens, hamis fatuus ferruminat uncis:  
Et sibi inæqualis phrasis distenditur hydrops.  
Hac tu audes sacros adytus penetrare Lycei?  
Cum totidem verbis naturam æquare subemur.  
Quæ Cicero haud nouit: qui dixerit? ecquid ab illo  
Dicas: ille tibi nescit si dicere. Quorsum  
Ignea pauonis caudam Iouis ales habebit?  
Pulchra illa est: fateor. Pauoni pulchra, sed isti:  
Vt uolet in cælum, sit sarcina prorsus inepia.*

*Quam tibi sit satius: qua se dat tempus: & ut res  
Est: is componas non tu huic: tibi seruiat ille.  
Seruiet ille autem: si tu isto sciueris uti  
Imperio, tibi quod sapientia suppetit ultro:  
Quæ non in nugis, lenociniisque superbis  
Fucatur: fatua nec sese venditat aura.  
Sed sibi recta, tibi sit recta: nisi ipse reflectis:  
Et rerum lucem uerbi caligine inumbras.*

*Res mihi cum balbis istis Brassace molestis  
Est: qualem sine me, melius me intelligis: atq;  
Intercedit: ut a pulchro ne discrepet usus:  
Nec uero pulchrum male disiungatur ab usu.*

**Syluium commendat lauream  
petiturum.**

*Si scires, quanti pluris, quantiq; minoris,  
Vide sit, esse patrem, & non esse: ignoscere patri,  
Æquum, tuta etiam metuenti cuncta putares.*

Syluius

*Syluius ad uos ii, qui quanquam est indole tanta,  
Quanta, ex quantilla fortuna? emergere rarum est,  
Et probitate sua se commendare potis sit:*

*Me tamen angit atrox meus ingens: nequid in illum  
Fors grassetur adhuc, quo cœpit pergere, pergens.*

*Ipse tibi dicet, quod non quit epistola. Non quod.  
Verba mihi desint: auidum exaturare dolorem  
Queis possim, superest animi, & sermonis amari:  
Rabula non quantum: quantum uoc Parisia fundit  
Fœmina: que uendit populo male lota dicaci  
Scruta: nihil melius dans lotam ad iurgia linguam.*

*At scio fortunas nostras famularier ipsi  
Fortuna. Dominum me utrarumq; esse decere.  
Has ut ne pluris faciam, quam se facere ipse  
Possunt. Illam contemniam, contemnere quam dat,  
Qui cognoscit eam uirtus. Nil posse, nisi unum hoc  
Velle bonis male: quo possit, sic posse, uideri.*

*Quo sit: uti placidam malim consciscere uitam:  
Quam diri mihi fert obliuio blanda doloris:  
Et placidam affectem leni sub pectore pacem,  
Compositis rebus: turbas que mente ciere  
Conserunt. Ne sic quasi pressa rubeta coaxem  
Aut Satyri fœdis Mithra cospurcata lituris. (premam*

*Quod reliquum. Vt studiis finemque manumque su-  
Imposuisse olim uideatur: uos adit ergo  
Syluius: ut capiti herescant insignia laurus.*

*Quæ si non meruit: tamen hoc tua oratio tanta est:  
Vt meruisse, queat, se promittente, uideri.*

*Qui caput es rerum, studioforum omnium a syluium,  
Canciarum que bonarum artium pater, atq; patronus.*

Se incusat, & populi malitiam.

Qui me crediderim fortuna fluctibus atris:  
Nec tum curarum, posita spe in turbine rerum:  
Hoc merito patior, Quod nec Metanœa potis sit  
Delere, aut succis Hygiea potentibus vlcus.

Sic virtus deserit suas vlciscitur umbras.  
Nam mihi religio est, hominem me dicere verum.  
Nam qui? cuius mens caloque Deoque relicto  
Terrarum desiderio tabescit inani.

Hoc potuit sacri corrupti putrida tabes,  
Quæ me fallentem me ipsum distraxerat a me.  
Nonne ego sum, rapida medio qui in gurgite flamma?  
Algebam? gelidis lucebam flammæ undis?

At liquido exemplo esse potest fors improba vulgi:  
Quam tumidam risi felix: felicior egram  
Sum miseratus: ut est hominis pleni, atque beati,  
Et bene de rerum natura lege merentis.

Nã quid te moror his, quæ sunt tibi nota magis, quã  
Vel fluuij cursus, vel semita vitæ diei.

Indomitum pecus, & nullo sub fasce fatiscens  
Criminis, ad scelus omne genus gens terra patrandum  
Ipsa sibi semperque recens, semperque parata:  
Inuentisque nouis multa se laude fatigans.

Qui ut potuere animo stipato, & prodigo honoris,  
Securòque sui ficta sub luce latere:

Nil iis detractum est cuius de nomine verum hæc,  
Turbella, ut tandem respiciæret: ista retexit  
Garrula rancidulo sermone, victa senectus.

Querqueræ, suspitiosa, texææ, fidoique reique,  
Cuius presidis liber nunc viuere tento:  
Ne castiganti sit opus scutica, atque flagello.  
Vide, potens moderati animi, linguæque decore,

Inge-

Ingeniique pijs, & superantis cuncta laboris,  
Ad mediam noctem, incœnatus & has ego nugæ,  
Putris segnitia impatiens, vigilacibus horis  
Scribebam. Infamis heu sarcina lenta grabati.  
Ne cum corpore mens pariter marceret opaco:  
Nec vigila somno id capta distaret inerti.

Male relata gratia.

Nunquam demeruit prolixius vllus amicos  
Dexteritate, atque obsequiis, atque officiis, quam  
Est a me factum. mihi quid tum venerit vsu  
Contra, illorum opera: si non piget, & vacat, audi.

Primum, cuius ego fueram olim castra secutus  
A teneris miser unguiculis, vsque ad stata vitæ  
Robora, nec tenui muscerda fecit onustum.  
Ille quidem bonus, & largus, sed pauper. At unum hoc  
Plus aliis sensi. Ast aliis non deterior, nec  
Quem vllò posteriorum vlla virtute putaret.  
Ergo manu propria dedit in calcaribus aurum,  
E clade ob fratrem, ac genitorem, aquilamque receptes.

Qua nostro pinguent Caduria tesqua cruore.  
Addidit & laudes possent quæ saxa mouere: ut  
Cresceret an virtus, an vis insana furoris.  
Nam furor est, si vitam pro laude pacisci.  
Affinem me appellauit. mi insignia regni  
Romani ut ferrem posthac, virtute me apte:  
Batholomæo quæ obtigerunt uxore Bauara.  
Vnde biceps veteres noua mi daret ales honores.  
Atque idem pene infantem me eduxerat, auctum  
Armis, literulis, & sanctis moribus. illum  
Tandem apud exui ego tyrocini beneculi:  
Prima rudimenta. Inde annos prouectus ad illos,

In quibus ediderim specimenq̄, & facta decora,  
Elogium retuli, tantum in calcaribus aurum  
Omne tulit punctum, haud alibi comparuit vsquam,  
Ni, ne mentiar, in modice pendente monili.

Quero vices alias: dira me ubi clade Rauenna  
Multauit re, sp̄que omni. Tum Felsina libris  
Imbuit. Hic ego de sociis bene sedulus unum  
Seruauit incolumem, atque accepto vulnere, at ille  
Cum coniuratis petiit caput ense nefando:  
Ne in Marcam potior foret atri caussa Popily.

Posthinc ad Ligures Tauri cognomine, quid non  
Patraui, ut facerem Dominae satius? Hostis ab eius  
Arcibus expulsus: propriis exutus. Inanis  
Solus ego, occisa spes. Tum translatus amor: quem  
Heu florem stultius, sapiens stomacharere: ineptus  
Cum desiderio tabescere dulce putarem.

Demum ad me redij: & quodcunque amiserã, id ipsum  
Aequius amissum ferrem, quam iam ante potius.

Illis ex crucibus fatum euasisse putabam:  
At non mutauit factum, nanque implicuit se:  
Obstitit in dictis, in factis, corpore, mente.  
Corpore priuauit male, mentem extorsit inanem.

Nanque ubi securoque animi, cerebrique quietis  
Hoste procul, mi ostentauit bene pinguiã rerum  
Otia pacatis Aquitana opulentiã terris:  
Et somnus placuit: nec displicuere sodales:  
Ab furtim obrepit fors importuna: labores  
Quos mihi prædulces populari indiceret aura.  
Admouique manus iterum, disiectaque Musis  
Pectora, desidiaque natantis miles amoris  
Do nomen. Libertatem cum sorte pudenda,  
Cumque iocis lepidis chartas commuto seueras.

Atque

Atque nouum numen mendaci carmine fingo.  
Cuius rei precium (merita hoc mendacia uaium)  
Pana fuit, tetrum, atque ingratum fœmina monstrum  
Ostendit quicquam mihi nil debere, nec istud  
Immerito, quoniam de illa quæ falsa canebam,  
Nil spectat ad eam. Ergo opera illa est irrita frustra ad  
Hunc elusa modum. Abiecta hac e pectore cura  
Quod reliquum rebar, me consolabar amicis.  
Præterita hoc poteram, poteram impendentia quondam  
Sustinuisse mala. At vacuo hac quoque bulla iumore  
Æque uana fuit. Promissa haud aulica: quantum  
Spes in me, officium in fallacibus absit amicis.

Vt iam decrerim, quoniam contraria semper  
Eueniunt: hinc iam nisi pessima quæque malorum  
Expectare: cadet secus? hoc apponere lucro.

### De scriptis poetarum.

Quantum abes a tetricis, tibi quas palatia curas  
Dira serunt: dum isthic alienæ ridicula ultro  
Nequitia commissa luis, sub litum acernis:  
Quæso animaduerte. & mihi quod modo contigit, audi.

Quidam ad me venit, de more, admissus amice.  
Vix limen tetigit: gessit se pro intimo: & heus tu  
Notus, ait, tantum de nomine: fur quoque sodes  
De re te agnoscam, ut referam hæc in pauca: benigne  
Respondi. Ille instare. Igitur de prompta pusilla,  
Quæ tum ad forte manus aderant laudare diserte:  
Admirari etiam impense, placeo mihi, suadet  
Gloriola, aut nata, aut soror, aut comes ambitionis.  
Post redit, atque iterum poscit: datur, ut legat arsis  
E tenebris quadam non contemnenda Lycei.  
Nugæ cuncta mera, miserè tu prodigus, inquit,



Temporis: at frustra hæc momenta amissa requires.  
 Quin potius pietas tibi cordi, iusque tui, quod  
 E celo pondere grates ago, non ego mi, inquam,  
 Hic deero. Hæc nunc curo, tamen veniemus & isti  
 Forte ministerio satis, atque huic. Nulla repugnat  
 Natura ratio diuinis. Illa fouent hæc:  
 Vna ut in ambabus lex legibus, ille ubi contra  
 Hinc mestare videt: iam tum inde abit ocius, anceps.  
 Vt mihi tum visus contemneret, anne probaret,  
 Vespere mox puerum, qui parua poemata poscat,  
 Allegat. Data sunt, quæ vulgo pauca leguntur.  
 Verum ubi virtutis nomen caeleste frequenter  
 Esse meis dictum scriptis, & carmine vidit:  
 Expuit huic rabiem, iam conceptam ante: & adustum  
 Sui quasi mel, vel mordentem sale lingeret offam:  
 Frontem contrabere, ac stomachari, atque edere buccis  
 Poppysimum tumidis: neque nostras ille pedem post  
 Intulit ad tegetes, & morbo vile grabatum.  
 Vide, vident? in prostibulis, turpique Lyæo  
 Qui querat docti nomen, fumamque poeta:  
 Si quæ forte Dei sit mentio sancta: Dei quod  
 Si flagrent odio: clamant non esse ferendum.  
 Si canerem satyros, vel si canerem Siluanos,  
 Schemata laudarent, pictamque volubilitatem.  
 Quique legunt hilares Græci fœdissima cali  
 Prostibula: & quæ mente pia, nunciisque pudicis  
 Non dicenda, olim quæ secula grata tulere.  
 Indignis quibus ampla modis incuria facta, vt  
 Natura: illusa leges, moresque soluti  
 Auersantur vti coruum, picumque sinistrum:  
 Et quæ dira vomit foetenti caluus ab ore.

Quod

Quod cum ciuitate rus commuta-  
 rit propter pestem.

Quæ mihi nunc dubia est, & fati pendet iniqui  
 Infamæ trutina, grassanti peste vacillans,  
 Ruris onus Brassacæ nouum, tibi mitto salutem.  
 Huc me mollis amor pacis, placidæq; quietis  
 Olim inuitabant, vultusq; oblita seueri  
 Otia, secessus vitam fundantis alumna.  
 Nunc mortis metus has vacuas implere latebras,  
 Et laudare fugam menti persuasit inerti.  
 Quo mihi nunc animus vetus, aut quo fortia verba  
 Oppressa ratione graues fecere ruinas?  
 Nil mihi de meipso post hæc promittere certum est:  
 Deque aliis tanto minus. Vt mora noctibus obstat  
 Hibernis: vt tarda dies sub sidere Cancræ  
 Noctis equos prohibet longos extendere cursus:  
 Sic mortis timet æqualem producere vitam.  
 Cunctanti mihi, quid viuam, tum amittitur illud.  
 Omne, quod ambiguo spes & metus arcet amore.  
 Ne tamen, vt vulgo, totum perdatur id ipsum,  
 Perdere quod vereor rimando, & cuncta rotando:  
 Aura musarum memet consolor inani:  
 Auius a meipso: ne sit me perdere gratis.  
 Sic se vita fouens æstu, se absumit eodem.  
 Vt quondam in stipulam emerito cum diditur aruo  
 Flamma vorax, ingrata sibi, officiosa nocendo  
 Exstitit, vt se deficeret: defecit, vt esset.

Iniuriarum sæculi solamen a Musis.

Esse me temere iactatum lucis amore,  
 Hoc ætatis onus, seræque incommoda vita  
 Induxisse queant: nimis vt vixisse putarim:

Saculaque infami damnata cupidine rerum,  
 Vt credam, faciunt, mortem finem esse malorum,  
 Tos coaceruando retri ludibria mundi;  
 Pura tamen, plebisque sibi subducta tumultu  
 Otia misfarum in medio obtinere querelas.  
 Demonstransque mihi scelerate iacta turbæ,  
 Debere haud facere, ut vitæ has spirabilis auras  
 Pauient trahere: huc quasi sit medicina laborum.  
 Vltima: non esse in censuque & lumine rerum.  
 Sicut item contra falsa gaudia vitæ  
 Pellicere, ut rear hoc regnum immortale parare.  
 Ast unum præ oculis, animi in fronte, atque recessu  
 Ducere sic vitam hanc: quoniam manet altera: cuius  
 Hac exemplar erit: vultum illa ut ducat ab ista.

Hoc ego perpetuo placida cum mente volutans  
 Me tanquam in speculo ipse meo contemplor: & idem  
 Non bene formatos, incundi reddere sensus  
 Maturo: ac tenui conceptos carmine mando:  
 Quos tibi, Vide, humili numero congeffit Apollo.  
 Non ut te doceant. Quid enim te maxime rerum  
 Indagator, inexplerisque interpres olympi,  
 Affecla natura, legum mens, lima poësis  
 Diceris, es, conferre queant: quod nesciat ista  
 Sedulitas studiis abs te impertita seueris?  
 Verum ut ut informes, quo nec bene cunque dolatos  
 Effingas: similesque tui dignere benigne  
 Id facere, & factos speratio ostendere Calo.

Conque-

Conqueritur de ancilla absoluta, quæ ar-  
 cas vxoris effregerat, & aurum omne cum  
 mundo pretioso abstulerat.

Cum circumspicio, valido quam subruta pulsa  
 Fundamenta, solo puri male fulta vacillant:  
 Tum miserabilia hæc malefida umbracula vitæ  
 Comperio. ut multis id quod videatur acerbum,  
 Incundum rear esse mihi: discedere ab illa.  
 Innumera vario facta discrimine labes  
 Subsidente superpicie. Quod culmine celum  
 Tangebat teter lutulenti est fundus hiatus  
 Sub quo meque, measque simul sordere querarres.

Ne sum ego ad iniusam superis sortem atq; malignam  
 Egregie ingenio natus: cui nulla parata est  
 A fato sincera quies. Tempus fuit olim,  
 Cum me inter homines agitantem, & honoribus auctum.  
 Semper in excubiis tenuit metus: inque dies me  
 Acrus urgere, exedere, attentumque monere:  
 Ne miser hostiles placarem sanguine manes.  
 Nunc tranquilla fouent saturæ momenta quietis.  
 Verum quos inter? Cui tanta iniuria facta est  
 A superis? superi modo si mortalia curant,

Volcas, & Gabalos, & quos Vasconia nutrit  
 Sanguine amicorumque, & visceribus peregrini,  
 Latronum nebulas in vallibus, inque iugis, quæ  
 Explicat in Celtas ab Iberis hirta Pyrene,  
 Ludos, atque iocos, prauit dat turba impia, dicas:  
 Sic dormit lex. Si quando expergiscitur, horres:  
 Suppliciumque metu mutum silet: ut superatur  
 Inuentu scelerum, quæ haud norant secula prisca.  
 Nam prisco peccare modo, dignatio nulla est:

*Rusticitas mera: sed sola hæc sit digna flagelli.  
 Mæchari laus est: stuprata insultat adulter.  
 Vapulat, & silet: aut damnas est solvere multam.  
 Tu scis, depositam quæ compilauerit arcam:  
 Fregerit, abstulerit nummos nunc nuncque negarit,  
 Perunguli studio, ac multo sudore paratum:  
 Quod nati parui, quod frugi & nobilis vxor,  
 Optima quod plenis iam filia nubilis annis  
 Dorem oret, miseri Christus quod voce profusa,  
 Impurum monstrum mihi ut aurum sustulit omne.  
 Capra est, fassa nefas, absolutur: atque meo de  
 Argento, indignum, mecum decidit, & aufert  
 Partem porro etiam. Sic viuunt hic, reliqua audi.  
 Fundum vni distraclum alij si venditur: ille  
 Sreuenus, ut faciat sic rem, laudatur. adibo  
 Ad diros pluteos: bis tantum impendere cogar,  
 Quanti est ille reus. Post hunc diploma disertum  
 Seruabit quinquenne: illis ego fabula. Sic me  
 Imperij antiqui quondam: tenuis, que foci nunc  
 Versat, & afflicta diris v&saniam fati.  
 Meque putas pavidum mortes horrere minaces?  
 Cum permulta alioqui habeam, quæ dicere possim:  
 Quæ ratio bullam sapienti ostendat inanem.  
 Serum in mane ipso, dubiaque crepuscula vita,  
 Et nox ante diem, frustra expectata dies. iam  
 Sic a me absterrent: sic distentumque relegant:  
 Ut, non esse, purem solum Brassace beatum.*

**Laruati græcarum literarum infectatores.**

*Hinc absens ne scis, quid rerum euenerit. Vnus  
 Ex iis, qui cineres a simina pelle moneta,  
 Carbones animo, lingua ignea spicula gestat,*

*Clamat*

*Clamat: seditionem omnem, qua nostra laborat  
 Religio, stultam, firmamque, crepidine Græca.  
 Hinc fontem, hinc flumen, hinc fare hæc primordia finem.  
 Arcendos adolescentes a peste nefanda.  
 Quin omnes opere studiosos talis, ad unum,  
 Malleolis, serpus, pallenti sulfure dignos.  
 Quid faciam? qui obliuisci temere nihil unquam,  
 Quod semel apprehendi, potius? Si Tartara Græcos  
 Dira manent miseros: non est mihi tempus in ullo  
 Momento, ut possim flammam vitare voraces.  
 Qui tamen ista cibariolis obnoxia in libris  
 Tam damnem, quam quod fugiendum maxime habetur:  
 Sed scio, quid faciam. Si tu Brassace tulisses  
 Hanc legem: a me ipso longe diuersus abirem:  
 Iudicium, atque, animum, nulli pietate secundum  
 Impense veritus. Nunc cum me ad poma relegant  
 Imposturarum proceres, male sobria monstra,  
 Nequitiaque, merique duces, Strumæque popelli:  
 Qui amentata malis iaciunt conuitia verbis:  
 Quæstui habent animas nostras, & pignora calis:  
 Nec patior tacitus: nec contra verba parabo.*

**Deum curare mortalia.**

*Diagora, vel Protagora si discipuli omnes,  
 Tanquam ex ære, forent conflati corpus in unum:  
 Non peius poterant spoliato illudere calo:  
 Quam nostri hic faciunt. Est, factis plurima turba  
 Esse Deum quæ dissimulat. Sed pessima merx hæc  
 Haud negat. Illud agit modo: ne mortalia curet.  
 Ast infame lutum hoc, terris quod Tartara Diui  
 Extulerunt, Orci spurca compluta salina  
 Esse negat. Negem ego: cum te fert ille negantem:  
 Nec sentire facit sensu: quod mente laet te.*

Nam si non Deus est hoc, quod nos dicimus esse:  
 Facta infecta facit: reficit defecta: re ducit,  
 Que abduxit: posita aufert, atque ablata reponit.  
 Vel casus, vel Fors stolido temeraria pulsus:  
 Tum sit hoc ipse Deus tandem: serioque carere,  
 Sit series y. Fodicat quoties hæc pectus Erinnyis:  
 Rideo Sardoum: lacrymæ simul excutit: & iam  
 Esse velim: mihi si liceat, si dicere fas est:  
 Victimæ, quæ scelus hoc pro cunctis una piaret:  
 Sed qui hominem fecit sine me, sine vindicet ipse.

### Secessus.

Cum libuit vigili spatium ducere cura  
 Aegrescentem animum: lectus locus. Omnia præ me  
 Armamenta, libri, fortuna erepta supellex:  
 Thuscis facta modis Iffitia. Cantharus: obba.  
 Nam vinum senis est lac, lac vinumque senile.  
 Inuisum Soli nemus excipit. Hic ego blandis  
 Cum Satyris, Nomio libo mea carmina Phæbo.  
 Garrulaque a siluis adsibilat aura canenti.  
 Haud tamen hoc gyro tam plenam claudere lucem  
 Ere mi visum est. Melior mecum inde paciscor,  
 Quo meipse euadam. tum elatus ad Aethera, & alie  
 Auius hinc caleo superati lumen Olympi.  
 Mi simul æterni flammato fomite amoris,  
 Tum senis angusti vitio impenetrabile pectus  
 Nectare am aspirat liquentis fluminis auram,  
 Cum Critone loquens, abiens se in me inde reliquit.  
 Nec potis est animus purusque, osor que malorum:  
 Venium ut ad extremum est, ubi verba illa aurea fundit:  
 (Nescio, nescit & is quo) quin pietate liqueat.  
 Et fleo: cum me flere vetat. Nec temperat ira:  
 Si queat vlcisci amenis mens raptæ furore.

Post

Post hinc hoc pelago lactis perfusus, & alii  
 Fluctibus emergens animus, vix enatat, ignis:  
 Fructifera immensi ingressus spineta Lycei.  
 Carpit ab æthereis mutantia germina ramis:  
 Et sibi perpetuæ florentem luce coronam  
 Induit hanc: quam nec celso Iouis ignis Olympo:  
 Summanive manus perterret: nedum ut ad hilum  
 Aut nihilum redigar. fructu satur inde reuertor:  
 Haud translatitio: sed crasso incognita vulgo  
 Que sum munera: contemptus quibus inuidet Orcus:  
 Hoc ego lacte fori, ac populi tum diluo virus:  
 Et patior me nolle pati: quæ ferre recusat,  
 Quem tu nosti, animus, magnus, similisque tuo: quem  
 Vita beat facilis cum libertate decora.  
 Nec capitis, capias ni aliter incus: ut tibi regnas:  
 Imperat, & seruit soli cui sola venistas.  
 Hæc eodem tibi, Vide, loco dictare iubebat  
 Silua virens, teneri & tempestas nobilis anni,  
 Perpetui monitum, memorem quoque sæpe fauoris,  
 Firme ac suavis amicitia: quantumque seueris  
 Palladia Veneris soleas miscere camænis.

### De suis Anacreonticis.

Nuper ut ad mundi deserta & sola sepulto,  
 Vide, (quoad studia & recti ciuilis amorem)  
 Immortale iecur tondens: sitis aridamentum  
 Vrebat prisca cumulatans noua vota, videndi,  
 Certi aliquid, mihi quod fastidia plena leuaret:  
 Missa libellorum est a te mihi munda supellex.  
 Mirifice intra quos placuit mellita iocosi  
 Musa senis, Thasio impediens vestigia Baccho,  
 At non impediens melliti nectaris auram.

C 4

*A* me quo tibi debetur noua gratia. nanque,  
*V*iginti lapsi sunt paulo plus minus anni,  
*L*usibus his similes Erat o mea luserat olim,  
*M*ollia lasciuo delumbans pagnia flexu.  
*I*lla quidem lucem voluerunt saepe tueri:  
*V*erum me venit melior pudor. Is fateor, tunc,  
*H*ac cum desiperem, deerat lasciuia preceps.  
*S*ic mihi se obduxit, neque iam vitare procacis  
*T*um Veneris ratione vlla sacraria quini.  
*O*mnia ficta tamen, pura nec consona vite:  
*E*t que nec mea sunt, nec dici digna quidem, que  
*T*ristis aqua potor nequeam traxisse per illos,  
*Q*uos puer arcitenens mortalibus incuit ignes.  
*H*ac sed utut se habeant: si tu non spreueris, ergo  
*S*c forsan numeris ausint miscere seueris.  
*Q*uamquam ubi respicio nostra hæc ad secula: nata  
*I*lla videre equidem videor pro tempore, & in re  
*O*pportuna, de venia ad subsellia fama  
*T*ransigere & posse, & certum sperare fauorem.

### De voluptate.

*M*ulta voluptati vereor contitita facta  
*I*mmérito: atque supercilio iactata minaci  
*D*uriter a priscis: que rerum inscitia fudit.  
*N*am si natura est metis præscripta voluptas:  
*Q*uis dubitabit: naturam damnare necesse,  
*I*lla damnata: modus ut rerum alma voluptas,  
*C*onueniens homini, seu sensus percipit illam,  
*S*ive intellectus, ut abest defectus ab illa:  
*S*ic excessus item: vitium ne fiat utrinque.  
*I*nter enim nimium, atque parum metatur: & audet,  
*E*t penetrare sinum terra, & se affigere celo.

Nam

*N*am cum sape opifex fruiturq;, & gaudet in ipso hoc:  
*N*onne voluptatis capit emolumenta sua: qua  
*N*ostra refert: simili & facie proportio adumbrat.  
*N*ec si homini cibus est datus, & datus ei quoq;, gustus,  
*A*tque illi sapit, & parili natura tenoris  
*R*esponsi insinuet sese, & simul insinuetur.  
*A*pellenda est iudicio tam futili, inepto.  
*N*ec si de morbo fessus sudore leuabor.  
*A*biiciendum est consilium, quod profore credam:  
*M*ollia nec capiam iucundi commoda sensus:  
*A*dque deum referam, atque a me gratiam inibit  
*H*oc, quodcūque statum hunc vite adiutarit habendum.  
*V*erum rusticitas, atque asperitas natura  
*I*ngratosque sibi facit, ingratosque deo: cum  
*S*pernunt munera nature: ut videantur honesti  
*A*c fortes: tum plus aliis sapere atque videre:  
*Q*ue nil humani credant à se esse alienum.  
*I*llud in hoc quæso longe fuge credere de me.  
*H*æc aspirant, que homini sunt cælitus vni  
*C*redita, commendata: ut homo sibi sit, sibi & adsit.  
*Q*uocirca toto ex animo, toto quoque nixu  
*A*mplectar: que me facit hic, facietque beatum  
*A*urea nobilium rerum regina, ministra.  
*E*t que contractum ad lætium, tristeque labores.  
*D*eriuare queunt animum, dat Dia voluptas,  
*P*roma boni, mediæ lex, correptrixque malorum,  
*E*uocat ad placidam requiem, exiliumque doloris.  
*A*t te apello Stoar caperata frontis acerbum  
*C*audicem, & obstipum iubeo plorare, tuosque:  
*N*i te etiam tunc cum contra verum hæc tua fundis,  
*T*u illat quasi victorem furtiua voluptas: (ma iubebit.  
*Q*ue abs te hominem exuat: ut me hominē induere al-

## Musarum otium.

Sape meam risi (suberat bona causa) poesim:  
 Quod tam esse tenuis, multisque incendia nervis  
 Reptet humi. Verum natura huc prodiga nostri  
 (Quid faciam?) detrudit, inops & consili, & omnis  
 Iudicij: & placuit mihi, sic quoque velle placere.  
 Quin ubi delumbis, puro defecta nitore  
 Proculcata meis agrotat dictio nugis:  
 Tum nihilo absistit sapientius: atque ibi tentat  
 Porro ex informi terentem procludere versum.  
 Ergo principio ex humili concepta tenore  
 Sic cum materia, cum fecundoque calore  
 Procedente opere occipiunt procedere verba,  
 Atque animari, que macies exanguis habebat:  
 Aut ego fallor, & iratis credo hæc mihi Musis.  
 Quicquid id est: saltem a vulgo in secreta releget,  
 Huc, ubi tu quoque perpetuis teris otia chartis.  
 Nam quid præterea viuendi molliter auctor  
 Suadeat, aut monstret? quam tempus surripere ipsis  
 Tæporibus: nostrum & facere hoc, quodcumq; fugit nos.  
 Nam qui aliter, quo alio officij districtus amore  
 Vnam e toto æuo possis distinguere lucem,  
 Quam dicas tantum esse tuam? nisi tute tuus sis.  
 Ve quibus inuisis, sibi non notis, sibi diris  
 Tempus iners vacuo furim prouoluitur æuo.  
 Tu ne tuis, tua præfacias his rebus agundis,  
 Qui se deseruere? latent sub crimine vite.  
 Nam iis crimen vixisse: fuit mors ipsa decori.  
 Si tamen illa potest amissa reponere. Verum  
 Nec tum desit is, si nunquam occiperat esse.

De

## De Platone &amp; Aristotele.

Quanquam est in veterum monumentis larga supellex:  
 Sub qua presidium, atque animi queruntur honores:  
 Vobis ingenis melioribus, & magis aptis  
 Eloquio largo, sibi quid bona cura poscit,  
 Suggere commodus lac est Ciceronis, & alta  
 Flumina, diuino manant qua ex ore Platonis.  
 At nobis, terrici spatia insidiosa Monarchæ  
 Dum terimus, pressis insedit vena labellis  
 Strictior: & rerum quot sunt momenta figuris,  
 Exæquans totidem verborum ambage relicta,  
 Dammataque etiam, sed non sine nectaris aura.  
 Aurea natui nam qui pigmenta decoris  
 Credit Aristotelis thecis non esse reposita:  
 Fallitur. Vt Thasios vis imbecilla cerebri  
 Exhorret laices: ut lucida tela diei  
 Sub lustris crepero gaudens in vesperæ bubo  
 Vilis turba rosas, spinis exterrita, fugit:  
 At non, qui potuit molli requiescere lecto,  
 Noluit Eleo sudare in carcere victor:  
 Obiicere & crudo crepitantia tempora cæstu.  
 Ille autem fallente viæ curuamine torquet  
 Mistum exoterico viuiatq; liquamine cinnam.  
 Nec vigil intus inest sal, nec cordata sinapis.  
 Ast animum pingui pectura pascit hianiem,  
 Ac sanum faciunt fastidia, non cibus ille.  
 Vt qui auri grumum mediâ disquirat arena,  
 Sape famas moueat discedere longa prius, quam  
 Se ostentans oculos feriat quæstua nitella.  
 Ingenium impatiens mihi nugarumque moræque  
 Representari sibi vult: citiusque negari

Ingenue, quam differri: dilatio crux est.  
 Quin differre cruce[m], sit crux geminata moranti.  
 At Stagira si non deletat acetum,  
 Omnia quod cito, quod paucis quadrata rotundet:  
 Et placet effuso late discurrere campo.  
 Nec sequor: obiectis nec te veto carceribus: sed  
 Laudo: aliis alios natura ut floribus ornat:  
 Atq; frui iubet, occulta quod lege paravit:  
 Cuius consilia, & fines disquirere stultum est.

## Xenia.

Si iacuit priscis, ut nunc despecta poesis,  
 Plena sui venemens saturo qua tadia vultu  
 Stulta indignatur, quod non respondeat actis  
 Fama: suam meritis hostis grauis inuida lucem  
 Subtrahat, & sese defraudet auara labores:  
 Nec tamen hoc cesset ruiturum voluere saxum:  
 Miror in hoc misere tot, totque hæsisse luto: queis  
 Aura foret populi sterilis cibus, Ergo velut ne  
 Iudicio variae variis sunt sortibus artes,  
 Nec cuiquam a proprio Genio discedere fas est?

Ecce ego, cui rigidi arrident spineta Lycei,  
 Nec diuina placent magni pigmenta Platonis,  
 Quem Fortuna sub occasum prope solis ab ortu,  
 Vt profugum laceret toto pene orbe secuta est.  
 Insanire volo tamen: illis atque relictis  
 Hac spreta vigiles lenta de nocte Camœnas  
 Solicito, & placidam vanis permuto quietem.  
 Quid faciam? medio in somno (quis credat!) acerbis,  
 Et tot inhumanis districta hac pectora curis  
 Illudunt, blaterantq; nouos insomnia versus.  
 Quos ego si memori possem reuocare tenore,

Complerem vacuas stipatio carmine chartas.  
 Hæc quoque que simili subiunguntur pollinis aluco  
 Crustula, commista multa, Brassace salutæ  
 Mitto tibi, qua cereoli, que pemma pusillum,  
 Saturnalitis tibi qua sint strena segillis.

## Ereptus ex peste scribit.

Clade ex terribili refero Brassace salutem.  
 Re mihi, voto etiam tibi: caluitis auctor utrique:  
 Denuo qui mihi det veteres arcescere Musas,  
 Diuinosque aditus sancti penetrare Lycei.  
 Haud etenim fuerat mihi tam graue, tamq; molestum,  
 Vel meus instantis, vel certa iniuria mortis,  
 Quam quod segnus erat mens, & torpedine marcens  
 Cuncta obliuisci lucrum vitæ esse putabat:  
 Ac verum ut faiear, non esse volebat, ut esset.  
 Huc mihi consilij recidit res omnis inani,  
 Vt quod pluris erat, præ vili vile putarem.

Quam nam in eam humana rationem mentis! eo quod  
 Qui mihi scripsissem, qui alios sentire iuberem,  
 Auum perpetuis animis calumq; paratum,  
 Tranquillamq; piis, doctisq; & fortibus oras:  
 Nunc trepidem, malimq; hic anxius esse viator,  
 Pauperemq; famemque pati: senique labores,  
 Seruitiique, forique iugum, bellique ruinas,  
 Promissa in patria certis quam sedibus vti.  
 Ad me sepe tamen redeo: ne transfuga, ne erro,  
 Desertorve, minusque frequens diuellar ab ipsis  
 Signis: atque ignominia te, Vide, notatus  
 Dictatore, grauis sim ex auro ratus amicis.

Queritur se ab amicis desertum tempo-  
re pestilentiae.

Ille tuae excubitor fidus Brassace salutis  
A te ipso datus, & vitæ commissus habentis,  
Ille tui sancti pius obseruator amoris:  
Quo se prosequeris, quo se dignaris honore,  
Ipse sua tenuem vitæ vix mordicus umbram  
Nunc tenet, & mortis propiore afflatur ab aura.  
Dumque impar crebris torpet pigra cura periculis,  
Attonitus circumspicio, quæ prouius aura  
Hereat, atq; metu, atque fugæ vehat vltima finem.  
Instabilis sic stes: sic me fugioq; se quorq;  
Quæsiusque abscedo locis, neque ipse relinquo,  
Et mecum aueho, presentem ignotumque requiro.

Pestem arie, aut fauo potius fortasse cauere,  
Non fortasse famem: pro se sibi quisque, quod instat,  
Expedit, ingrata securus mente futuri,  
Et precium vitæ est, alienum haud scire laborem.

Quin, heu, qui mihi se vitam hanc debere caducam  
Sæpe fuebantur: quorum officiosa loquentum  
Pectora honorificis signabant dicta figuris,  
Dissimulantque, creantque nouas obliuia mentes.

Quid merui lucis nimio damnatus amore  
Exutus potius spe, quam formidine leti:  
Mollia degenerare vi fundam de pectore verba,  
Verbaq; factaque, nec stauat sententia mentem.  
Eloquar? an sua cuique Deus sit dira cupido?

Hæc, quibus in factis iactet, ne nescius esses  
Ditabam tibi, Vide, ferox tumidusque quod ille,  
Hæc tibi qui scribit, soli sibi defuit vnus:  
Officiis, pietate superfluit vnus amicis.

Vitæ

Vitæ incommoda.

Quid inuat heus cumulis numerare fugacibus annos:  
Dicereque hoc, Vixi: cuius nihil amplius extat,  
Vixque obscura trahit tenui vestigia cauda.

Heu quoties circumspicio: num tempora, quæ me  
Lubrica deseruere, sui mihi auara relinquunt  
E tantis aliquid: nec quicquam herere miserrum est:  
Pœnitet, & quantum est mortis sub nomine vitæ.

Olim ubi paupertas se commendauit honesto,  
Simplicitasque fuit laus, nec se vendidit aurum.  
Virtutis precio: nec perditæ sæcula fraudi  
Ipsa fuere sibi, atque oneri mala sarcina vitæ,  
Præteritos numerare dies, presentibus illos  
Iungere, & æquales etiam sperare futuros.  
Præque venire hac æternam simili ordine vitam.  
Inter compositos animos virtute licebat.  
Nunc quod adest, sapiens optauit abesse, nec unquam  
Expectans melius, medio sudauit in algu:  
Æ Alsit, inhumanius torret cum Sirius agros.

Quis potis enormes fortuna euoluere turbas?  
Fortunam dico, quicquid sub nomine fati  
Cuncta ruit: nostra his sola est excepta voluntas,  
Res diuina quidem, ac diuino numine relecta.  
Quis potis has versu immanes narrare ruinas:  
Nedum ut eas vitare queat? fac te esse supremi  
Inuidique animi: nullus quem flectere casus  
Nullus obex cohibere valet: si solus is esses.  
Hoc solum, quod es: id poteris fortasse domare,  
Viucereque, atq; etiam prædarum agitare triumphum.  
At te nec generis iniuria, te nec amici  
Euerse implorantis opes iacuerunt latentem



Ecce famem, ecce foris, en pestis, en tibi *Tartara Martis*  
*Tartareo Plutone magis metuenda sequaci,*  
 Cum quo si mutem hæc: quodcunque infame sub ipsis  
*Terra visceribus componit, Sisypho undis*  
*Tantaleis, iecorisque offas sine lege renatas:*  
*Elysi campi videantur amœna vireta,*  
 Præut quæ hanc præcipites vitam obsedere ruina.

### Præpostera de poeti iudicia.

Hic quanquã mihi sub nonam, decimamque licebat  
 Stertere, & angustæ discessum fallere mortis:  
 Ecce tamen miseris licet insanire lituris,  
 Exiliique reis iterum impallescere nugis.  
 Nam postquam fatum (fatum est quæ cuique voluntas)  
 Fabellis diuos suasit miscere profanis  
 Laudatis numeris, lauro spadicæque dignis.  
 Exilium indixit toruus Germanus, id ipsum  
 Haud patera facturum, ubi mea carmina potant.

Accipe iudicium: veteresque novosque Poetas  
 Qui ruri cecimere, libri iurgente feretro  
 Composuit: *Nymphas Scalani* exclusit ab illis.  
 His *Æsymmetis, Boccatiis, atque Petrarcha*  
 Et *Carmelites* partes retulere priores.  
 Quorum non digner *Musarum scripta culinis.*

Ergo etiam monitusque etiam multatus honore  
 Haud tamen absisto, dulcesque ab limine noctis  
 Abiuro somnos, misero ut cum carmine mutem.

Qui sit? quidnam aliud, nisi fatum cuique suum se  
 Insinuat furtim, si sponte admisero: Si non:  
 Vret nolentem, atque annus furibit inanem.  
 Sic medicum sese facit instabilis *Vrgon.*  
 Sic *Grætas Musas* ignota voce salutat.

*Oprius*

*Oprius: in campum Venetus sic torquet equum: sic*  
*Perque sidem iurat Liger, & quæ conspuit astra.*

Hæc scribellabat marcens arthruide dextra,  
 Mare recens dum spirat onisque, æstumque colono.  
 Mox piger ad syluam, fontemque umbramque fatigās  
 Delirabo senex monstris insomnia miris.  
 Et faciam mihi me, quod Iuppiter ipse nec ausit.

### De barbarie sui temporis queritur.

Quanquam me omnivora prædira pericula pestis  
 Exanimant: silet in stupida prudentia mente:  
 Sola metum quæ dat demit presentia mortis:  
 Me tamen & pietas, & recti conscia vita  
 Segregat a vulgo, & curas meretur inanes.

Nunc nihil in precio est, nisi cedes, atque rapina.  
 Castrorum fera monstra, vocant scriptoria nos: nos  
 Illos carnifices, amentes: quippe die sunt  
 Tres oboli pretium vitæ non amplius uno.  
 Est opera precium leges audire benignas.  
 Aut interficies hominem, aut interficietis.  
 Elige utrum manus, tum nos scriptoria dicas.  
 Scribimus, ut scriptis te hominem formare queamus.  
 Nam si corpus homo solum est: te plures erit bos  
 Fortior, & grauior: nec regni prodidit arces,  
 Nec regnum expilat, nec regni surripit aurum.  
 Ecquis emet fetens hominis minimo asse cadaver?  
 Nulla est humana caro inuiliior: nisi in illa  
 Spiritus actus agat, cognati semina celi,  
 Sed nos sensus agit: ratio est res ultima rerum,  
 Et despecta iacet, nec iam cognoscitur ulli.  
 Et risum moueas, si de ratione loquare.  
 Nil nisi de vino, de bello, aut litibus, aut quod

d

*Dicere non opus est, nisi re vis saluere verbum  
Votuumq; lucrum sit pænitusse loquentem.*

*Seipsum inculcat in quorundam perfidiam, quod cis crediderit.*

*Ergo etiam temere hoc ausus sperare morando?  
Ergo etiam falli toties deceptus? et ipsum hoc,  
Quod fortuna fuit fortasse, & culpa malorum,  
Cœperit esse meum hoc alieno in crimine crimen.*

*Me ne haud mouisse, aut generis primordia diri,  
Aut fel insanum, aut nequeam quod dicere tuto?  
Ne læsus ledar, lacerer laceratus: inanis  
F. xuggar. saturem risum flent, atque dolore.*

*Quenquam ego ut inculsem, nisi me? nã fallere suetus.  
Fesse sui similis, mores & olere vetustos,  
Quos cum lacte bibens primo seruauit ab ortu,  
Ille mei causa ponat? se amittere gratis  
Haud queat: at potius male agendo seipso propaget.*

*Cur me non colui potius? mea tempora dixi?  
Meme obseruari tacitus? mihi denique vixi?  
Non satius: sua cuique sibi si facta relinquam:  
Mi mea ne dubium incutiant, cauisse, pudorem?*

*Haud tamen amisso hæc animo, tardog, voluto.  
Nec si quid patior, fero continuo, popolare est  
Hoc asini, sub pelle hominis latitantis inani:  
Sic tamen, ut neque letari, neque, ingier: etsi  
Res postcit, quasi sit nolis iniuria talis:  
Premium ut incensa certum videatur ab ira,  
Atque dolore, mala ut nequeat si forte referri  
Gratia: mi fingam, stolidi est se illudere, lucrum  
Esse reor lucro damno scire carere.*

*Tum tu ne iubeas Brassace adhibere fidem: vel*

*Si Stryga, si calum iuret, manesve parentum.  
At: si iuret item mentiri velle, & amicum  
Fallere: tum credam. Non si mihi Iuppiter auctor  
Spondeat: hunc veterem sperem deponere morbum.*

*De sua arthritide.*

*Cum articulis deformatis, morsuque doloris  
Postquam constitur: de his est nunc scribere tempus.*

*Sic postquam fidis mandauit semina sulcis  
Spicea legiferæ componens ferta corona,  
(Omnia sic quasi sint cultus, segetisque futuræ)  
Quam nullam quandoque habuit sibi, cantat amicam.  
Solans præteritos præsentem quiete labores.*

*Cum primum hæc rabies incessit, adurere membra  
Mollius haud multo, quam qui suspirat ab Ætna  
Ingenuus, vel præcipitis nothæ Aetheris ignis.  
Verum is paulo post dissoluit, atque prorsus abire.  
Sic seruet, atque uerum, atque etiam, quartog, recurrit  
Atque abiit cito. Sic semper ratus esse futurum,  
Tunc contemnere, nec magni facere: & nihilo plus  
Curare, ut victus ratio constaret: ut altis  
Subtraherem a studiis vigilatas tempore noctes  
Perquam alieno, hiemes diris Aquilonibus actas:  
Processi ad peiora, atas grauis, hausta nefandis  
Curta demus furtis, famuli, res publica, lites:  
Quæ possunt Phæbæ excutere ipsum e pectore Phæbi.  
Factum est, ut morbus cum atate grauesceret: atque  
Quatuor, ut minimum, menses hoc vile grabatum,  
Quod pro pistrino fatum mihi (dignius ipsum)  
Fixit: ubi historia texo hoc miserabile carmen.  
Nugacis pica quasi sic miser oua fouerem:  
E quibus exclusæ streperent hæc carmina nuga.*

Quoque magis dolor urget atrox: magis urget anhele  
Musa tumens versu. Atque ut credas: nonne vides ut  
Coxones numeri laxa compage vacillanti?

Verum ut dira dolor res est, & Stoicus in quo  
Longe dignior ut blaueret, quam dispiceret in quem:  
Est tamen id peius: quod rancida larua cuculli  
Vociferamur, id esse Dei venerabile munus:  
Atque iis, quos is amet, solum hanc mandare salutem:  
Quæ (precor) illis eneniat: caream hoc ego amore:  
Non hoc, quo potior: puram sine crimine vitam  
Qui spirat, sese insinuans, commissa remittens:  
Ne repetam, prohibens: cumulusque bonis bona de se.

At quæ continuis concita elementa procellis  
Digladianur: & ut quatiunt, quatiuntur, acerbis  
Exagitata odiis, variis complexibus arcta:  
Sine hodie, seu cras dissoluantur vincula, necesse est.  
Perdita sic fiant dubie vadimonia vite.  
Nam certa est morbus ventura sponso mortis,  
Mortis particula, impendentis mortis imago:  
Dicere ni manus fauces, & limina leti:  
Ac peiora quidem. tractu nam temporis ipso  
Discruciamur. Ibi momento cernitur hora.

### De inuido quodam Medulo.

Si possem Brassace, velim, quod velle decebit,  
Quam possum, me posse magis sed velle minus, quam  
Mi volo, nam, quoniam credo mihi nil pote quicquam  
Euenisse boni: mecum colluctor ineptus:  
Et cum Fortuna rixor de cortice, verum  
In me ipso beneuendi sita nota medulla est.  
Nolo obliuisci: si qua est iniuria facta,  
Quæ morosum animum secuit nil tale merentem:

(Quin

(Quin si de celo veniat) nil tale ferentem.  
Non tam rem reputans, quam indignas crimen iniquum:  
Expertus rigido quam distet iuucus ab orno,  
Mobilis vsque ab aquis, abnutans qualibet aura.  
Sunt etenim, qui aliis bene nolunt esse videre.  
Lolligo, inuidia hæc, sed longe tetrius illud.  
Spes vrunt vacuas frustra expectantis amici:  
Quo se egeat semper, semper quo pendeat ab se.

At tibi magnanimum prisco de sternmate pectus  
Longe aliud spirat, tibi nil antiquius, atque  
Si benefactis perpetuis superesse potis sis,  
Atque tibi, atque aliis, saepe es defessus habendo,  
Non dando, satis est, satis ipsum, praterea quod  
Exoneret vota, aut animos oneravit auaros,  
(Quæ se turba bonis male suadis dedit acerbum  
In nexum, illa sibi præuortens cæca) relinquit.  
Ipsemet audiui: tibi cum promitteret ille,  
Ille ingratorum instrumentum, orca marina,  
Præmia, si dubiam velles componere litem:  
Quid tum postea? ais. Si huius molitio causa  
Comparat, ut faciam, me: nec satis esse rear, quæ  
Possideo virtute mea, calique benigna:  
Post etiam hoc, quod tu dederis, captandum aliud sit.  
Qui non meta sibi est: an meta hunc ulla sequetur?

Refert sua consilia ad Brassaci  
sapientiam.

Vide mea pondus graue, & alitis aura Camœna:  
Queis simul & volet, & solidum regat incita cursum:  
Non, ut bombylio te mere, pappusque feratur:  
O utinam tecum reliquum hoc ætatis honestis  
In studiis, tecum, aut prope te saltem esse liceret:

*Vt quæ præcipitis suadet vis flammea mentis.  
 Acri iudicio illa tuo composita quiescant.  
 Seu me sanctarum ancipitem commercia legum  
 Inuident: pellant seu somnia stulta chymista, aut  
 Aliera stultitia soboles magus: aut mihi comptam  
 Ostendet faciem se inhianti blanda pocsis:  
 Aut abstrusa animis laxis arcana Læci.  
 Nexibus astringant placidis, inque omnia versent:  
 Omnia tu moderare: tibi mea debeat ipsum hoc  
 Mens quodcumque sapit, quodve appetit, aut fugit acri  
 Tutâ fuga: ne versura deliret ararum:  
 Ne male degenerent maleculis semina sulcis:  
 Incipiens operi affecto non forte super sum:  
 Edurem, ac me sufficiam, nunquamque falsificam,  
 Firmo progressu in studiis, animoque parato,  
 Peruigili, inuidio, solido, & ardore laboris.  
 In me remigium, tu clauus & aura secunda:  
 Si curas modo. Quod tanti si ob commodis regni,  
 Quod tibi se, fideique tuæ commisit, ab istis  
 Illo te hinc diuersus agis: decedere certum est  
 Communi utilitati: intra me condere: nec Diis  
 Tantopere inuitis famam latrare fugacem.*

### Animæ pabulum.

*Quidam præsidis Fortuna septus Athenis,  
 Magnifice accipere ad mensas assuetus amicos,  
 Ut magni canauit olus, laganumque Platonis:  
 Nactus eum mane, accepta diætaque saluæ,  
 O suaves epulas, inquit, quas postera suaues  
 Lux quoque sentit. Eo tenuis tum munera victus,  
 Quo possit plane corpus nutritur, & qui  
 Cedere, non remorans, esca mensisque futuris,  
 Laudauit false: cui contradicere nolim.*

*Esti ego longe alias epulas duco esse priores,  
 Postera mox nequeat quas lux dissoluere: nec quas  
 Tertia conficere, aut porrectum proimus anum.  
 Quas tamen & tum illum ex apothecis eruta celi  
 Coniucio hauisse ambrosii de voce Platonis.  
 His igitur, quæ Fortuna ludæbria ridet:  
 Et sauriant pauca, & multa haud fastidia portant,  
 Cum Græco sale, cum veterum grauitate Latina,  
 Hoc ætatis æro: fastumque & stemma remitto  
 Cognatis, capiant, quibus hoc solum exiulit auram  
 Nobilitatis, & exciui sub pectore regnum:  
 Excoxitque metum curis, mentemque reuellit:  
 Expressitque foras animum, moresque sequaces.  
 Nam pridem implicitum in sanis hoc nomine vinculis  
 Viuere maiorum me aliena. ætate tumentem,  
 Summarum summam rebar debere putari.  
 Mancipio veluti data sit mihi opinio mundi  
 Plusquam aliquid qui me esse neget, tum vapulet. o Di  
 Quæ scabies. quanto melior mihi vita parata est:  
 Paulisper cum me collegi, animumque repressi,  
 E diuerticulisque vagum, erronemque reduxi.  
 Interea cano, quæ vates canere ante solebant:  
 Non tam animi victus, fameque famelicus: ut me  
 Perpetibus perdam, velut ante, laboribus: angar;  
 Nunquam desistam insanire: diem addere nocti,  
 Noctibus addere, dico, dies, noctesque diebus:  
 Fastidire me ipsum: obliuia querere vite:  
 De vulgo quoniam penitus nihil attinet ad me:  
 Vt quod præstiterit, cogar dependere. Nec mi  
 Corpus in offenso est, soneri mens, ut fuit olim.  
 Nec quæ cura prius tenebrabat lumina mentis,  
 Macerat, inque metu male habet, vigilemque fatigat.*

*Sed tranquille amor, & liquida funalia lucis  
Illustrant, quæqua aspicio: si forte datur mi  
Qualemcumque auido vitam præcerpere leto,  
Atque a naturæ sativum discedere mensis.*

### Studium veræ vitæ.

*Vide pater bone quæsitæ, partæque quietis:  
Quæ sociata pari cum maiestate serena,  
Sola potest hominem facere, & servare beatum:  
Aspice quam leto ridens Zephyritis honore  
Frondeferis fecundum in saltibus æthera mulcet,  
Coniugio aspirans calis, terræque parentis.  
Nam simul ipse toro demittens se vividus alto  
Iuppiter in gremium effusus Telluris amata  
Implet eam, reparatque novum genitalibus ævum:  
Fæta renidescit tempestas ferulis anni,  
Idque adeo. Hoc etiam, quo te Brassæce saluto,  
Musarum suboles, hoc munus amabile carmen,  
Fervet opus tenero percussa mentis amore.  
Illam dulcis Amor tinctis in nectare telis  
Perculit, eque suis proprias attexnit alas:  
Inque tuas quibus acta manus, perque ora volaret.*

*Omnia nam quæcumque vides, mare, sidera, terras,  
Æraque, omnimodis meditantiæ semina formis,  
Frenat Amorque acuitque, agilians primordia adusque  
Finis septa: notasque sui fervoris inivit.*

*Me quoque ad effata repentem limina vitæ  
Ultima, suspensum regni melioris amore,  
Solicitatque, premitque nouo permulsa lepore  
Carmina sufficiens: & vult superesse labori.*

*Haud tamen abductum ad fracti disortia cantus  
Captivum tenet illecebris: quas cultus inani*

*Vanus*

*Vanus habet strepitu verborum, auresque fatigat.  
Sed suaves numeros rerum consulta medulla  
Implet, præcipuis opulentans carminibus dictis.*

*Ipse ab segnitie mediocris ad acta laboris  
Eximio ingenium pennis sublimibus aptum,  
Curarum tenuis: exclusa ut sint otia, & æque  
Anxius angor agens validos mortalibus ignes.  
Affectans liquida, ac blanda, profcenia laudis.  
Vnde nec ambitio potuit me obrundere dira:  
Nec iacere in fraudem servuens pellacia fama.  
Nec venit in mentem, votis adnectere vota:  
Sed quæ isti sacrant, longe execrare: malignum  
Et vulgus, cassum omnino ratione modoque  
Reiicere: erratis & non renouare furores,  
Nec stabilita novis fera dogmata disciplinis.*

*Hæc facere intendo, neque adhuc inuenta remitto:  
Sed persto peragens. Ita nunc insania mundi  
Fermentescit: & e renui conflata favilla,  
Tanta furit, male quanta Deos furiosa laceffit.  
Ipse sui plenus, nulli tolerabilis auctor  
Nequitia ac sceleris, populi sufflator amarus  
Multinolasque serens e divo semine setas,  
Non castigatus, pena non territus vlla,  
Fæctus supplicio, metuque licentior, exlex,  
Seu desperans, sine fuga spes hausit inanes.*


*Quare est decretum: & faciam: quodcumque videri  
Huic rectum, mihi perniciem, mortemq; videri:  
Delicias, capitale: iocum, ludumq; labores.*

*In medio tamen, ad mediumque utrinque reductus  
Quero me in meipso, atque aliis. Iam nec mihi cura  
Vsurpare oculis, animo quæ cernere possum.  
Mens obsignata, & multorum conscia, amisco*


*Fida suo, equa aliis, sibi trux, & acerba, & iniqua,  
 Quo ferat equum ab se, & ab eis: reddatque vicissim.  
 Ne redeat res ad verbum (excusatio stulta est)  
 Pœnitet: aut post pœniteat non pœnituisse.  
 Et dubitant homines dubitare, & querere verum,  
 Ne dubitent? vacet: & reliquis ita rebus ommissis  
 Vi sunt, esse, egomet mihi sim: si illa esse recusent.*

I V L.



  
 I V L I I C Æ S A R I S S C A -  
 L I G E R I N E M E S I S  
 A D  
 D I V A M C O N S T A N T I A M  
 R A N G O N I A M .

§§


*E, quæ Deorum nata supremo satû  
 Demissa Calo es, certa lex mortalibus,  
 Constantia alma, Sidus, ac decus meum:  
 Quod luce prima, cum parit Phœbus diem,  
 Quod nocte sera, cum truces cura silent,  
 Meditor serenum numen, augustum, pium,  
 Tutum minaci pectus inuictum metu:  
 Parum videtur omnibus, mihi nihil.  
 Quis apparatus mentis immensa tuum  
 Contra impotentis tela Sortis impia  
 Videt: nec obstupescit, & verum putat?  
 Quis non adorat fulgidum vultus iubar,  
 Facile, remissum, viridum, constans, graue?  
 Quis credet vna in corporis compagine  
 Tam multa, tam diuersa inesse numina?  
 Tam parca mentis vota? tam largam manum?  
 Orationem melle conditam, catam?  
 Lata seuerum, æquabilem frontis modum,  
 Malis benignam, subditis seruam bonis:*

*Tibi nouercam, ceteri ut matrem sciunt.  
 Iccirco te Fortuna cum teniat, timer.  
 Nam si repugnat, scit repugnari sibi.  
 Aut si benignis obsecundarit notis:  
 Tum liberalitate se victam stupet.  
 Quare quod orbis expiatrix, hoc tibi  
 Et par, & impar, numine expressit suo,  
 Habe dicatum, quando sic credi potes,  
 Natura tu te, visque Fortuna tua.*

## Nemesis.

*Proles Tonantis maxima, ac princeps Iouis,  
 Regina superi, atque inferi omnipotens Poli,  
 Numen trifurca viuidum, ac minax face,  
 Cuncta audiens, cuncta intuens: Numen graue:  
 Fortuna inani siquis elatus rota,  
 Ludentis auræ ventilatur impetu.  
 Nemesis supremi conscia, ac iudex soli,  
 Nostrique vera temperatrix ambitus:  
 Tot illa clari lumina obtutus: quibus  
 Vani reciproca excubant mundi vices,  
 Quæ Fata certo obfessa præscribunt modo,  
 Quo transtulisti? aut quanta sunt, si adhuc vides?  
 Rigidas furore freta ceruices fero,  
 Secura recti, nostra fert insania.  
 Ecce implicatis ille conscriptus dolis  
 Fucat venena melle tetra, perfidum  
 Vultum sequentur verba, non factum fidem.  
 Huic irruentis acuit insidias furor:  
 Illi obstinato pertinax tumens gradu  
 Proteruientis ira succendit faces.  
 Ille impudicis turpiter sectus nois,*

*Fictio seuerum fronte componens statum  
 Picta fatigat siderum sedes prece.  
 Delubra pace structa, & aras Calitium  
 Diriprosanat Martis incestus furor,  
 Vltimice morte, & nocte ludifica premens.  
 Heu luce cassum fulgida clarum genus  
 Turpi cruentus obsidet cumulo cinis.  
 Cui militaris supplicii ignouit manus,  
 Animam petitas inter exhalat dapes.  
 Fas omne ruptum est, & pium, probitas iacet.  
 Vtinam iaceret, sorte at exacta exuli  
 Phlegethontis huius horridas linguens specus  
 Abiit, fugit, recessit, ac reditum negat.  
 Elementa scelere victa: vita empta est nece.  
 Quid amplius vis? quid moraris? & licet?  
 O terra mater, O maria Nereifera,  
 O pulsa pictis alitum pennis sola:  
 Audite celi: audite vos caui specus:  
 Quæq; ima late lubrico liquentibus  
 Subier latebris rore completis vada.  
 Et tu verendi conscium silentij:  
 Cum prætæ noctis rosido vultu madent:  
 Orbisque iacitis sub coloribus latet:  
 Cuncta intuentum siderum frequens decem.  
 Propter nouerca copulas: nati graue  
 Patri imputatur funus: & viuit pater?  
 Gladios ne dicam? an iudicis falsi minas?  
 Sicas? venena? an omne pœnarum genus?  
 Latentes nocentes? noxias Cereris opes?  
 Minus tremendi Tartari periculum.  
 Saxum, Rotasque Vulturis dapes iecur,  
 Tetricum trifurcis Cerberi latrans caput,*

*Aut siquid his monstrosius quicquam est, putem,  
Huc acer, huc sumbe, festina, impete:  
Sed qualis olim Scenicis Grauium choris  
Ferox olentem: felle sparsisti caprum.*

*Que prima, que postrema sacra manibus  
Archilochius arbo? aut perirato seni,  
Qui claudicante fortius currit pede?  
Pudet, pigetq; Sortis humane, pudet:  
Meg; inter hæc, non inter horrendi maris  
Vastas arenas, atq; solitudines,  
Omnem aleam extra generis humani satum.  
Men' pallor orbis luidus metallici  
Naturæ, & vocatum ad alta, sollicitat virum?  
Domestica hostis, atque iniqua foemina,  
Libidinosa perditum franget face?  
Sanctum cruore Martio nuntium otium?  
Latus calenteis cæde patrata manus  
Nefas iubenti Barbaro ostentem truci?  
Nidore mensa capta libertas fleat,  
Putidos inepti contremens nutus Heri?*

*O qui sub hac nitente cali fornice  
Ferox superba dote stipatus, sedens  
Ætatem in ani gloria illusam foues:  
Qui te beatum iudice teipso stupes:  
Vel discere: vel me discere optantem doce.  
Natura, mater, an nouerca flebilis  
Vite pudendos auspicata sit modos:  
Teneræque rudia lucis incunabula.  
Seua Leæna catulus armatur iuba.  
Vnguig; obunco. Dentis orbes efferos,  
Immane murmur, impetum horrendum canam?  
Vnam, arbitror, crudelis hostem maximam,*

Dirum

*Dirum bisulco vulnere afflantem balitum,  
Solicita nostri, Viperam, o, vltia es probe.  
Per te seneclæ spolia de glubens rudis  
Hiانتيا inter latibula exesi specus,  
Redit ad apricas Vere grassatrix vias,  
Ab immerenti pecori insidias struens  
Haustus petita reddat infestos aquæ.  
An tu vireta rore spargis vitreo:  
Et murmurante prata fundis riuulo: vt  
Suimet, inuitatus ad somnum, reus  
Amarulenta morte pastor occubet?  
Quid mihi decorum lucidi ingenij statum?  
Quid expedita munera obgannis manus?  
Jam iam tu, vt in se vertat has easdem manus:  
Id omne, qualecunque, lucis intima  
Fraudis veneno sinistra fœdasti. Neque  
Vllo hostis hoste maior est, homine hominis.  
Hoc, nonne proderet? aut quid est, si non id est?  
Ensem furenti, spicula insano dare,  
Que Lex suasisit, aut decus vitæ probum?  
Quid ille iactabundus, ac ferox: simul  
Flagrante pugna Marte ferueret, truces  
Truculentus Hector sanguine aspersus manus?  
Amore Achilles victus infami, insolens  
Cæсорum acervos ciuium asperdat libens?  
Dotes tibi illas occine, haud posthac mihi.  
Summos at, inquis, vt Deos cognoscerem.  
Quotus Deorum quisque sub scientiam  
Nostram cadit? quis vllus illustri via  
Mirifica rapidi limina ascendit globi?  
Si paruus adeo est, atque contemptus Deus:  
Nostris vt imis excietur sordibus:*



Idem ille fiet vnus e nostro grege.  
 At si (quod extat verius) purus, grauis,  
 Iustus, seuerus, grauis, immensus, pius:  
 NOSTRUM hæc quis audit, aut videt, foedus, leuis,  
 Rapax, iniquus, diuus, angustus, ferus?  
 Quorsum igitur alio tendit ingenij vigor,  
 Quam vt destitutus lucis æterno bono  
 Viuens, vidensque milles pereas miser?  
 At artium orbem liberalium canis  
 Inuentaque alia. At adde nauæ insaniam,  
 Pictas tenaci qui obliuat puppes pice.  
 Pulsuque dura pectora obnixus grauis,  
 Dum lenia curuo tumsa lætatur fretu:  
 Muet calenteis Sole diuerso vias.  
 Feri nubiloso saucium latus Noto  
 Hibericis carina tumsa fluctibus:  
 Suspirat ille coniugem: hic caros Lares:  
 Mortemque duram diuiriorem conficit,  
 Cernens tenellos liberos animo memor.  
 Liguribus Auster aduena exultans iugis,  
 Pellaxque pontus scrupéis mendax vadis,  
 Libyssa scindens breuia, & incertos sinus:  
 Et turbulento barbarus Boreas pede  
 Vndifona regna pallido quatiunt metu.  
 Sic te exinanis? sic miser nullam tui  
 Partem relinquis? mortis vt satis via  
 Haud vna sit: qui promptius irrites Deum?  
 O qui micantis verticem cali rotas  
 Immense clari ocelle lustrator Poli,  
 Sol: cui retecta teeta monstrantur: cui  
 Telluris alma ferile gremium parit.  
 O praliorum fabulorum Pater,

Irrise-

Irise Vatum voce mendaci Deus,  
 Arbiter sereni, nubiliq; Iuppiter:  
 Iam ne orba Troum cerne bellantum agmina:  
 Huc verte lances. Comoda, atque incommoda  
 Quis pendet: ac non ille, qui pendet: gemit?  
 Lactata vestra hæc munera ingenij, mala  
 Suspiriorum sunt metalla, & fomites:  
 Qua nec cauere, nec mouere sis potis.  
 Ah turpe: longas lucis ambages grauis  
 Perferre: vana id est alere spe miserias.  
 Quid aliud addit annus anno quam mori?  
 Aut pulchra vita, aut pulchra mors, pulchra est viro.  
 Ah quid tenacem memoria exprobras fidem?  
 Aut cuius vsus, nullus: aut si quis manet,  
 Curis acervos acribus plenos dabit.  
 Vt efferis Aquilonibus redux furor  
 Ciet hyemes retorrido fultus grege:  
 Lenaque gelidum nocte contristat polum.  
 Sic expedita sub relapso tempore  
 Memor subactam retrahit in mentem mala.  
 Quid perspicacis lumen huc prudentie  
 Afferis? quod atra euentia, quam premant prius  
 Nimis oculatio pectora veneno enecat?  
 Namq; vt supini curua sub cliui sola,  
 Seu cum virenti colle deducens pecus,  
 Sive vbi corusca nemoris exuperans iuga,  
 Percussus agro pallidus pastor metu  
 Videt furentis fluminis rapidas minas:  
 Mali futuri mole iam oppressus stupet.  
 At mox ruenis fulminis ritu impetus,  
 Nouamque spuma turbine affectans viam  
 Fessi labores vomeris lætos ruit.

Sic prævidentis lumine obrutus duce  
 Bis eadem onustus præcipi meus mala.  
 Sae sat minister, & magister omnium  
 Occulta tempus aperiri, & aperiâ occultis,  
 Certus reducens omnium rerum vices.  
 Ita annus altis orbe malitus vias,  
 Convexa celsi spatia fultans ætheris,  
 Fugiens, sequensq; sidem instat, accedit sibi: &  
 Super seipsum flexipes voluit gradus.

Quis fultus ater fraude gentuli Ligur;  
 Vastumve Atlantis accola exercens mare  
 Vtâbit hæc? quis imperius Thracy ducis?  
 Que vis Latina? lenia quis Paribi fuga?  
 Trahensve prædâ, di barbaros plaustro lares.  
 Vagus sub axe frigidus muret Scythes?

O vita morte peior, o placidum malum;  
 O morte peior mortis opitata fuga.  
 O vita mors, noni vitâ, quæ morte es sata.  
 Nam quantulum vsquam mente conceptum est boni:  
 Quod non labore, aut tæbe partum est corporis?  
 Vnde reducta noctis obsepitus sera,  
 Vigil minaci luridus pallens fame  
 Per se ruentes, incitosque urget dies.  
 Heu literati quale munus ory  
 Vita periclo, ac pessimo humano venit.  
 Ni viueres: non esset, ut scaperes. uti  
 Ludicra sapias dona vitæ prodigis?  
 Nil sapere cum dolore sit carens malum.  
 Nil sapere fiet vitâ iucundissima.

O mors nigrantis noctis umbris edita,  
 Horrenda, seuâ Diris ignans seror:  
 Quis te efficacis orbita ingenij fugit

Vanum

Vanum ne fati nomen inuentum est grauis?  
 Necessitas mortalibus dirum malum,  
 An non catena est illa, quam præsci viri  
 Dixere missam in arua primo sæculo,  
 Blanda metalli luce pallentem ignes?  
 Cum facta rebus terra concessit nouis  
 Rudemque fudit prima tempestas polum.

Rape te in remota specua fugientis soli:  
 Busridarum fremitus animarum ubi furis:  
 Et more ponti puluis exultat trucidis:  
 Vbi impotenti terra putrescit Notos:  
 Qua vorticosos Tehyis eructat lacus:  
 Vbi arua pestilente scissa hiant Canes:  
 Curtisque turget vsta terra viperis:  
 Vbi inquietia solis aurei rota  
 Humi colorat terga floribus nouis:  
 Mollis repente vere cum balatur dies:  
 Vbi orba tellus fertili Faunio  
 Morientis anni effœta suspirat vices,  
 Colleque picti primulo diluculo  
 Recente rore, quem recens premii dies,  
 Vineta lata, pensiles vuas fouent:  
 Qua adustioris ora solitudinis,  
 Inersve sopit pigra crystallus vada, &  
 Rigens coercet frigore Arctoo gelu:  
 Te fatum edaci dente seclatur ferox.  
 Metitur atro surda mors telo fugam.  
 Nonne hoc moneris? quoque te venas, videris:  
 Seu purpuratis territas populum misis:  
 Seu purpuratas metuis e populo misas:  
 Aetas fugaci decolor ruit pede:  
 Vires relinquunt, in nihil perit calor:

Huc res tibi reditura, qui spernis Deum:  
 Qui peierati iura contemnis tori.  
 Cui temulento Bacchus, ac Bacchi comes  
 Regno superba Cyprio incedens Venus,  
 Seruum lupati dente frantarunt caput.  
 Quid ergo liberum autumas? Quid liberum est?  
 Posse in voracis igneos flamma lacus  
 Ruere? exiliro? posse dexteras pio  
 Contaminare, & abstinere sanguine?  
 At hoc leana seu a communi sibi  
 Iactabit, at nec mentietur, indole.  
 Futurus olim toruus armenti parens  
 Nunc molle fronte pruriente mugiens,  
 Quare petulcus arborum iruncos quatit?  
 Nempe hoc, quod ipsa prestat hæc nobis manus.  
 At sancta die dona nos mentis regunt:  
 Que sit negata cætero animantium gregi.  
 Vt prona Zephyri fluctuant nixu sata:  
 Fornica densum cogit agmen ordine,  
 Raptas onusto calle connectens opes.  
 It prima castris dux, & insolentibus  
 Dat signa: lentas atque castigat moras.  
 Vt astisque freius bos laceriorum toris  
 Lenis flagellis paret, ac loro studet.  
 Quid Dædala alti particeps mens halitus?  
 Hanc sedule non vindicant apes sibi?  
 Priuata que res hominis, aut qua publico  
 Perfusa tali luce fuisse: ut vias,  
 Vt temporum vicissitudines, vi &  
 Aduersa bella, & prospera, & pares fugas,  
 Et disparet, & Martis euentus truces,  
 Sentiret aque, ac mente fundaret pari?

Ciuilis

Ciuilis ergo ius supercilij obiciis?  
 O Sortem iniquam, o fata sæda, & aspera:  
 Natum esse talem, ut imperem necem mihi?  
 Non constitutus lege dura Carnifex  
 Vt cade facta vetere, parretur noua?  
 Quod plectis, hoc committis? Heu ferum genus.  
 Remedia morbo victa Natura graui:  
 Aut eadem atrociora, si vincunt, vigent.  
 Scelere expietur fortuitum alio scelus?  
 Vt vitra sit Fortuna peiore ambitu:  
 Si occidis, an si parcis: hoc dubitem miser.  
 At te beatum stulte iactas: ut tibi  
 Solentiamque, & artium scitas opes  
 Cælo suprema sorte demissas putas.  
 Scilicet pudenda ut arma nequitia tue,  
 Penis, gulaque, & alea damnum pares?  
 En cæterum Natura quod finxit pecus,  
 Cicur, ferumque, armenta, & infirmos greges,  
 Habet quietum, & insolens periculi:  
 Nisi quod auaræ sanus exturbas manu.  
 At tu ille tumidus, atque coopertus dolis  
 Sudas aratra, aut vellera attondes: simul  
 Albente cælo Lucifer rosea manu  
 Candore pingit igneo valuas Poli.  
 Aut ante lucis aureum decus, feri  
 Latronis auida tela formidans fugis.  
 Au te minores beluas sequeris apros.  
 Magnum arbitratu esse momentum viri:  
 Si leporis, aut odora latrantum agmina, aut  
 Fallentis astu subdolam vulpis fugam  
 Vrbis relictis muniis sistas miser.  
 Gruibusve, edacibusve turdis reia

Blandi soporis dulce munus auferant:  
 Cum adhuc tenella luce nigricantia  
 Sol noctis ora nitente consuat face.  
 Et restituta rosidis laboribus  
 Mutata puris candidum diem rotis  
 Ad prima cali pertulit cacumina.  
 Aut te supina vita, marcidum otium,  
 Negat orientis, occidentis pernegat  
 Vidisse solis lectulo amisso iubar.  
 Tum Venere turpi sordidus flamma vapor  
 Bruta medullas exedit vorax face.  
 Quem viperino crine, cineta viperis  
 Insano Erinys obsidet Stygia flagro.  
 Non sic rubentis fonte Vulcani furunt  
 Acherontis atrii vortices: flamma globi,  
 Quos Sicula fundit Aetna, quos Lemnos vomit,  
 Atque vsta Lipare, atque Auernales specus.  
 Effœminati: heu scœmine, nec iam viri.  
 Composita pingue spirat unguentum corna:  
 Buxi labores mobilem timent Notum.  
 Discriminato vertici ut stetit strues.  
 Heronis ille puluis, hybernium gelu,  
 Ferocientis ater Autumni labos,  
 Fremitus tubarum, iussa Mauortij ducis  
 Illiberali excussa sunt omnia metu:  
 Vt excitato sole percussus semel  
 Vltrice fulsit luce vulnificus chalybs.  
 Qui fulminantis fulgur irrides Iouis,  
 Tonasq, iunivus voce: cur manu stupes?  
 Te ne in minacis torua Neptuni freta  
 Obisciat hosti Roma? vel Roma amulus  
 Gallus ferocem cuspidè inuictus manum?

Hac

Hac, qua Britannus fluctibus Nereus strepit:  
 Feruensque mugit classe, qua latei, mare.  
 Aut ubi tremendos Vngaro Turcas fero  
 Vrgebu: alto corde te speret virum  
 Sublimis acri turina collucens equo.  
 Siue ille Hiberno gramine, atque hordeo satur:  
 Seu Calaber arcta latera succinxit latex.  
 Rigensve duro Borysthenes stupidus gelu  
 Tenore vegetum strinxit arguio caput.  
 Tibi seruus animus, iuris & nullus sui  
 Metitur intus ut nihil, foris omnia:  
 Negat male agens scelere, quem spernit Deum.  
 Formidolosus patrie, iniuisus domi,  
 Hostis omnium, turbator orbis, impius  
 Parentibus, pestis necessitudinum,  
 Reus tui. Quid amplius dicam? haud scio.  
 Nec facere crimen, esse sed crimen iuuat.  
 Hæc nostra virtus? est ea ad cælum via?  
 Qua monstra virtus terra domitabat, fugax  
 Heu misera, monstrorum esse nunc cœpti loco.  
 Abes abs teipso: mente, quam iactas, cares.  
 Aut fare: Quorsum, quod nil sit, expeis:  
 Quod est, nefandus veris hoc usum in malum.  
 Quæ sita pelagi viscera in gulam tuam:  
 Sparsusque pontus funere externi gregis.  
 Vexata maria? ast illa formidas: neque  
 Sunt tuta, que timenda? qua metuis viment?  
 Patiturque cadem, qui dedit vitam tibi  
 Bos incuati iabe confectus seny.  
 Cibusq, fit, quo aurore in capis cibum?  
 Hæc merita? sic reponitur durus labor?  
 Natura iam iam muta formidat, sibi.

*An te creauit misera: ut ingratus cauo  
 Voraginosæ cuncta dilueres gula?  
 Cui cuncta parcunt, parcere nulli scelus.  
 Auferre munera illa, non gulam potest.  
 Arcesse ad ista gloria florem rudis.  
 Qui blanda pecora vincis, & cogis mori:  
 Te vince, & ipse viue, quem viuum volunt.  
 Iam uita uita nostra, nec scelera capit,  
 Nec scelera sese: ipsum & animum exuperant mala.  
 Vt onere sedit victa, uita quod facit:  
 Rapidis resorpta est haustibus terra Stygis  
 Ignota iam sibi ipsa, quæ fuerit prius:  
 Quæ nunc nec est, nec esse quo possit, uidet.  
 Heu genus nefandum. Beluæ, armenti greges,  
 Obscœna terra viscera, & vetus Chaos,  
 Deum sequuntur, ille qua iussit semel:  
 Tu non sequeris? criminis precium petis?  
 Laudisque non ferenda iam præconia?  
 Meritus nefandi supplicij genere ultimo  
 Alia uia, quam morte, qui morte occubescit.  
 Sic scelere tu te vincis, ut vincat scelus,  
 Maculans serenum nocte ferali diem.  
 Is es, cruore, pauperumque viscere  
 Pio calenteis dire qui iactas opes?  
 Opes beati ruris, ac ferax decus  
 Nemoris virentis, lucidique vber soli,  
 Et Regna flauæ Cereris, & florem Dei,  
 Cui tenera turba Mimallonum strepit rubra,  
 At tetra facinora, quorum ope hic regnas, lues.  
 Degenere fraudant vomerem fructu sata:  
 Frustraque irita aratra: seu steriles vagus  
 Salsos acerba luce mordebit dies:*

*Cum mane puro pingit, ac rutilat Polus.  
 Seu cum rubenti Phœbus occasus manu  
 Iniqua demit bobus adiunctis iuga.  
 Quoties regenteis eximens annus niues:  
 Latas aprico reddidit luces Iouis?  
 Et nulla sulcos ambit operosos Ceres.  
 Molles ut importunus Apriles rigor  
 Deurrit: ut hyemis horrido satellite  
 Vieta spolia plectuntur Autumni senis.  
 Languet soluti suda temperies Poli:  
 Siquando torpidum hispidis flabris gelu  
 Blandus resoluit aduena tepor pede.  
 Morsuque Boreæ strictus infami liber  
 Iustis iniquo penso ut impositas agris  
 Abiurat operas: spemque mentitur seges.  
 Cur Vesper agro languidos euocat boues?  
 Pando refectos mane cur reddit iugo?  
 Vastata suetis arua functionibus  
 Strigosa squallent, sentaque informi situ.  
 Nec gnauus auget fertiles glebas labor.  
 Quod si suprema fata nos Mundi manent:  
 Et ista nostrum monstra conuincunt scelus:  
 In ultime venimus ætatis gradus:  
 Quæ nos metallo decolauerit malo.  
 Vale nefanda uita: dum mihi integrum,  
 Non præueniri, præuenire qui volo.  
 Nempe mihi nomen diuinitis: quem tam premis  
 Horrens egestas: undique ut petenda sine  
 Aliena spolia: ah uita ducenda est in hoc?  
 At non ita arborem, arborisue germina  
 Natura destituta fugit: ut foris  
 Vitæ ad paranda dona conquirant opes.*

*Aut cum superbus floridum cornu exeresit  
 Vernante rore Taurus, aut Aquarius  
 Serum refuso Cymbio infestat polum.  
 Aspice volantium plu. neum, ac pictum genus:  
 Aspice feras, mutumque Neptuni gregem:  
 Quam libere agitent: quamque nil petant tui.  
 Illis perennis limpida fontis liquor  
 Servire iussus, vuidas illis specus  
 Natura mater excavit: ut foret  
 Vbi se leuarent languidis laboribus.  
 Illis videntes herbida ripe tori  
 Terræ parentis emulam gemmis cutim  
 Struere: siue solis æstius fugam  
 Parare, tepido siue apricari solo.  
 At me furem, atque opibus inbiantem impiis,  
 Seruumque nugis concaenatum meris  
 Torquet tyranna cura: nec linquet prius,  
 Quam male ominata barbari in cali loca,  
 Aut spurca scorti sceptrâ mutet: aut sacram  
 Pallentis auri cæca transformet fanem.  
 Vt innotatum murmure hiberno salum  
 Feris frequentes fremitibus plangunt Noti:  
 Sic impeditas mentis ancipiti bono  
 Euenta misere male habitas dotes necant.  
 Abi in repostos ultimi Poli sinus:  
 Inhospitalis Tesqua sola Caucafi:  
 Subter dolosi tremula Neptuni vada:  
 Incommodis ut cæteris careas: sequi  
 Instabit hæc: miserumque tondebit secur.  
 Turbans serena mentis altæ munera.  
 Ac velut arator fumida victor face  
 Aut sedulam, atque operibus intentam sacris:*

Aut

*Aut ante fucos castra metantem ducem,  
 Parcæ beati vindicem afflixi faui.  
 It stridor acri gente commota grauis,  
 Raucumque amaris murmur obscurum ignibus.  
 Atque audet aliquis inde mirari: quid est,  
 Quod nascituros dura luget Thracia:  
 Quod luce cassos ebriis beat choris?  
 Surgamus omnes umbra, & umbra somnia.  
 Surgamus: ut nos nosse nos, tempus monet.*

IVL.





## IVLII CÆSARIS SCA-

LIGERI

## TERETISMATA.

Satyra.

**A** melius fuerat non scribere: namq; tacere  
 Tuiū semper erit. Presertim ut secula nostra  
 Et pura, & vacua, a vitiiis nil tale merentur.

Incipe qua lubeat: vel nunc a milite: cuius

Moribus, & vita licet impune omnia dire  
 Ut faciat, meditari: & patrare immeditatum:  
 Abiurare vltro commissum, ac depositum: rem  
 Soluere vel pugnā, etiā vel soluere pugnā.  
 Nil horum est. Fame nil possis detrabere eius.  
 Sobrius, & donans, & amica fronte benignus.  
 Ipse sua stipe contentus, nil queritat exira.

Aspice, mercator raptos a faenore numos  
 Dissipat in viduas, & disperitur egenis.  
 Sacrifici incesti non sunt: non vota, precesque  
 Venales, Gratis, gratis suscepta dabuntur.

Non contemplantur foetam vigil, anxius arcam,  
 Qui scortum ille et, satyra stomachante, sacerdos.  
 Nec lauat assidui maleolentia menstrua mensis.

Desita nunc, olim facta. At dilatio nulla  
 Queque diem diffindat: ut immortalia fiant  
 Iudicia: & ius consilio mendicet inani.  
 Cedit caussa, ne ex illa viduus cadat, ingens

Satyr-

Saturnalitis duplicatus ventre patronus.

Nec rem pupilla Nacca in sua commoda vertit.  
 Cumque virum dabit: ergo paciscitur Amnestiam.  
 Ire die, tuto ire licet vel nocte Tolosa.

Nil saccum metuas, nil sicam: nilve cloacam.

Non vendit natam monacho turpissima mater:  
 Ut lingat digitos iugulatis ebria curis.

Committas cuius, confectum est, sterte vel annum  
 Dispensator adest: rogat vltro te, ut rationes  
 Vel se absente putes, de summa nil tibi deerit.

Deq; suo potius demenso substrabet ipse.

Quam cumulum faciat meliorem drachma peculi.

Mentitur nemo, nisi qui incestum canit: atque  
 Scribit adulteria, aut fraudes, aut proditiones.

Non si dona diuis, que Agamemnone sprenit Achilles  
 Magnanimus spondente: habeas falsum, tibi testem.

Non prece, non pretio iudex corrumpitur. Aurum  
 Purum exire, putumq; solet. Mera pustula cusi  
 Argenti. Neurum tibi falsificabitur ere.

Non gula: non strepero turris damnata frustillo  
 Obiurgat cælum, quod non descenderit vltro

In iactum, stolidisve facit conuicia Diuis,  
 Qui non in dubium deducunt sidera punctum.

Nil nisi nunc solutum est, hominem spirare, Deumque  
 Cetera fœda silent. Rediuiuo viuimus auro

Vere nunc orbis tum rem, tum numen adeptus,  
 Aurea cui reditu iam circumuoluitur etas.

Sic fratrem frater vult dilexisse: vicissim  
 Vt pius uxorem poscat, tradatque parenti,

Nulla ferunt communem vltro, citroq; repulsam  
 Et tu vis satyram me scribere, & igneus urges?

Adde, quod ex aliis quidam aduertisse pudendum





*Filia vita verecunda taciturna quietis.  
Tarn prauo utilior mundo, atque optabilior, quam  
Vxorum tria, vel tria funera caussidicorum.*

## Poeta.

*Sunt quidam, qui me clamant non esse poetam  
Pignore deposito, faciunt conuicia, si quis  
Conterdat, plagas etiam minitarier ausint.  
Queis ego, sed potius de ira dependere cerium est.  
Quisna hostilem animum illorū mihi credat amicū?  
Est tamen. Et bene vi esse volunt, bene cū esse recusant.  
Nam quid enim miserabilis queat esse poeta?  
Quem interdum, ac saepe una dies tres syllaba torquet.  
Qui seipsum inclairat cauea pallentibus umbris,  
Templorum in turri veluti Sudorius alta,  
Ut curiam excudat tenui sermone monetam,  
Anxius, an placeat sartoribus atque coquinis.  
Quem ridet male nugacis schola auara Galeni.  
Vulturūque alij, rabies quos improba lingua  
Exercet creperi rauca ad subsellia belli.  
Ille tamen se versiculis vlciscitur airis.  
Tantum. Nam quid praterea quid versiculi illos  
Geryones moueant? quos nec fera fulmina terrent,  
Dentatūque umbris Minos, aut trux Rhadamanthus.  
Interea te dira fames, dira illuuias te  
Conficit, & paruis pedor cognatus adestis.  
Tu tamen in numeris, & vano carmine perstas:  
Vngues arrodas, calamo caput, & scabis aures.  
Terrā oculis mera blienna voras. Tua prādia sunt hec.  
Indicis somno exiliū: quo stertere possis  
Dum vigilas, stupidus satagis, statua aurea palles.  
Seu coctura situm attuleris siccissima longis:*

Stiria

*Stiria seu crepuit natis hiberna diebus.  
Praterea generis nescit quis crimina vestri?  
Quam male moratis animis, male conciliatis?  
Pessum ut eat culpa vestra respública, vestrum est.  
Cum ignaua (hac summa est) laudabilis oia Musa  
Ventricrepe, stridoris fons, mundi umbra cicada  
Nil prater Venerem, vel spurci murmurata Momi.  
Nam mihi religio obiscere est bona numina Bacchi.  
Queis sine quis vestrum andebit se inferre poetam?  
Ni prius aquatio Venusino dixerit, ohe?  
At puto sunt vobis in censum mollia fata.  
Turpe pedis nomen vestrum interfecit Homerum.  
Alcman ipse pedum morfu, non nomine obiuit.  
Quid minus est acino? ast acinus mors vestra, poeta, est.  
Huic testudo animam frustra fugientis ademit.  
Ille epulum est canibus. Plumbo ille intrusus inani:  
Pro tumulto instabili latitat sub fornice Nerei.  
Felix, si possunt maria eluere improbam Erinnym.  
Que nec salsa nimis tam salso visa Cratino.  
Zelotype hūc lacerant minima in discrimina Thressæ.  
Illum discipulus cantatum in tartara mittit.  
Hic sibi pro hoste manus violentas attulit. Ille  
Paupertatis agrum lippis deplorat ocellis.  
Tristis, & informi maledicens multa Sabino.  
At raris opibus donatus Virgilius se &  
Multis cum famulis nitido curabat amictu.  
Imo nihil prater patrium (vix hunc quoque) agellum  
Concessit, non donauit ferus ille Tyrannus.  
Nam mihi quos hortos, que tu conuiuia dices  
Aequiparare vnā tenuem Corydonis auenam?  
Solum mi obiscies meritum bona multa poetam,  
Oppianum, illa tulisse, & successisse paternis.*

f

Concedo. Verum tum vnus fuit Antoninus.

Ad nostros. Magnus nummo fuit auctior vno.

Actiuus aut muse genitor Iouianus amœna?

Obscœno moreris sed Politiane furore.

Esurit exily sorbens pulmenta Marotus.

Arui in cinerem insani lutum inane Doletii:

Atque mihi occentes, tibi magna iniuria facta est.

Cum te lingua canum clamet non esse poetam.

### Medicus.

Si tibi ridere est animus, vel si vacat, audi.

Magnanimo risu ingulgetur cura vicissim.

Vt sapiens teneas fugitiua tempora vite.

Vnum atq; alterum eram spatium facturus in umbra.

Quem vacuum ignauo mulceret Sirius æstu.

Lentus more meo, & passu suspensus inerti.

Ecce tibi satura insanorum sanguine Irudo

Garrulitate leui nulli cessura cicade.

Quid fut ait, statur, video, sed inania vestra

Officia, vt mirum est, cognato in tempore mortis

Cessare: vt tacito dormit Libitina feretro.

Quid vos laruigenas, morbi, mortisque ministri

Carnifices diri facietis? si bona vestra

Pendent tota malis alienis. Augur in vrbe

Templa sacro lituo designat, venerit vnus

Vestrum, obseruatum de celo clamet: vt ille

Qui monachis primo de mane occurrerit aris.

Si miserum est nobis sic nobiscum esse: quid id sit,

Quod vos estis? ab impuris monstra impia fatis:

Non impune modo vos: sed mercede necames.

Nil nisi stercora, nil nisi dira cadauera olentes.

Et torques collo, & digitis gravis annulus errat:

Quos boia, & laquei potius summa e cruce larrant.

Esto.

Esto. Aliquid possis dare, quod te postulet vsus.

Quis vestrum studui? sapere, & sentire quod ex re est?

Pars asinis, ouibus, capris, porcisque relictis

Sacrificio sui habent tempus seruire biennij.

(Vt caluus vino pumex, vel sponsia, vel crux)

Sex septem verba vt discant sine lege profani.

Mox vt ad humanum se audent conferre macellum

Mula onus inuisum superis, Orcig<sup>3</sup> Tyrannis

Stercore atq; manum, & callos cernicis inaurant.

Callos, qui succo facti, corbig<sup>3</sup> ferendis

(Vt Caluus solitus oleis portare fimeum)

Pars vix prima elementa feri sub verbera lori

Gustarunt: propria exturbant de sede magistras,

Et se substituunt: sic gratia prima relata est.

Mox hostes natibus pucrorum, exinde crumenis

Aeruscatores indicunt bella minuta.

Hinc furcti paucis obolis, atq; ære misello

(Annulus illico prægrandis) talaribus imis

Ostendendu tegunt lacero vestigia calceo.

Magna superciliis, maioraq; vocibus audent.

Crede, & saluus eris. promissis ceria fides. nam

Cum te interficiet, morbo curaberis omni.

Sic ait, esuriensque aliquem vt spoliaret, abiit:

Et responsurum coruum delusit hiantem.

### Ego.

Quo me habeam patto, que sunt mihi cōmoda, quive

Angores, miserum felix me scribere cogis.

Qui patitur, nam bis patitur, narrare coactus.

Vita prius dicenda, dein fors. Quid mi animi esse

Dixeris: vt fera reptans in limine vite,

Atque domo veteri, atque noua procul auisus, exul

(Vix mihi, vix ipsi, neque enim fas credere, credo.)

*Aspicio in terra medio sedisse latrina?*  
*Hic ubi nil præter fœdissimæ fœnora ciuem*  
*Distendunt: ubi nil nisi lis spoliavit eundem?*  
*Hic ego qui fiam dives? donare coactus*  
*A Genio: qua in gente nefas donare putatur.*  
*Ni sibi doneatur ne a se sint dona profecta.*  
*Iccirco incunda mea venatio vitæ*  
*Non nihil abstulerat, quæ secum incommoda ferret,*  
*Abstulerat. verum morbus præuertit: ut illam*  
*Mutare (o fatum) lento rigidoque grabato*  
*Hic me, quæ nervos prædira, ac multa cicatrix*  
*Lasit: habetque negatque remittere. Non mihi calum*  
*Profuit appellare: nec abstinuisse nocente*  
*Sape cibo, & puris contento vivere lymphis.*  
*Ecce calor nocuit. frigus quoque. Libsque, Notusque*  
*Et Boreas: sudusque, & Iupiter humidus imbri.*  
*Tum requiesque, laborque, & præscripti conatus.*  
*Quid non? omnia. quingenti sunt plus minus. illos*  
*Oro roges: tali nostra dicent ope morbo*  
*Exemptos, capere hinc incunde munera lucis.*  
*Credo ego, quod ab ano promisit mater Achili:*  
*Quod sapiens etiam Prodicus dedit Hercule a vi:*  
*Euenisse mihi: manifesta vi pernicie mi*  
*Gloriam emam: atque pari pensam virtute labores:*  
*Quæ causa est: ut sæpe rear mihi calitus illum*  
*Demissum ab Iunone fera. Nam sponte remittit,*  
*Atque abit: & redit interdum demum altero ab anno.*  
*Ergo nihil facio. Meles, & vipera, & vrsus*  
*Ridentur: fomenta silent, oleisque liquores.*  
*Interea libri. Hippocrates, fidusque Galenus*  
*Interpres. Plato, Aristoteles, Ciceroque, Maroque.*  
*Nam reliquis (dicam?) quasi sunt bellaria mensis.*

*A meip-*

*A meipsoque nouum suffuror Casare Casar.*  
*Neve alium mihi propterea bonus obice vultum.*  
*Vox eadem. Non idem animus, sed maior & exlex.*  
*Inter pauperiem stat castigata supellex*  
*Cassitero splendens vili, argenteoque minuto.*  
*Inter Fabritium, & dicentem in Apolline cano.*  
*Auertunt hiemes aulea victa furentes*  
*Cum lucente foco, lignis qui seruit inemptis,*  
*Lintea iurabis nunc, nunc a fonte referri.*  
*Parca gula, & quam Burdigale desiderat alumnus*  
*Ridendus. Famulis longe victus est cilsantium.*  
*Sic per transennam Bacchus me suspicit. ille*  
*Decolor in fatuis Acheloi desipit vltis,*  
*Carne satur pauca: piscina amidissimus: oia*  
*Odi, tanquam epulas monachorum tartarorum,*  
*Ne ostendet clunes priuis gallina coquinis,*  
*Ficatumque iecur seruitoris Capitolii*  
*Nocte silens nigra stertit cum caetera iurba.*  
*Porta p...et, cunctos admittens. Hic mihi guttur*  
*Ostentat mihi, quod depasta est indica pestis,*  
*Rancidulum erosus raucus de nave locutus.*  
*Gaiaco si vota facit: sic lignea nata*  
*Sæcula: nam fuerant de duro haud vltima ferro.*  
*Ather inexplere clamat tormenta podagra*  
*Ridiculus. Tibi opem vis ferre? mi inuulis esse?*  
*Conualuit tamen: atque artem subsannat inertem*  
*Autori. Accedit vidua, aut pupillus egeni*  
*A rure, atque colu. Vitisum caussata crumena*  
*Narrat anus: nostros non ausam tangere postes.*  
*Impense veritam, ne non intraret amice.*  
*Vi, cui fons gelido prabet de nomine nomen*  
*Diluuium fundis, nummorum rauca Celens:*

Huic ego non solum trepidos non aufero nummos.  
Quin vltro exhibeoque libens, & pharmaca soluo.

Hospitibus faueo: recto foueo peregrinos,  
Et veste, & siquid reliqui fors improba fecit.

Templa odi. Neq; enim templi spurcissima quicquam  
Iam retinent. Adeam, cum prostibularia non sint.  
Desierit Romæ cum mercatura Simonis.

Interea meditor, cerebrique sigilla resigno.  
Audeoque & calum metiri, & tollere metas,  
V' elificans quoniam Lusitano insanior. At tunc  
Supplicia innumero, numeroque, & mole parantur.

Primum vicina e casula mereiricula quantum  
Pota quiritatur? dein carri, iehensa boatrix,  
Lignipedesque opera, fossor, marra, atque ligones.  
Mormolyca, larua tempestatumque tribani,  
Et que tartareo conflata e semine ditis  
Torna minas abigit trepidi campana tonantis,  
Non pellunt surdum scabioso e pectore Phœbum.  
Magnificis igitur pressis in puluere chartis  
Execror externanda fera conuicia vite.

Villa, nemus, riuus, præpingui pictus oliua  
Hortus, & in sero Phœbi Garumna recessu  
Inuitant. libri aut pro libris liba cerebri.  
Cumque volutari nostras tam rideo nugas:  
Et mihi sum, plaususq; actioq;, & scena, theatrumque,  
Et quicquid misero fama luclamur amore.  
Cætera contemno, spernoque, & abominor. V' rit  
Sola animum inuictum rediuiua fama corona.

Ambitio infelix, & habendi insana cupido,  
Queque truces olim furiare est. ausu Typhones,  
Inuidia atra, pedem in nostras nunquam intulit ades.  
Nec curo, quod non fabellis inserar. aut me

Rauca

Rauca crepet tonstrina, senacula fœmillarum.  
Nec quod me Iouis patriis non pingat in armis.  
Nec quod me in censu numerat Cacus eratorum.  
Nilque a Scaligero nebulo discernit Arassum.  
Qui dat pro capite exactori bina minuta.

Brenni progenies: & si non illius essem  
Ille meo poterat deduci sanguine. Quid ni?  
Cuius uterque parens diuino e stemmate: cuius  
Tot tantis atavi regionibus imperitarunt.  
Brenni progenies Brenni in prædiuite regno,  
Quod precor augusti crescat sub nomine Regis,  
Pro capite, hoc, quod Musarum factauiimus aris.  
Gallica que raris celebrarent facta triumphis,  
Pro capite hoc, quod Mauros deuouimus aris,  
Quod pro Francigenis tot passum est vulnera regnis:  
Annua pro capite hoc, hoc, veltigalia soluo.

## Conuiuia.

Quod nomen, quodq; officium sacrum fuit olim,  
Principibus sociumque, & regibus & Polemarcbis  
Admiror modice: sic, quomodo cætera. Namque  
Execratori propior fastidio ineptos.  
Alterum ab inferis reor exiluisse barathris  
Sive artem, siue officium, seu perniciem: que  
Alligat ad mensam sine compedibus Parasitos.  
Iuppiter: ut ne hoc, quod de me sit merda futurum,  
Me totum ut vendam: aliterus vitamque cadauer?  
At satis hoc olim excussit facundus Aquinas.

Nunc mediū hæc inter, prisicque, illudq; Epicharmi,  
In quo pene etiam meipsum fors ara fefellit,  
Expediam. Nam quis nomen tenerim conuiue  
Contemnait propius nequeat, nisi vixerit idem.

f 4

Ad cenam ergo vocor. non illuc ire vocato  
Religio. accedas. paruo pro crimine tetrum  
Supplicium. & peius dryina sitiente tremendum.

Principio rebus reliquis est omnibus ante  
Vertendum. ne prætereat secunditer hora  
Condieta. Ergo fori vacuus teris auia seri  
Limina. si nemo te rideat. vreris vltro:  
Si quod in antiqua vi libertatis acetum est.  
Dic. quoties dixit. quota? quanta est? quam aue? nondū.  
Haud longe tamen huc properandum, ne mora fiam.  
Hinc moueo. Interea Sterimus obuius. Hei  
Cardiaco succurre rogo. Cras visero. sed nunc,  
Est mihi cras. forsan cras non erit. ut mihi viscus  
Subsilit. & vitam subducturum esse minatur.  
Non queo adesse. abeo ad cenam. canaueris at mox.  
Interea fer opem moriuro. disperem si  
Ignoscet Midas fallenti. Quare abeo. Quid  
Ergo tu humanum medicum es te sepe professus?

Sic garrit. blaterantem ego negligo. Cenam  
Cenā, & herū præ oculis. Nil præterea. aduenio illuc.  
Nemo dum. Horologus sepe ut mentitur ineptus.  
Non caret hoc etiam culpa. Non sedulus illis  
Dicar. sed metuens ne me præuenerit offa.  
Tum spatia hic faciendā mihi vel ad vsque trecenta  
Nisi sunt plura. puer ridet uaser, atque screanti  
Illudat. pigri reliqui: tu prouidus vnus.

Postridie ne quid tale accidat: vsque sub imam  
Horam expectandum curo. Fors cætera turba  
Discubuit. Iure hoc iubeor stans sumere pernam  
Jam erosam: aut turpi discedere murmure onustus.  
Fac me aliquādo venire in tempore: quid tibi dicam?  
Quid sileam? cubito ut premeris, vel crure, vel ala,

Que

Que te etiam nunquam attactum sudare coegit:  
Aut ala Altini, aut pes Carni, aut nasus Anapi.

Omnia commemoras dira. at dic commoda sodes.  
Dicam. me fateor iam tum sine fine beatum,  
Iam primum supra se cum me ponit: & vltro  
Dat primo calicem, postquam potauerit, illas  
Cali reliquias? Non sunt hæ sanguine emenda?  
Apponit clunes. te ipsum inuitato editoque.  
Non ego te inuitem. Tu his es dominusque mihi que.  
Nonne putes digito speratum attingere calum?  
Non turex tunc es regni sine sanguine, inempti?

Quis nam hæ despiciat, nisi nauticus, aut olitor? qui  
Nectareis positis non audent hiscere quadris?  
Nam mensa arguitur plus rusticus, atque epulis, quam  
Dicere si iubeas Ciceronis vocibus horam,  
Quod nulli euenisse putant, qui mira loquuntur.

Hæc olim mecum, & nunc cum considero, sane  
Illico lubricus, & facilis assentior. Ergo  
Ad cœnam. venio impransus, saltem male pransus:  
Quem instant multa negotia: vinea, liberi, amici,  
Aegroti, lites: vitam hæ subducere possunt,  
Nedum horas, facere insanum e stolido Peribonem.  
Accedo: intestina crepant. crudum modo ructat.  
Non aderit structor sextam nisi dixerit. Et mos  
Est aule ad decimā, aut vltra ad mediā vsq. cubandū,  
Non discumbendum. proprios plebs rustica mores  
Pellicula in propria teneat, vel vapulet ergo.

Assedit. simul hic aliis sedimus. ah ah  
Is, quem scis lauti nomen captare, palumbum  
Integrum ubi posuit, non coctum clamat: & esse  
Esse reponendum. Miser ille effertur inanis  
Inde sine exequiis in condum: ut crastinus extet.

Quem tostum apposuit sed non semel. Interea si  
Cultrillo Veneto macra hic gallina secatur,  
Vult pinguem dici, ac teneram, raroque sapore.  
Cum centum pullos excluseri. Est eadem vox  
Alpheno: & dignam clamabum pontifice. illi  
Quod non iam missa est: galline iniuria facta est.

Iam memini temetum astu, caldumque, & acescens.  
Mutito. ostendis te nescire hanc generosi  
Materiam vini, solius potare salictum.

Tum mihi quod famulo donassem forte domi, vel  
Forte etiam catulo, forte abiiecissim & in ignem,  
Oblato tanquam precioso pignore honorat.

Ergo fame satur, aut paruo, prauove cibo, sic  
Mando oculis epulas, & dentes dentibus. ultro  
Vltro herens scopulis, & naufragus, & fugitiuus  
Ipse mei. iubeor demenso pondere vesci.

Nam quis nam apposito consumpto pane priore  
Tantundem poscat? buccella caseus heret.

Heret non implet dentis vestigia primi.

Quod nec iam saturam muscam saturare valeret.

Obseruare etiam, quantum hauseris, & quoties. tum

Dispensatori & puero iam garrir in aurem:

Ne tu de primo dederis. Miscere priusquam

E cella egrediare, memento, atque indere lymph. u.

Tum mihi, sobrius es, nec tu conuiuia curas

Inque scholis, inque officiiis castrensibus altus,

Philosophus, medicusque, Itulusque, & nobilis. Eheu

Tot mihi tot tituli atq, fame, atque siti hoc die emēdi?

Dispereream, nisi iam lurdam, laganique catinum,

Et pullum in medio porri, cepeque sepultum

Cum Bruco intingente manum feedamque, nigramque

Aut obsterrice a curis veniente cruentis

Discipio, & ratio est ratione valentior omni.

Esse meum mihi me, & vulgum damnare profanum.

Qui liber quando esse queat, seruire laborat.

Mortis imagine emat gratis quod vendere debet.

Pater.

Pauca tibi narrare volo, qua dicere quondam

Mi solitus lucundus homo integer, acer, amussis

Fermentato iudicio, ingenioque subactio.

Quem velles vidisse adeo, atque audisse loquentem.

Euclides, & Vitruuius cui cedere possant.

Nam geminos posuit pinguis tibi Sequana pontes.

Impleuitque alias immensis molibus vrbes.

Hunc mihi Phœnicem, linguaque & moribus, autor

Vita vtriusque pater dederat consultus alendum.

Stultitia est parvis natus, sed prodita quantum?

Et tamen ipse videri vult sapientia nati.

Quid non ille miser pro illo dicere, facitve?

Indicit bellum Eois, Solique cadenti

Remisque ac velis furis fugientibus instat.

Querit opes, ubi mors laqueos subtendit apertos.

Non cali, non Neptuni viresve minere

Sufficiant. Non absistit ter naufragus undis.

Aurum inbiat fossæ vasto telluris hiatus

Sape ubi non tegitur felix operosius, atque

Aegypti reges sub Pyramidum structuris.

Nam quid enim euenisse potest felicius illi,

Quam facere ex auro thecam? quid? quæ desodere auri

Matricem, & condire illo sibi aromate corpus?

Quid tibi de furtis: terraque marique, rapinis:

Fœnoribus dicam? periuria nectar in ore est.

Aspice quam vacuum vestit speciosa lacunar

Bractea: quam nitidaque stria, puraque columna.

Vna in tam vastis, vna est sententia rebus.  
 Plus habeam, quo plus vellem. Quid præterea? nil.  
 Hæc hominum domina est, hæc est regina Deorum.  
 Sola placet: solam prece mica thuris adorant.  
 Quid tibi vis? sat habes. tot vectigalia, turbam  
 Seruorum multo cum stipatore clientem.  
 Dicam, solus ego dominus modo. sic satur esto.  
 At me natorum septem scis esse parentem.  
 Quid faciam? ergo mihi sit septuplicanda supellex?  
 Es dei celi animi, nec sedes conuenit alta.  
 Si nihil es, nihil esse velis, ego perpetuabo.  
 Sic faciam: & plus, si potero. Fortuna fauebit.  
 Hoc ius: hæc lex sola: Quod utile, ut hoc sit honestum.  
 Te miseris cum Philosophis plorare iubebo.

### Orium.

Libertina prius Romana incommoda laurus  
 Vatis excipit. Tali instigatus odore.  
 (Nanq; hoc est satyris vitium satis omnibus vnum.  
 Ut præscriptum aliis describam carmine carmen.  
 Atque nouas veteri tumefactent carmine buccas)  
 Fusiis explicuit dilatans acer Aquinas:  
 Sarracum, & carrum, atque integra rupe columnas.  
 Hoc tamen est leue, nec præterquam errantibus, atq;  
 Dum versus faciunt lymphata vagantibus, acre  
 Ac durum tolerare. Domi quis nanque sedere  
 Te vetas, atque alta turbam videre fenestra?  
 Siue sues ditaturi sunt pingue macellum:  
 Siue boues fugere canes, dubiamve securim:  
 Seu fur se dedit inque pedes, inque auia turba  
 Sublecto, ut Molinus, panno, sectave crumena.  
 Me sine facta queri Fortuna: quæ pia mater

Sacrile-

Sacrilego, productori: insidiosa nouerca,  
 Siquis in humanis disquirat præmia cali.  
 Huic virgas. virga, ludus, si terga fatigant.  
 At si suggeriur virga, ut sint pabula flammis  
 Fortunamq; fidem, atq; hominum ingenia inde reuolse.  
 Ad turbam venio. Quis me felicior alter?  
 Cui, quæ alij discurrentes per strata, per urbem,  
 Inueniunt, durum meditantis, aut molle cubanti  
 Se vltro dant. Nostram tota urbs est ante fenestram.  
 Principio porta est, Bacchi quæ ducit in agros.  
 In quos incipiunt a lucibus Orionis  
 Ire putatum. exercetur dein passimum ad vsque  
 Quo hospes lucigena sit portitor Hellepontii.  
 Nunquam cessat opus, vocat ablaqueatio glubis.  
 Posthac illo pedamenta: hic inspiciat: hic æso  
 Vimina lenta legit: queis pendula stabra ligentur.  
 Nec finis, splendet reperiit tempore marra.  
 Luxuries stringenda, para fœmia, vix hæc  
 Comportata, ferunt Deois trudit in æstum.  
 Area, plaustra, seges, defunctus commodum: ad alueos  
 Vina cient, sic idem annus se in seipse reuoluit:  
 Quæ consumpta puies, referens opera, atque labores.  
 Adde operas, operas, misero & suspiria vatis:  
 Ante oculos cuius, & cuius plurimus aures  
 Vintor arnarius ligno, ferroque pedes it  
 Tanto cum strepitu, ut sim surda tonitrua, sed nec  
 Hoc contentus, habet vocem, qua lancinet Euros  
 Eurosque, Zephyrosque, & agentes nubila Caucasos.  
 Pectora mi findunt tremulo clangore cachinni.  
 Indicium iugulat tum contemplantis inanis  
 Cantus, & obscænis vox prostibulara figuris.  
 Incipit hæc scabies iubaris cum fronte, vbi seri

*Appetit hora die: reficit pruribus aures.*

*Interea sperare licet fortasse quietem.*

*Quin longe peius. Mala merx vicinia pauper*

*Margonum, & pillonum: cauponibus adde*

*Nautas. Rixantur remes, sportusculus. Ille*

*Vinum adhibet fomenta animo. hic muriatica spirat,*

*Aut Mytota: Furi gladius, scalmusve reuulsus.*

*Adiungis farnos que duos, fontemque Ragæum.*

*Quos quot monstrat locos huic detestabilia orbi*

*Efficiunt passim parua, atque impura frequentes,*

*Qui velut enumerare velit, quot fenora, quotque*

*Insidias, imposturas fert machina Bruci.*

*Adde molas in pistrinis, quas versat aque vis*

*Aut octo, aut plures: Afinos, afinis peiores:*

*Adde & agafones, deuota heu pectora furis.*

*Adde fame informes, fecit quos sepe disertos*

*Lamentatores querimonia blanda Proseuchas.*

*Aut ex naufragio, aut postliminio redeuntes,*

*Quos Liguris tenuit nati Orco dira triremis.*

*Aut qui se pingunt mentiti fulminis igne.*

*Adde & Mæonides sibi quam exoptauit ineptus*

*Tartareo campanarum molimine vocem.*

*Que nunquam cessat primoris lucis ab ortu*

*Ad tenebras, mediis etiam irritata tenebris*

*Vix mihi dum cœpti disrupit munera somni.*

*Hoc alibi questu, nec dum profecimus hilum.*

*Hic repeo, qui se repetit, quin nec repetita*

*Irrequieta imo potius, tum perpetuata*

*Depromptas prohibet audire, & reddere voces.*

*Adde sacerdotum catulos: queis nequius usquam*

*Nis est, nil erit: ut referunt sua semina planta.*

*Aut flent, aut choreas agitant, aut carmina cantant.*

*Mutuaque indormitis miscent conuicia rixis.*

*Et spurias ignobilibus stridoribus iras.*

*Adde obstetrices pistricibus, & lotrices,*

*Ambubaiarum clamores. sarda nouella,*

*Vinum, oleum, far, gossypium, scelerata sinapis,*

*Thus, resina, siser, vitrum, ientacula, sulfur:*

*Cruftula, Castomaza, tomacla, epitura, turunda,*

*Alec, quem patrem captiuam Bononia misit:*

*Et sale viniuoro mordax Thunnilla Brigantum.*

*Aut fatui, aut medici portentosa inuenta scelesti*

*Pestifera: unde queat nummis se explere vorago.*

*Omnia que & Phœbo ingenium furarier ausini.*

*Et mirare, bonum nequeo seu pangere versum,*

*Sine Stagiræo succendi afflatus amore?*

*Vnum, credo, meis accedit pestibus atris.*

*Solamen, mihi quod rauco clamore cuculli*

*Caupones furus animarum, ac cade nefanda*

*Inter se, fœda retraque libidine putres,*

*Laruae spinthurnices, mera cyrballa mundi*

*Rancida nescio qua media de nocte rudentes*

*Displodunt somnum. Hoc vno possim esse beatus.*

### Machla.

*Non tota es, velut illa in pyxide condita Lyde.*

*Iam bona pars suber, capitur quod pyxide nulla.*

*Semipede ostentans maiorem nocte diurnam.*

*Iam tomentum femur mentita famelicum, inane.*

*Nam barathrū, & barathro quod prominet, atq, propē-*

*Que pyxis, quisnam puteus, quenam camarina, (dei.*

*Que capere, aut calare queat camarina Mephitin?*

*Sed bella es: sed consilio dielante pudica.*

*Que superes canibus, que relliquia es monachorum.*



Solus non tetigit, qui noluit, atque notauit,  
 Pro stibulum integrum, ab te quis sine bile rogari?  
 Quis mentis compos poterit sine bile rogare?

Sed bella es. N. a. f. u. s. Germani forma camini.

Informes oculi, Bacchi sed lumine fulti.

Labra velut cruda mulsæ, scrofaque subantis.

Mentum, quo minor est Pindus, Parnasus, & Oeta.

Frons perficta diu, rugas sed tollere nescis,

Rugas, quas implet Veneti cerussa laboris.

Infelix sulcos sine fructu, seminis æquat.

An digitos uncos? an quod cheromantia clamat,

Nodosos referam? quo perfidius nihil extat.

At ubi sunt dentes, tibi quos natura creauit?

Sunt pharna sine equis, pendet tamen unus, & alter,

Tanquam templorum demissi ad lumina lychni.

Hinc rarus visus, siquid videre coegit:

Officiosa manus viduas tegit obuce fauces.

Est mos pro foribus lustralem opponere lympham

In templis: qua aiunt Diis portenta fugari.

Hanc tu quantum horres? quid abhorres tangere? nempè

Ille metus cruciat: ne gutta pharmaca signent:

Purpura & in medio non sit tibi purpura tractu.

Et de peninora fias panthera leæna

Ostendens maculis stellati crimina vultus.

Adde, quod infarni spirat sacer hircus ab ala,

Qui possit centum Sophoclis saturare cothurnos.

Quodque meri bibulo scætet tibi anbelitus ore:

Et mentis facit amota deliria fari

Putida: qua trimampudeat clamare puellam.

Bis sex lustra tuos vicerunt ania soles,

Et ludis teneras inter Talaris choreas:

Et cantas, quæ non nolit cantare Catilla

Vna

Vna tui consors, & fœdi conscia lecti.

Quæ si sit proba, tu proba sis: ego vanior auris,

Quas capiat dubiæ scætor pallidus aula.

### Extemporanea.

Legi de Fabio puero (mirabile dictu)

Romano: ut captus nunc est plebisque, patrurumque.

Nam propria hæc, cedes, posticula, sica, venena,

Venales anima. Si quid scis, præterea adde.

Ad puerum redeo. Is Fabius pullus Iouis, ipse

Scribere dum dicit at ternis; audire rogantes:

Respondere. Vtinam qui hæc scripsit Politianus,

Addiderit: flantem pariter sorbere suctum.

Felici ipse etiam scribens epigrammata libro

Adiunxit titulos: ætatis tempora parua.

Scripsit natus hoc vndenos, hoc plus minus annos.

Vnde venit crescens de tempore gloria, sicut

Magna seges paruo si turgida Gargara campo

Prouocet: aut Cumeræ Attilij terti horrea Bruci.

Dij rerum indigetes, quid agam miser? Ecce grauatus

Annorum serie curua, atque exercitus, vnum, aut

Alterum ab inuito deduco lumine versum.

Quæ Sangelastis si sint collata camœnis,

Aut quæ candidulus scribebat Dampetrus olim

(Quanquam, quod miserum est, olidi sub labe cuculli

Quæ possit quemuis facere insanire poetam)

Argutos inter videar strepere anser olores.

Rem propius paulo quaeso Brassæcæ putemus.

Ecce ego, qui multo vixdum emergentia nixu

Extremo effata cariosus sine senectæ

Hic cum silenis teretismata prurio: multa

Sæpe pati fateor: morose inducere, dirum.

g

*Versibus aspendon factis indicere bellum.  
 Non tam sepe animum instabilis Guedria: non tam  
 Sepe leuis Gallus laxas, & srynata mutat,  
 Quam miseris nugas ego. Tolle hoc: pene quod instat.  
 Displicet hoc, placet hoc, acuit magis: hoc magis urget.  
 Quo sit, ut arroso cernantur viscera ventre.  
 Hoc vitium: verum natum hoc ex ambitione  
 Exque metu proprio, ac censura posteritatis,  
 Addit saepe animam numeris: vitamque perennem  
 Promittit. T u a quid si quatuor, aut tribus horis  
 Choerilus increpiter musas, tibi ruperit aures?*

*Est aliquid, iucundum etiam est: ex tempore multa  
 Audire effutita. ubi vero deserit: tum  
 Non res laudatur: nec quam velles repetitum.  
 Sed Cassij ingenium hiberno torrentior amne,  
 Diceret hic melius si vellet. At hoc aliqua est laus  
 Sed me defraudat. Malim ergo odisse loquacem.  
 Cum mihi maluaticum possit, dat suggerere loram.*

*Hoc tamen, ut vitium sciet omnibus, omnia saculum  
 De. eriora sequens laudat, sibi prorsus iniquum:  
 Vult fluidum: fluidum similem sibi laudat Erasmus,  
 Barbara delumbi reuomentem verba susurro.  
 At Verum fame limam esse puto instrumentum.  
 Nam dubium fabricans non semper malleus idem  
 Instigit, qua opus est. Quocirca muccida vulgi.  
 Indicia hinc valeant acidi, plebisque fauores.*

### Vita.

*Hæc summa est. euo ut dulci, letoque fruamur.  
 Hoc quidnam esse aliud, quam hic vita ponere metam:  
 Nullam aliam sperare? utrum malisne? viator  
 Semper in hospitio, dat quod prouincia, plenum*

*Puli-*

*Pulicibusque & cimicibus: quæ incommoda latro  
 Et pestis faciet leniora viderier: aut te  
 In patria nitidum, tersum, florentes, beatum  
 Inter amicitias, & noti pignora calis?*

*Hic quid agis: cuius non tandem pœniteat te?  
 Fac age te esse bonum: parce tne bono podagra illa,  
 Quæ affligit toties misero me dira grabato?  
 Vtque adeone mori miserum est? Nam siue malus sis,  
 Mortuus es iam: siue bonus: meliora manent te.  
 Seu metuis fieri nil: ut nunc Thusca cloaca.  
 Tunc tibi opus nihilo. Atque Deo hoc par esse videris,  
 In quem nil queat ille: nec attri fulminis auram,  
 Nec crustam, aut nodum scabiei immittere Hibera.*

*Quare etiam, atq; etiã mihi summa est religio ultra  
 Tendere velle dies. Nam quid ne dies bene nocti  
 Addidit, aut illi nox: quam lignum adde camino?*

*Hinc est ergo abeundum alti sub culmina Olympi:  
 Et scabiem infamis Baryeno linguere litis.  
 Et quæcunque ferox e Lemouicis saxetis  
 Turba fame exacta exaturatur sanguine nostro.  
 Lasus, quid facias? precium est patientia: lucrum  
 Perdere. Nam lacerat ridens gens impia, at instes:  
 Occidis: impingetque dicam tibi Stellio dirus,  
 Nanque lupus nunquam visus lacerasse lupinam.*

### Caluus.

*Barbara quis nescit larua conuicia Calui?  
 Ore venenatas spurco quas fuderit offas?  
 Quasque fori in medio buccas sufflauit inanes?  
 Vtque mero grauida tumefecerit orgia lingua.  
 Vinum est, quod gannit: remeto ignoscite ciues,  
 Nudauit quoties ostreosas murice sannas.  
 Denteque gingiua viduata sedilia putris.*

Gingiva, qualem ferebat sibi Ploxemus esse.  
 Ipse sui similis. Quid enim damnatus illos?  
 Seipsam cui natura negat. Qua inuita animarum.  
 Tartareis e conciliis legisse caninam  
 Nouimus, & nauis notum, & cauponibus esse.  
 Cerbereis qua nobilium lairaiibus aures  
 Incstare queat. nihil illo latius, unum  
 Si modo de doctis valet offendisse ferox: quem  
 Adlatret: limisque oculis absorbeat. omnes  
 Reddidit insensos ciues: nisi salgama quorum  
 Emit: queis merdam & ieiunia olentia soluat.  
 Omnibus infestus, grauis, exniabilis, amens.  
 Tabifico ex Aconis collectam dente saluam  
 Inspuit & mendax fama depascitur artus.

Est oper. e precium fortis cognoscere vite  
 Falsa rudimenta: & que sacramenta futura  
 Dixerit auspiciis sibi militiæ: quibus umbram,  
 Et numerum aggressum est pecus hoc augere malorum.

Principio e filicis casa stat suffarcta manipulis  
 In verrucosa scopulis miseranda Cebenna,  
 Non facta e filice. e saxo est. Ibi nil, nisi saxum  
 Rasile. non rude. Nil ferri est in partibus illis.  
 Nam nec cardo mouet: cohinet nec pessulus antra:  
 Sed viment tortum de stipite castanearum.  
 Que misera ambrosia est illis, & nectar, & omnia.  
 Haud facta e filice est igitur, sed recta casella.  
 Centum lata, puta, dignos, & longa ducentos  
 Lucentum solis radiorum, atque hospita luna.  
 Hoc pia pro domino? non. est conducta, sed ille hinc  
 Hoc conductor habet: qui ligno, atque igne careret.  
 Ramisque ad solem, & lentis lunaribus vstis  
 Infamemque famem pyrroso pane leuaret.

Hac ad templa trucidata ad palatia Erinnyis  
 Vorticæ de piceo rediens phlegeronis auari  
 Appulit unctæ anima, atque sibi membra induit illa,  
 Multa quibus meliora pus sunt pendula furcis.

Hoc tibi tum calum vagitus horruit illos.  
 Quos & luctifici bubonis credidit: & quos  
 Mugit Hydra, graues cum pertulit Herculis ignes.

Quinetiam egrediens miseram necat ista parentem  
 Vipera. Quo tamen hoc vite discrimine? quando  
 Vbera lactantis desiderat. Ergo ibi asellum,  
 Cuius ope, atque ministerio pater orba solebat.  
 Venum ad mercatum foliis ramilia ferre,  
 Anxius apponit manibus: pullumque decussi  
 Distrabit. Hic Cyrus, Brassace, hic Romulus ille est.

Qui regum sibi stirpe satos conferre recusat.  
 Non terra (nimum id) sed filius ille cloaca.  
 Sane hæc celestis diuina exordia lucis.

Namque alij genitum Saturnio lacte capelle  
 Eductum esse canunt: alij sue. Quo fit, ut aris  
 Aut mensis, non apponatur pecus ille suillum.

Sic ad bimatam: petitur sed panis adulto.  
 Sed pater esse negat sibi, & illi. sacrificio ergo  
 Inde popelluoro miseranti donat alendum,  
 Et vero fortasse patri iurare quis ausit?  
 His, que ad sacra ferunt pro votis pemmata, buccis  
 His creuit, huic ille fuit Zeno, atque Cleanthes.  
 Et qui dedecori voluit præferre cicutam.  
 Aetas iam melior, peiorque audacia: ludum  
 In triniis adit. Hic sæui dictata magistri  
 Subtrigonista repetit plorantibus. Inde  
 Sincipui, issicias, semese frustra placenta  
 Exigit. Hac ut furtiuo mutauerat are

Colligit, & sese tum, & sarcinulas: quibus actum  
Spontino exilio (tibi & ve) mons Pessulus hircum  
Excipis. Ergo ubi Pæoniæ sit servulus orbis  
Doctorum scabies, actis porrigo bonorum  
Pauca crumenilla, atque exilia viscera flacca,  
Corrasæque pecuniolæ vestigial adedit.  
Instituit curare leui conuivia plausu.

Quæ faciunt, in eumque quibus dant pilea honores.  
Pilea purpureis apices latura magistris.  
Huc sportam, & corbem, & pisces, stucetaque ferre:  
Et struere, & missas portare, atque accipere vltro  
Plagas, ni radient bene tersa sedilia mappa.

At postquam mense fraudata sunt semel, atque  
Sunt semel, atque iterum: furto & deprensus in ipso est:  
Actuum inque pedes, inque auia se dedit: atque  
Aggressus vitam est emere agrorum sibi morte.

Cum tatusque diu, noctem non amplius unam  
Fit medicus. Medico in cense ut sese inferere ausit.  
Imo magis. Nam qui strigilant placita arcta Galeni,  
Aut Coi, illarum mora mendicabula vocum  
Discipuli trepidi, statua, stupidaque, & hiantes  
A quibus (hor) latum discedere non licet unguem  
Somnia. At ipse sue est inuenior callidus artis,  
Quippe cui nullus liber est. Tum si quis adesset  
(Fac plus esse librorum illi, quam Euluius anno  
Vxorum extulerit: cyathos quam siccet Aphydnu,  
Quam vanis Ligures quatiunt rumoribus aulas:  
Quam spurios generent, & alant gens ficta cucullis:  
Quam falsos cusit nummos Chelidonius illis  
Quid faciat? qui prima rudes elementa puellos  
Sola docere queat: tum nullam præterea artem.  
Ergo etiam accinctus mappa, & si sordidius quid,

Inuol-

Inuoluens noto sese nidore culinae,  
Excoquit. immundis quæ indat clysteria culis.  
Vt mirum non sit: sacco curuatus, omistus  
Ipse sibi intra ades portat si sepe farinam.  
De fariore, obolo & lardi frustilla licetur:  
Quæ in manica, digitisque ferat per sepe duobus.  
Atque caua gustet vinum venale manu. Ergo  
Ebrius ut vomitu sedauit marmora caldo,  
Delubri, laticum Diuis delibati honorem,  
Sæpe quibus præculis semesis contudit aures.  
Inde pigrum ad fluum potatum ubi duxit a sellum:  
Coram oculis falsis, qui prætereunt que, sedent que.  
Panificum naso monstratus, & obstetricum,  
Ecce triumphali fert tale supercilium ore:  
Cui currum clitella facit, sceptrumq; flagellum.  
Fœnora sunt ludus. Sed non impostor inanis  
Aricolis ut pullet imaginibus: nec abire  
E templo, nisi durateis ferat oscula plantis,  
Cercolos & fumosis affigat Aleuis:  
Rancidulasq; preces globulis mentis aceruis,  
Expriet agrorum mortes lustralibus undis.

## Vulturii.

A te principium: tibi desinet. accipe vita  
Carmina digna tua. Hæc si nil valere: nec illa.  
Nam quis te ferat, & sama non scindat adunca  
Et serui nomen blandum, & pastoris habentem  
Carnificem esse hominum: pecudes deglubere te. Ergo  
Corda glabella irerit de pascati, atque soloce.  
Purpura, quæ hos humeros virgatis strigilibus ambit,  
Sanguine tincta meo est: est Christi sanguine iuncta.  
Sed tunc pura fuit: fædo nunc tetrior hircus est.

Nil mutas. lupus hac tegitur: pecus ante fonebat.

Aurum (esto) ex viduus, ex horridulis pupillis  
Corrasum, in templa est illatum. Hic candidus error.  
Nempe aliquid templum est. vetuit iurare per illum,  
Qui sciuit non deberi. Deus, inquit, in illo est.

Aufers tu a templo, quod dones militibus: queis  
Ducas de gregibus iugulatis, dire, triumphum.

Cui dicam similem? monstro, qui regna, trifauci  
Personæ horrendum? non, non. N anque ille fidelis.

At tibi nulla fides hominive, Orcove, Deove,  
Vulturio potius. Nil viui. summa: Cad uer,

Quo diram ingluuiem sibi sanguine farciat hausto.  
Nec similis, nec dissimilis tibi fœmina. N anque  
Es, non es, quod dico (scelus) quod dicere nolo.

Ad duo non poterit, nisi cui vicefima demum  
Bruma recurrerit. Iccirco cum pauca rogaret,  
Scaligeri non est admissus filius. At qui  
Ex patre raro, & mundi ipso generosus ab auo,  
Armis natus, & exacto bene iure peruus.

At potuit centum titulis Serapica beatus  
Pelegonus, legere ignarus, sed cetera doctus  
Que secreta mouent picantes orgia mihras.  
In quibus est ludus, quin laus miscere venena.  
Ille a fascigero quondam subtractus a scello  
Inde canum strigili, & pala stabularius: usque  
Est euectus eo, ut lecto caperetur herili.

Incestus Glanij, aut matulæ Glanialis adito.  
Cuncta feret, dabit ille annos, mysteria qui dat.

Tu quoque si non es de vesica illius offa:  
Si pateris prius esse antistita, sis antistes.

Hæccine tu celo spectas sublimis ab alto,  
Quem crepiu dicunt terrere infamia corda,

Fulmi-

Fulminibusque tuis pretium est, oppe dere, regnum?  
At capui hoc tetrū est: bene habet sed cetera. monstrū hoc,  
Non monstrum: i ter se respondent omnia membra.

Huc huc sacrifice, & monachum tecum arripe sodes.

Pingues prouentus, & vectigalia magna  
Annua cum decimis. Genua huc submittere fas est.

Est appellandus dominus. Frons recta, pianda est.  
Siccine mendicis? Non tu Balatro mendicis:

Haud aliter, quam qui pro buccis ostia pulsat?

Et tenuem poscit trito de ponte monetam?

Perdite, quid differis? sum nobilis, inquit, ubi illa est

Aurea nobilitas: si poscis more Profeucha?

Hoc differis: quod sponte damus frustilla roganti.

At tu per leges violentas exigis aurum.

Soluendas decimas, vel rupto ramice clamant

Frugibus ex gregibus, porro, mentaque, & anetho,

Atque uua, atque operam sero soluentis oliua.

Nummum etiā plusquam decimas de uxoribus? est ius.

Donandas decimas clamo, & soluo ipse benignus.

Portandas decimas & clamo, & feruidus in sto

Pauperibus Christi. Cur ergo, pessime rerum,

Tesauri dispensator, promusque minister

Diues eras aliis, tibi pauper, & unicus uni,

Preuertens tibi cuncta, aliis nil ponere curas?

Ex hoc pars tua certa fuit, pars cetera cuius?

Non Christi? non membra pijs sunt eius egeni?

Vidi egomet stomachosus anum, cui vinea corbes

Tres uua tulerat, prapuros, nec bene plenos.

In collo positos, pendenda his portio: lata est.

Nil superest vectigali, decimæque soluta.

Sedula adit parochum: petitur buccella carina.

Aedes, inquit, habes. Venalis vinea victum

Suppeditare potest. ab ab miserande popelle.  
 Non tibi erat dictum hoc: decimas ut solvere velles.  
 Sic nisi quo accipiens quantum sat, reddere posset.

At redimunt animum numeri virtutis auarum.  
 Que virtus, nil scire boni? nil velle doceri?  
 Se fecisse Deum? vitiorumque omnium aceruis  
 Omnibus immensum cumulum addere nequitiarum?

Ter media iussere patres confurgere nocte,  
 Ad templum, media ut ludentem nocte viderent?  
 Vnde tibi nummidè nonne hos e sanguine Christi?  
 Luserunt vestem, tibi sanguis luditur. Ergo  
 Nunquam munifici in libris tibi mentio Christi  
 Sola hoc expressit nomen luforia charta.

Sic puncto nummos amissos obiicis illi.  
 Collusoris eum sic rem curare tonabis.  
 Alea tum inuito Christo dare puncta iubetur.

Crapula distentum ridendum te inde propinat  
 Seruo, cui vafro demens ieiunia cantat.  
 Ille inuit fœdus cum condo, cumque culina.  
 Tum claves, ac signa iubet plorare lagœna.

Queritur interea, quis vult conducere ternos  
 Anni proventus: emere at nisi malis, opimi  
 Iura sacerdotij sunt hæc. instruxe popellum  
 Negligere: exuias, præadamq, referre locati

Quero ego cur habeas solus: quæ mille hominum vix  
 Dilapidare queat. quero totius ut anni  
 Frugibus acceptis, vendas tot millibus istud  
 Nil facere: & noctes vigilare, & stertere lucas.  
 Lux odio est. Ergo hanc iugulas lodice, meroque.  
 Nox consanguinea est. placuit sic concolor atro.

Nunc venit in mentem: quoties madidusq, supinusq,  
 Haud intellecti semesta ad murmura libri.

Fabellas

Fabellas interponis. quod sit taciturna  
 Lingua vorat pensum orandi: mens obruta turpis  
 Venire lupa abducit spariatum ad inane cerebrum.  
 Tunc, cum vota Deo per te ipsum ais esse soluta,  
 Ut nil præterea tantis de versibus addas,  
 Illi sic fecisse satis te Battiale credis.

Interea crudum monet octaua hora. Equit adum est.  
 Mulus adest, aut mula, asinum quæ gestet inerte:  
 Sic vetulam fertur portare ciconia matrem.  
 Cœnæ emptæ est. nihil est. phaleris sine, & orbibus aureis.

Cætera tantilli sunt ponderis, ac momenti.  
 Cum tu foetidum olens tetra centone lupanar,  
 Incestaque manu fatalia cristula tractans,  
 Quæ capitis vacui, ac male suadum vulgus adorat,  
 Aspectas spiritum polluta ad sacra ministrum,  
 Christus ait. struisti qui scissa sepulcra Prophetis  
 Væ vobis. testes eritis de crimine patrum.

At, tibi, qui patris caramitum astare canenti,  
 Quem tibi Taura tulit, non testis criminis hæres?  
 Atque utinam puro impulsu, pruritis igneis  
 Effet natus, concubitu certo, atque parato,  
 Non vino, ac fœdo attractatu sollicitatus  
 Editus, & nomen gerit, & cognomen, & arma.

Forstian & votis fœcundi pondera ventris  
 Impetrata. Deum quicquid mortalia curas,  
 Si peruus facit esse meo de nomine patrem:  
 Auratum statuam ad fœcunda altaria puppum.

Inde amor extorquendi: animus sceleratus habendi  
 Nil dare pauperibus, non poni in crimine. Quippe  
 Esse domi heredem, summa est certissima cura.

Haud miror facere hæc: verum hæc tibi posse licere,  
 Per me, per populum, & bardæ deliria mundi.

VERSUS QVOS IVLIVS CÆ-  
SAR SCALIGER ANIMÆ SVÆ  
profecturę dixit.

*Egre dere, o miseris multum defuncta ruinis,  
Egre dere: & seruis serulia regna relinque.  
Aude, hostes, tenebris horrendi imponere finem  
Exilij, & patria speratas quarere sedes.  
Tristes exunia, falsęque incommoda lucis,  
Isthic nunc fera turba iace: nos libera cœli  
Pignora promisso iam iam potiemur olympo.  
Tu modo, nate Deo, rerum pia victima lesu,  
Aspice nos, qui cuncta animas: spes unica: mortem  
Exue morte noua, atque noua vita indue vitam.*

EIVSDEM SCALIGERI  
EPITAPHIVM A  
se compositum.

*Extulit Italia: eduxit Germania: Iulij  
Vltima Scaligeri funera Galus habet.  
Hinc Phœbi dotes, hinc duri robora Mariis  
Reddere non potuit nobiliore loco.*

SOPHO-



I V L I I  
Cæsar's Scaligeri

VIRI CLARISSIMI

POEMATA

in duas partes diuisa.

*Pleraque omnia in publicum iam primum prodeunt:  
reliqua vero quam ante emendatius edita sunt.*

SOPHOCLIS AIAX LORARIVS STYLO

Tragico à IOSEPHO SCALIGERO  
Iulij F. translatus.

*Eiusdem Epigrammata quadam, tum Græca tum Lati-  
na, cum quibusdam è Græco versis.*



Apud Petrum Santandreaum.

M. D. XCI.

POEMATVM INDEX.

Prima parte continentur.

<i>Apicula, ubi Epistola,</i>	I
<i>Nemesis,</i>	59
<i>Teretismata, ubi Satyra,</i>	76
<i>Nova Epigrammata,</i>	113
<i>Farrago,</i>	150
<i>Thaumantia,</i>	224
<i>Arte Fracastorea,</i>	256
<i>Nympha indigena,</i>	272
<i>Adamantij Catelli tumulus,</i>	391
<i>Heroes,</i>	307
<i>Archilocus,</i>	329
<i>Heroine,</i>	358
<i>Hipponax,</i>	385
<i>Sidera,</i>	458
<i>Anacreontica,</i>	472
<i>Lacryma,</i>	526
<i>Enigmata</i>	546
<i>Vrbes,</i>	582
<i>Logogriphi,</i>	614
<i>Manes Catulliani.</i>	634

Alteravero

<i>Ata,</i>	3
<i>Hymni,</i>	79
<i>Epidorpidum lib. VIII.</i>	108
<i>Deregnorum euerstonibus.</i>	325

LECTORI.

Quoniam autem in poematum mentionem incidi, operaprecium visum est reliquorum viri doctiss. operum indicem subiungere: ut te de eo, quod sperare possis, certioremfacerem.





# OPERVM IVLII CÆSARIS

SCALIGERI INDEX.

quorum pars edita est, pars intercidit, pars adhuc in scriniis est.



Edita.

- Oratio in Des. Erasmi Dialogum Ciceronianum.
- Oratio in eundem, qua se prioris asserit auctorem.
- Oratio in Luctu Audesti filioli.
- Commentarius in Hippocratem de insomnijs.
- De causis lingue Latine lib. XIII.
- Exotericarum exercitationum liber XV. in Cardanum de subtilitate.
- Commentarius in libros duos de Plantis, Aristotelis vulgo attributos.
- Commentarius in libros Theophrasti de causis Poeticis libri VII.
- Poemata.

Perierunt.

- Originum libri CX.
- Exotericarum exercitationum libri XVI.
- Nobilium exercitationum libri XV.
- Familiarium exercitationum lib. V.
- De re equestri libri III. surrepti a pedagogo liberorū.
- De ornamentis oratoria lib. III. surrepti ab amanuēsi.
- De semine genitali lib. VII.

De

- De re herbaria cum picturis lib. XX.
- Poemata Græca, quæ inscripta erant sepulchris.
- Ad Iac. Grisolum, Maioragium, & Calcagninum sive libros Cic. de officiis.
- Epistola post mortem eius collecta.
- Commentarius de vento.

Superfunt.

- Commentarij in libros Aristotelis de historia animalium.
- Castigationes in libros Theophrasti de historia plantarum, quas adhuc Robertus Constantinus suppressas retinet.
- Problemata Gelliana.
- Oratio funebris pro iis, qui strenue pugnando contra Turcas ad Viennam perierunt.
- In μικρὰν τέχνην.
- In librum de Spiritu.
- In Cardanum de rerum varietate.

\* 3





IN IVLIVM CÆSAREM  
SCALIGERVM VIRVM OMNI  
laude cumulatam

Epigramma.

*Cæsar, Aristoteles, Maro: Mauros, Pallas, Apollo,*  
Tres sub sole viri, tres super astra dij  
Te genuere: vel hos genuisti Scaliger vnus  
Tres sub sole viros, tres super astra deos.  
*¶* mo omnes superas vnus, quos fama sacrauit,  
Et sub sole viros, & super astra deos.

In eundem.

*Extulit os sacrum vt terris claro inclytus ortu*  
*Scaliger, os Phœbus condidit arce poli.*  
*Phœbe, quid ignigenos, lustras quibus omnia, vultus*  
*Condis? An hæc noua lux: clarior igne tuo?*

IN IVLIVM PATREM  
POETAM INCOMPARABLEM,  
& Iosephum F. paterni ingenij  
expressam effigiem.

*Scaliger aut pater, aut proles se carmine dicat:*  
*Scaligero solus Scaliger apta canit.*  
*Scaligero patri par nemo: simillima proles,*  
*Tam patris similis, quam pater ipse sui.*  
*Scaliger & pater & proles ambo vnus in vno: aut.*  
*Est pater in nato, aut in patre natus erat.*

ANDR. MELVINVS  
Celurcanus.


Hos



HOS VERSVS LIBRORVM  
suorum fronti Iul. Cæsar Scaliger  
præponebat.

*Βάρβαρος ἐπέλομαι, ἀλλ' ἐδέ τε δύχομαι εἶ),*  
*Οὐδ' ἀν' ἀμειψαίμην πρὸς Κροθίωνα πάτεραι.*  
*Ἦν ἡ Σικελανῶν θείων γένος, ἔρνος Ἄρπος,*  
*Ψοῖβον ὄλον κατέχων, σήθεισι, παῖγμα τύχης.*






M. LII CÆSARIS SCA-  
LIGERI APICVLÆ

A D  
VIDVM BRASSACVM  
PRÆSIDEM BURDEG.

Dedicatio:

 *Vas veteres olim Gray cecinere ministras  
Legifera latices Cereri aggefisse liquentes:  
Rorilega tibi mella ferant si Vide puella,  
Suauia nectareo mulcentes verba susurro:*

*Quo ranci tibi torua fori fastidia tollant:  
Ecquid gratum erit? & veniam fortasse mereri  
Sunt verita: ingenuo suffuseq; ora rubore,  
Dum prodire volunt, cupiunt in luce latere,  
Ancipites, hominum quo se sententia verset,  
Tam varia, & tanto inuidia suffecta veneno:  
Vi liceat vix supplicium expectare: quod ausa  
Atterere audaci morula tanta otia, quanta  
Succidis de iudiciis, studiisque seueris:  
Atq; in secessus furtim traducis amœnos.*

*Nam velut iratos pelagi cum nauita vultus  
Pertulit: & redit optata spes blanda quietis:  
Tum freta si posuere, minas oblita priores:  
Quaffas sarcit opes animi satur. atq; ita ludo,  
Et cantu indulget: quasi semper sorte secunda  
Vsu, odoratas figens in puppe coronas.*

*Sic & ubi sapiens rabide fera murmura sortis  
 Excussit victor: simili post illa tenore  
 Nec leuis exultat, memori nec tangitur Ata.  
 Et nunc consiliis dubiis inuoluitur acer:  
 Nunc opus ex illis, quantum res exigit, ambit.  
 Seu sua suppetias poscant, siue oret amicus.  
 Perfunctus quibus, in vultu stans semper eodem,  
 Aut multo non absimili, conuertitur ad quæ,  
 Felicem Genus cali vocat, ille minaces  
 Aut legit historias: quo sese efformet ab illis:  
 Aut Heliconæ quatit, quo motu percitus ille  
 Fundit ab ignoto mellitos fonte fluores.  
 E quibus ipsa mihi nunc haurit Apicula: quæ te  
 Audet ad ingenuos leuis inuitare liquores.  
 Næ refugis tennesque sonos, humilesque camænas,  
 Mollia sectantes, & humi repentia verba,  
 Non plebeia tamen, suauis nec inania succo.  
 Fletere, & aligeræ Cereris Brassacæ puellas  
 Ad te admittæ libens, pro tibi fonte recentis  
 Turba faui liquidos lauces operata laborat,  
 Floribus e summis detergens sedula rores.  
 Illa volat tibi iam. Viden? ut pernicious alis  
 Explicuere aciem plenis examina nimbis?  
 Augustumq; caput placidis cinxere choreis,  
 Innumerum? Quin vera canam, quin mella tibi illa  
 Nulla ferunt: sed adulantur, quo dulcicia possint  
 Sublegere, altiloquo quæ isto populentur ab ore,  
 Libantes placide, nulum, lucemq; verentes,  
 Mella mihi ut referant, quouis potiora metallo.*

*Quare versus faciat.*

*Si mea mens vlla potuit ratione moueri:  
 Næ versus facerem, seu signis mollia captans*

*Otia, seu metuens criticos, samamq; sinistram:  
 Abduxissem animum, cœnas sectatus & aulas:  
 Priuatus ne domi distenta in pelle quiessem,  
 Sed nos nunten agit: quodcunque est illud. Opinor  
 r a s fatum dixere: aliis fors nomine dicta est  
 Sic, quasi de cumulo cuiq; enenisse, quod urget.  
 Hinc amens se nauta premit: sibi perditus instat,  
 Vt sit lucro aliis, funestæ dedicat hora  
 Miles honoratam vita sic prodigus auram.  
 Et metuit non velle mori, decus id putat vnum,  
 Haud vixisse: nisi in stolido moriatur honore.  
 Ergo hoc, siue datum est, dandi fuit vnde potestas:  
 Seu temere arreptum est: nec habet prudentia laudem  
 Amissi imperij miserum hoc solamen anbelo.  
 Vt taceam, quam sollicito de gurgite rerum,  
 Heu quibus infelix animus male fluctuat, isto  
 In portu recreet Phœbi spirabilis ardor.  
 Et iuuat, e terricis Stagiritæ labirynthibus  
 Egressum, mediocri aurâ, leniq; foueri.  
 Quæ mihi musarum tenero de pectore surgens,  
 Aspirat requiem in cura hac, blandiq; labore.  
 Quod si non aliis multo certamine famam  
 Affectatam, etiam extortam, tenuisque & ineptus  
 Asequar: id nihil est, non hoc peto, id ambio, ut vnus  
 His procul a populo videar vixisse profano.  
 Mortis contemptus, & constantia.  
 Quando erit: ut vitrei propter vada, torua Garumna  
 Dispicerè inter nos liceat primordia mundi?  
 Aut cur hos titulos, Mileti magnus alumnus  
 Vindicet humori, refluus cur incita metis  
 Oceani se aliter vis infert hic, ubi regnas,  
 Atq; aliis Brassacæ locis. Quæ denique origo*

Sit fluuiis fluctu maria ut suspensa tumentis  
 Ad plenam insurgant, veluti pragnantia lunam.  
 Post hæc, aut prius: ut deceat nos viuere, nanque  
 Et scire, & facere, efficiunt nos esse beatos.  
 Vtrum defuerit: tantum hinc decedat, oportet.  
 Principio ut mortis contemptus vita sit, atqui  
 Si vitam tanquam moriturus, non moriar tum,  
 Cum moriar, moriatur, semper qui viuere credit.  
 Scilicet hic vulgo diffusus terrat horror  
 Obscuras mundi maculas, animasque minutas:  
 Cum nihil ex aliquo fieri, timere futurum.  
 Cum tamen is timor acer adest, mors acris abest: cum  
 Mors aderit, timor ille aberit. dirimit procul unum  
 Punctū, ac momentū, ut nequeant simul esse. Quid ergo.  
 Si non sum, patiar? si sim, mutatio nulla est.  
 At terra incutiunt mihi tartara dira pericla.  
 Falle vafer vitam: falles quoque tartara, nanque  
 Si desideria efficies virtute minora:  
 Candida perpetuis sedes promittitur astris.  
 Quocirca non sunt longissima secula vite:  
 Sed sunt optima de superis optanda, nec ipsi  
 A precibus: sed consiliis, sed luce bonorum  
 Inculcata operum, paruo contentus, & intra  
 Me, euadam magnus, ferar extra, atque arduus ultra  
 Naturas humiles, sperati compos honoris.  
 Quem non ambitio, vani nec opinio vulgi  
 Darve, adimirve mihi, sed ego, ac vis prouida cū Diis.  
 Contra fortunam nullus fit firmior, agger,  
 Nullus obex, nullus castrensis ericinus, atque  
 Nil nimium velle, & modicis assuescere. Quantum  
 Dat natura feres semper, nunquam auferet illa,  
 Donec te amoueat curis mordacibus: vnde

Sit

Sit lucro exoluisse pedes: & ad athera veram  
 In patriam ascisci felicitis cinibus aula.

Quare scribat.

Inter honorata studium sapientie, & illas,  
 Huc ad nos que sunt demissa celius, artes,  
 Que mi explere queant animum, satiareque nunquam,  
 Hoc etiam blanda decus immortale camæna  
 Exercere aliqua libuit, ne cassus, & expers  
 Sive his munditiis, cultu que aptantur honesto:  
 Sive bonis essem: que circumducere fatum  
 Imperio suerunt sauo: & subducere mortem,  
 Corporibus que lege venit natura, animisque  
 Ignauis: qui se exuerint, hominēque simul. Nam  
 Plebs moriens aliis, moritur, verum & sibi viuens.

Propterea te versiculis Brassæe saluo  
 Sæpe meis, verbis cum possim lege soluis  
 Commodius, verum mirum quantum bene culti  
 Sermonis famulum si uis me captat amor: quem  
 Non delere melius, non deterere labor quit:  
 Ne risum moueam, ne frustra obnuier ausim.  
 Nam quanquam Romæ externum me barbara tellus  
 Extulerit: tamen in de ad eam mens me appulit audax,  
 Et ciuem fecit: quantum ad linguam attinet ipsam,  
 Nam ipse & Romanus lingua in patria est peregrinus.  
 Moribus antiquis tam distans more suo, quam  
 Longe est verus homo a ficto, & viuente cadauer.  
 Vix uia Roma sui, atque sui est nunc nominis umbra.  
 Quo fit ut in vitis placeat sibi, & ipsa relinquat  
 Sermonis patrij veris monumenta Latinis:  
 Qui Latium frugique animo fixit, atque venusto,  
 Et virtute queunt representare vetustum:  
 Nec minus exculia disponere carmina lingua.

Quos inter si me vel dignum nominis aura  
Vide, putes: iam non factorum poenitet: ai am,  
Affirmemque tuo talem Brassace periclo.

Petit librum Lili Gyraldi de poetri

Postquam animum induxi, nil pratermittere, quod sit  
Ad bene viuendum conducibile, atque beate:  
Omnia perreptans vestigia me angulum in omnem  
Insinuans, pau mentem farragine multa,  
Et varia: possem in veri si intingere nectar:  
Exiricans rectum e curuis, infensus iniquis.  
Quare etsi medicus, mediastinusque Lycei,  
Attamen haud etiam nugas dedigner ineptas.  
Ambitio seu nos satiat Germanica praeceptis,  
Inuersis temere plagis, scopisque solutis:  
Seu cunctatores spes elisere necando.  
Fixum etiam in triuuis contemplor saepe numisma:  
Haud equidem ut tollam: verum ut dignoscere possim.  
Tanto impensius admiror, venerorque, quod acri  
Et cura, & meditatio feri te iudice palmam:  
Cui nihil intactum est, incompertumque remoto,  
Quicquid factio dissidiis hirsuta proteruis  
Mordicus aut retinet, aut aspellit stomachose.  
Quocirca egregios inter, lectosque labores  
Hoc onus adiuta, tamen etsi iam grauis annis,  
Quod curuis humeris gesto. Quod, nuaris? ut vnde  
Lux aliis orta est, ne sit mihi fama tenebra.  
Quod per te factum est antehac: ne desere quaso  
Officium. Vt sicut librorum saepe me egenum  
Barbarico in populo marentem, Vide, leuasti:  
Oratus mittens mihi tum qui forte deessent:  
Nunc iisdem facias. Nempe ardeo scire: poetis

Lilius

Lilius in Graecis quid senserit, atque Latinis,  
Ergo hoc in te uno est, ut possim consequi: & isti  
Nunc habere operae: cum Saturnalia prisca  
Inter inhumanas curas bene grata propinquant.

Damnat Stoicorum duritiam,  
& omnia extrema.

Omnibus in rebus, quas natura ambitus arceat,  
Regnum agitat recto gaudens sapientia. totis  
Imminet ignaris veri Fortuna, pigrisque  
Ventribus, & Veneris famulis, umbrisque macelli.  
Illa voluptatis falsa, pinguisque quietis  
Inspirat virus, torquens restum, atque retorquens:  
Qua nos saltatum ductet, sic somnia vulgo  
Vera videntur: ut imponit sibi stultus, opinans  
Nil crepidam supra esse hominis, verum alter ab isto  
Sese infert longe, verum diuersus in orbem.  
Nanque isth. x. falso bona credita vera popello  
Si non accipiat: faciet sibi, largus opum: etsi  
Mi videatur inops. Ita sunt extrema secuti.  
Ille sibi indulgens ignauro: hic omnia versans  
Ecce autem medius, qui se contentus, amico  
Quam det, habens operam, plusquam sibi poscere curet,  
Secura habitans, praesens sibi, nulli alienus, in omni  
Ipse loco locus, atq; in tempore tempus, & omnia  
Omnibus, atque sibi, atq; aliis, suus intus & extra.  
Quis fit, ut huic nostro nullam det porticus umbram:  
Sed pacietur ad abducti laurera Lycei.  
Nan quid hoc est hominis, nullus qui tollere curet  
Lassum hominem in foueam, clamantem voce diserta  
(Quin sine voce etiam miser est facundus in ipso hoc)  
Supetias? tum praeter ea mens iste ab utroque,  
Conoreque, atque animo eductus, non curet virumque.

Curet item, quod utrique bonum, quod utriq<sup>3</sup> necesse est.  
 Quatenus, atque quoad liceat, quod profore credat.  
 Non quod ab excessu, aut defectu possit obesse.  
 Nam medi<sup>3</sup> soboles est sacrosancta voluptas.  
 In quencunque gradum sibi se subduxerit, inde  
 Fit spuria: & patinas Epicuri, ac pemmata lingit.

Cacozelia Fernelii, & fucantium fa-  
 cros libros.

Nulla mihi omnino rerum Brassace videtur  
 Plus auersari mundum meretricis, & auram,  
 Quam matrona facit. Quo se plus fucet, eo plus  
 Palleat, & plus, quo plus implet, eo fit inanis.

Rideo, si medicus spurca de fece loquutus  
 Ampulletur: & a decimo vix ordine quoque  
 Verborum expressit verbum, quod fecerit ad res.  
 Interea expecto sudans, quid ructet ab ampla  
 Bulla. Sic sitio, sicut & nihilominus illa  
 In mediis intercus aquis oratio putris:

Tympana vana sonans tumidi ventosa parentis.

Hoc tamen est aliquid: cinnos, & calami stris  
 Arti rusticule spinthera, stalagmia, inaures  
 Indere, & armillas. non auersabor ineptus:

Si fruges Arabes animauit rore Latino:  
 Aut Arabes, aut quæ Grauis peperere coronam.  
 Verum animi pendens misere ne torqueat, heus tu  
 Pasce: nec occide, occidet mora. tolle: sequar te.  
 En quocunque voles captiuum hinc auribus abdu.

Quod si quis monet: ut mi animi det iura modesti:  
 Ferre docens: ferri sicut mea crimina vellem:  
 Accipiam, & patriar, modo ne extorquere paret mi  
 Landes, ut veniam, ignoscam: laudare recusam.

Et

Et inbeam, hunc sibi plaudere, me populoque silente  
 Parietique in proprio sibi conduxisse theatrum:  
 Quod nec posteritas, nec nostra hæc sæcla rotundent.

Tanto Vide minus, plus inuiusque legam, quæ  
 Cantibus in sacris ioca confundere profana  
 Nympharū, & Protei, idq<sup>3</sup> genus sic monstra nefanda.  
 Nec recinam Solymi sancto qua Regis ab ore  
 Scita, excepta insuauibus inuoluere camœnis,  
 Dum numeros misere metuunt vastare Latinos:  
 Et numeros, & res deprauauere propheta.

Ergo ego, cum me calestes reuocabit ad arces  
 Spiritus a mundo hoc, patefactaque flammea gazæ est,  
 Aditum tacitis incensus vocibus, ardens  
 Præ desiderio patriæq<sup>3</sup> patriisque videndi,  
 Pro vitulo mentem imponam fatalibus aris.  
 In quibus haud fundat teneram cum sanguine vitam  
 Hostia, quod priscis olim vetus illa fuerat:  
 Amissam reparet sed Christi in sanguine vitam.

Vitæ partem describit, & de fama.

Si queris, quid agam, pius, officiosus amicus,  
 Ut solet, ac te æquum est: cape. Somnus mi aufugit. Ille  
 Nulla ope naturæ, nulla vult arte teneri,  
 Sive tenere: nec illectus modo tangere. Quare  
 Paulatim consumor, inops succi, atque salutis.  
 Et male tabentes artus deformat egestas,  
 Emacians, carpens quodcunque hoc reliquiarum  
 Siuerat arthritis rugosam insternere pellem.

Ne tamen hoc credas, curas indicere bellum,  
 Aut patrij desiderium, & spes mortua celi.  
 Ne quod re meliore epulas struat orphnus, hirudo  
 Pupilli, ac vidua. Vetus est amissa cicatrix

*Amiſſe ſedis, facta eſt obliuio virtus.  
 Seque propinare heredi dementia pura eſt:  
 Fors inimico etiam. Niſi horum miſi officit. illud  
 Subuereor: ne ſit promptum ſurrepere virus  
 Ambitio: fama ſitis immortalis. at hoc quid?  
 Siue aliquid ſumus: ut verum eſt: nam quid mihi lati  
 Fama ferat merenti abutum ſub tartara. celo  
 Si potior: quanti eſt ad eum hic reſpectus inanis?  
 Quid tum animis mihi ſit: ſi non ſim? abſiſte moueri:  
 Seu ſis, ſeu non ſis: nihil horum pertinet ad te:  
 Poſtquam hic non fueris. Dum ſum: cur exgo laborems  
 Vt non ſim, quaſi poſt, ubi non ſim, ſimq. futurus.  
 Me tamen hac febris tenet, & ſine fine tenebit:  
 Vt ſulte, ac miſere ſumus omnes relligioſi,  
 Omne hominum genus. Hoc dempto, non lenior infans,  
 Sedulitas mercatori non maior: opella  
 Promptior uxori præſtatur diuini: amico  
 Non præſto magis ullus. Amor cum ſimplicitate.  
 Ne me forte putes: quod agit pars maxima, rerum  
 Affinem illarum: quas fert moroſa ſenectus.  
 In controuerſis medium ſeco, iudico parcus:  
 Nec mihi, ſed rationi: aut quod ratio eſſe videtur.  
 Milito, ſecurus, quid mordicus hic tenet, aut hic.  
 Sic mi etiam in ſomnis, quod rectum eſt, perſonat auris.  
 Poſtquam ex ore Dei demiffum calitus hauſi:  
 Eterna referens ſpeciem vitæ, atque colores.  
 Sic ſum, cui videar forte haud incommodus, uti  
 Me liceat, tibi præfertim, qui ſolus, & vnus  
 Literularum præſidium eſ, poruſque quietus.  
 Nam populo ſi diſpliceam: hoc placuiſſe merebor.*

### Cauſidicus & medicus.

*Si meret hoc medicus, quod creditur eſſe bono, cui  
 Præſtat*

*Præſtat opem: contra, quamam cruce dignus habetur,  
 Si morbum prolatur: eo non more, Tuellus  
 Quo ſolet, ignarus rerum, officiique ſalubris:  
 Verum ut plus habeat: verum ut plus ſoluere poſſit  
 Extorta a miſeris lati diuerſia fundi.*

*Si litem peperit rabioſa inſania dura  
 Cervicis, mala mens, ingrata ſuperbia: (morbo huic  
 Quis ſimilis, quis par morbus?) me prouehit atra  
 Bilis ad artificem ſclerum, conſultus haberi  
 Qui iuris peiit. huic narro, quodcumque videtur  
 Eſſe opera ad cauſſam. laudat: ſterilemque mihi ſpern  
 Pregnantem facit, at pariet mille illa dolores:  
 Mille neces: ab eo. atque huic aduerſaria qua ſit,  
 Afferri iubeo a famulo. Conuenit eundem  
 Nomine mutato: laudat nihilominus. Ulro  
 Irritant timidos, ſiquem ceſſare verentur.  
 Hoc me deduxit dubie ad conſinia vitæ:  
 Paupertas ſit opes? opulentia nil ſit habere?  
 Haud aliter tutus viues. Sic turba canum te  
 Latrat. conficiet, redimas niſi te ocius offa.  
 Elige: an eſuriens malis, miſerande, perire:  
 An rodi ſatur. In medio nil denique tutum:  
 Nil & in extremis. Ferrum ſi deſit: at ipſa  
 Se arroduct lime. Nuſquam comœdia prouit  
 Spiſſius, aut riſum denſa excepere theatra,  
 Quam duo cauſidici propriis de rebus: acerbis  
 Cum certant odiis, controuerſantibus illis.  
 Rudere tum credas medicos de pelle caprina.  
 Qui dum ringuntur prima de ſede rumentes,  
 Præq. rogatiua: atque Latina vocabula captant:  
 Interea egrotus, cuius res vertitur, & cui  
 Conducti aſſiſtunt, fruſtra hac certamina damnant.*



*Detestatus eorum effœta voce querelas:  
Ignota extinctus testatur morte furorem.*

### De Lucretio.

*Risi, quem veneror, nuper Brassæ canentem  
Principiorum alios, aliosque ex ordine motus,  
Lætæa nectareo fundentem flumina ab ore.  
Nullo consilio discreta esse omnia primo  
Motus, atque incessu, quæ fors temeraria cunque  
Sedem assignauit: sordida esse illa. nec ulli  
Esse in eam imperium nunc ullum, unquamve fuisse.  
Sed gravitate sua terram discludere cælos  
A medio, ut quondam nebula de fontibus imis  
Terrarum per opas tenues cum sole cientur.  
Quam numeros, quam magniloquis affinia Musis  
Carmina, quam ignigenti miror momenta furoris:  
Jam doleo Brassæ vices, nixusque disertis  
Iudicij, ingenitum cum det graue, cum leue rebus:  
Autorem amoueret quasi depositum natura  
Abiuret. Nam si temere hoc graue, & hoc leue dicat:  
Dicat idem quoque hoc esse, simul non esse quod hoc est.  
Sin terra hoc quod erat, sibi terra haud esse nequit, si  
Aut debet sibi tum, aut aly, si seipsa mouebit:  
Haud temere est motus, si alius iam destinat illi hoc:  
Haud temere est, ordo temere sit demique nullus.  
Tum ex insensilibus qui scripsit sensibile gigni  
Corporibusque addi primis sonitum, atque colorem.  
Sæpeque natura his rebus nomen adumbrat.  
Si partes mundi, quem summam nominat ipse  
Conciliari natura, constare professus:  
Cur non natura totius concilium det?  
Præterea postquam suprema in templa recessit*

Et

*Et vapor, & tenuis tum primum machina celi:  
Nuncque loco proprio sunt: cur non tuta quiescunt?  
Nā quid enim querūt: si id habent, quod querere primū  
Instituere: & malunt irrequeta moueri:  
si tenuisse licet bene tum placita oria Diuis.  
Nam si motus ab aduersis discreuit: & hic hac  
Depugnant ideo, quod sunt contraria: quare  
Sese urget calum: sibi sit quasi perditus hostis?  
An alias ambit sedes melioribus ausis?  
Sisyphus ut voluit labentia pondera saxi:  
Inque operè est semper misere, neque proficit hilum.*

*Hoc scripsi, quoniam multos infania versat.  
Quorum audios animos, blanda furatur ab aure,  
Mellea contingens florenti dicta lepore. ●  
Vnde sibi placeant alieno in crimine turpes,  
Docti homines alioqui, acres, culti, atque politi.  
Quid dicam? an sua cuique Deus sit dira cupido?*

### De poetis a Platone eiectis e repub.

*Mirum ni, quæ constituit præcepta poetis  
Ridicula admiscens, idem subuertit Homerus.  
Quæ Diis attribuit scelerum commenta malorum:  
Quæ heroum turbe tetro lita facta furore:  
Quodlibet horum vnum meritis præponderat illis  
Omnibus: unde ambit prima cum laude coronam.  
Quo fit: ut e mira Plato pulsus eliminet urbe.  
Verum idem quod ait cunctis hac lege poetis  
Deberi exilium: leuis exulet ille sibi: cum  
Haud contemnendi fuit auctor carminis, & quod  
Addidit: esse imitatore, nil præterea, ergo  
Damnat, quæ a formis dependent pensilibus. Tum  
Non seipsum impugnat? Dic dum mihi: nōne quod ipse*

Digevit in varias personas lege soluto  
 Sermones, hoc totum est imitatio: fictio? nanq;  
 Vix unum verbum multis ex millibus, aiunt,  
 Quæ posuit, de Socraticis exisse fauissis.  
 Quo fit, Aristoteles ut malit Socraticos hos  
 Sermones, veri titulum præferre poeta,  
 Quam quæ Parmenides, aut Empedocles scripsere:  
 Versificatores potius quos autumat. Adde,  
 Quod quos circumfert sapientum nomine turba  
 Septem illi, atque alij complures, carmine leges  
 Ediderunt, sic stat respublica tota poesi.  
 Quinetiam vis calorū, lex, regula, motus,  
 Consensus, pro concentu, nihil est aliud, quam  
 Harmonia, & rhythmus, faciesque, colorque poesis.  
 Quod si mendaci figmenta exosus ab ore,  
 Tetraque adulteria, illicito discrimine labe  
 Causatur. Tunc historiis monumenta nefandis  
 Proditæ sint abolenda: & eo plus: quo quatur plus  
 His animus veris, pro fictis ficta relinquam.

### De amore.

Olim qui desiderium definiit amorem,  
 Erravit, seseque simul, vulgumque fefellit.  
 Non accurati nec acuti lex ea dicti.  
 Non is diuino, nostro non conuenit, haud ei,  
 Qui in pecudes, qui anima exortes sese induit in res.  
 Namque Deus qui non careat, quod eo appetat & nos,  
 Cum potimur? Desiderio confecta iuenci  
 Errabunda sui cum bucula querit: amore  
 Id, fatear, facere. Ast valles ubi vidit ad imas:  
 Deposita cura veteri, nouam ibi induit: usque  
 Ille quoad ferat exultim vestigia: & hærens  
 Affricet, aut suggat distentas lacte papillas.

Tum

Tum desiderio posito non ponit amorem.  
 Sic & ubi Alpini gleba est vi percita Cori:  
 Et sublata facit violentis pulsibus auræ:  
 Tandem se in gremium dimisit tuta parentis:  
 Primum desiderium fruitura quiesce:  
 Vltima quæ naturali demixxit amore.

Vsq; adeo veteres potuerunt fallere nostram  
 Simplicitatem: ideo veneranda quod ipsa vetustas  
 Dكتورum est amor, & fons, & origo bonorum  
 Multorum. Cape, quod sedet, at quodcunque vacillat,  
 Aut firma: amoto aut tantundem subiice: & exi  
 Ipsa e suspitione, minaci & sorte ruina.

At nunc vix amor est, sed adhuc vestigia amoris:  
 Quo primæ causæ cupimus coherere, bonoq;  
 Tum perfectus erit, tum plene verus amor: cum  
 In patria olim felices hærebimus illi.  
 Tantum aberit desiderio, vt teneamur ab ullo.

Quidnam amor est ergo? affectus, cui unio nomen,  
 Quæ nos rei fruita coniunctos aptat habendo.  
 Vnde etiam hæc sunt verba duo: unde & nomen amoris.  
 Quod si res absit, desiderium parit. Atqui  
 Corpore disincto, mens ipsa in imagine tota est.  
 Ipsa anima insinuata anima: nec sola manere  
 Quit: sed se applicat, & cæcis compagibus hæsit.  
 His te ego iam raris epulis Brassæ, forensi  
 De strepitu fessum, doctas qui lancinat aures,  
 Accipiam: si festæ dies te forte, vel atrum  
 Iustitium, vel solennis vindemia laxat  
 Anxum, in quo operam debes ad commoda regni.

### De partu septimestri.

Res perridicula est, sed non hic protinus omnes

Tangit risus, at infami damnata dolore  
 Fama acri pupugit pectus mucrone mariti.  
 Nec locus est falso, nec id obtreclatio iam: sed  
 Indicium fassa, proprioque ex ore locuta.  
 Quæris, ut est? canere hic potuit duplices hymenæo.  
 Nam deducta domum tum sponsa puella puellam  
 Alteram habebat in arcanis uteri labyrinthis.  
 O te felicem geminis sponsalibus, ergo  
 Quid clamas? retegis magna quid voce, quod ante  
 Quam tu rescieras, nemo sciret? quasi præco  
 Cum clarat pugilis victricis fronde coronam.  
 Et vanum fortasse blatis. Nam terribi morte  
 Quam minitabaris de suspitione, profata  
 Quod stulto quæris, nolens reperire, diserte  
 Cui dictum auertit iugulo, & pectore sicam.  
 Exede: tu intristi. Nunc iudicium medicorum  
 Implorat. Dubitant, an sexto mense puella  
 Nata sit: an qui post sequitur. Concurfus. eunt ad  
 Me, pater & verus sponsa, & pater ille puella,  
 Non pater ut clamat: pater, ut clamamus, eo quod  
 Legitimum partum tam iuris regula, quam que  
 Hippocrates docet, atq; Arabes, plenusq; Galenus:  
 Hi patrem efficiunt. Nam bis cenesima lux, &  
 Altera ab his foetum materna condidit aluo.  
 Quo exactus dubio procul ex his septimus exit.  
 Propterea quod apud Græcos mensi satis unde  
 Triginta luces, quarum quæ est ultima, mensis  
 Est eadem atque una in numero quæ prima sequentis.  
 Quapropter gemino geminam quasi nomine signant.  
 Quo fit: ut hic totus sic ambitus absoluat.   
 Adde quod Hippocrates decimestres sæpe vocat, qui  
 In decimo nati, non perfectio tamen illo.

Sic

Sic non perfectus, tanquam sit, septimus audit.  
 Adde, quod in toto spatio, quod veritur intra  
 Quatuor ac bis centum: & quod subducitur ultra  
 Centum octoginta: vitales sæpe Galenus  
 'I est aut foetus: aut vls, aut cis, fore nullum.  
 Hæc ita cum fuerint a me digesta perite:  
 Audui tamen esse aliquos, etsi haud moror, isthic  
 Baubantes catulos: ronchis qui detrabere ausint  
 Miherentem capiti rara cum laude coronam.  
 Quos ego, sed tamen indigni sunt Caesaris ira.  
 Veritè vos in quas facies mala cunque figura  
 Inuidie astringat: quo vos fert tristis Erinny:  
 Omnibus aucta locis adero lux: unde proteruos  
 Exiccari n oculos, & limi luminis vsu:  
 Si lumen potius, nec sit tenebrosa tenebra:  
 Mancipia horrendæ scutica, caculeque scholarum.  
 Hæc ad te Brassæce dabam securus, & expers  
 Ambitionis: ut hi medicum ne ambire putent me.  
 Tantum aberit, primum, ut cupiam me dici esse.  
 Nam detritum iri multum mihi censeo fame  
 Inde bonæ: si posteritas hoc sciuerit olim,  
 Hos inter medicos operam, non nœque dedisse.

### Otium non ignauum.

Tranquillum genus hoc, paucis imitabile, vita  
 Aut cupio, aut capto saltem, secretus ab acri  
 Ambitione, nisi hac, quæ est ambitione carere.  
 Nam fruimur vitio affini virtutis amore.  
 Haud tamen, ut se commendans ignavia, solam  
 Se peccat: saturo soli sibi pectore ructet.  
 Aut morbi grauis implicitus mordacibus ausis

6

Prodita viuendi per me sua commoda clamet.  
 Non aliis desum, ut mi adsim scaber: At neque vero  
 Vt foueam, quæ sacrauit sibi vulgus ineptum:  
 Algeo mi. Iccirco viridantes ruris ameni  
 Illectant umbra. Non hic mihi nuncijs aures  
 Verberat, appingens dubijs mendacia dictis.  
 Quid Sultanus agat, quid Rex, quid Cesar, & is, cui  
 Ternas pirata tribuit fors stulta coronas.  
 Quid mihi cum stolidis Anglis? iuga qui noua regni  
 Inferuere suo veteri: atque externa pararunt  
 Seruitij sibi iura: suis ne ea iusta paterent.

Mecum ideo insidias vario dispono dolori:  
 Inque voluptatis gremio fio Deus alma.

Aurea nobilium rerum regina voluptas,  
 Te qui spernit, inops rationis funditus est: &  
 Turpibus in rebus qui collocat. Illa frui das,  
 Aeternis opifex momentis qua sibi seruat.

Huc ego vimque aciemq; mea Brassace quietis  
 Intendo, haud alio dicendus iure beatus.  
 Nec tam formosam faciem ulla aspergine tetra  
 Vrit ephelis: at in solida me pace guberno:  
 Mi auior, mi populusque cliensque, fidusq; patronus.  
 Ni expectem: de me reboet quid mobilis Aula.  
 Hoc unum potuit verum turbare triumphum.

### Spes & metus.

Longum ijs, qui sperant, fit curta diecula factum.  
 Erigone feruente gelant: in frigore sudant.  
 Semihora inuadit miseros furtsua senectus.  
 Pregnantesque mora curis peperere quevelas.  
 Suspitio incrustans, pauida alternatio mentis.  
 Non erit: imo erit. At quando? quoadusq; quid? unde?

Vide.

Vide, resorbenti si mens in fluctuat aestu:  
 Non satius caruisse illo, sperare quod instat.  
 Haud tanti fuerit: regno quater esse potitum,  
 Quam sperasse semel: nisi nunquam aluisse timorem.  
 Carnifices animi, mora, & expectatio. Quin si  
 Impendere malum scierim: iam iam, illico, malim  
 Id, priusque subire etiam, quam posse carere  
 Tantulum hoc, aut tantum. Quid profuit illud abesse:  
 Si tu id adesse facis? Semel id forte ingruet: atque  
 Inde breui decedet: at & tu precipis: & quod  
 Per sese ipsum abeat, pernici mente retrahat.  
 Haeret te reticente mali letalis imago.

Quand? tu spem pones, fallax fraudauerit hora.  
 Elusum tum poena manet leuitatis acerba.  
 At fac, eueniat: non fit tam dulce, velut cum  
 Improvisa cadunt. exemplo sunt mala, quando  
 De subito currere, necant magis. Aspice, ut alto  
 Luce repentina tonitru de vertice terret:  
 Cum primum crepat: & sonitu perturbat inani  
 Ante expectatum. Quod si fulgetra secundo  
 Murmure concussere: minor paus occupat aures:  
 Vestibulo in primo labiorum blanda voluptas  
 Sic statim adulatur: tum procedente sapore,  
 Assuescit gustus, nec tum immutatur aperte.

Quocirca seu me stipat sapientia rerum:  
 Seu moueor spe, non tetra formidine fortis:  
 Seu sensus vocat, & ratio silet. vile solum  
 Clamat, & abducto pudor obicit or tu honesto:  
 Non sperem. spes est vanorum epulum puerorum,  
 Et sexus, cui Fors fecit sine pectore portas.

## Laudat eum, &amp; Boetianum.

*Abs quivis homine accipias præclara libenter:  
Verum a præclaro, quantum iunct? est ibi vero,  
Quod gaudere queam cumulate, apponere lucro,  
Laudi ducere: quod dignum me hac laude putaris:  
Que tum in iudicio, magni tum in mente Boetii  
Expleat: & raro me commendavit honore.*

*Nil te promptius, aut maius pro commodo amici:  
Quemq; leues, quemque & foveas, nil dulcius illo  
Quam modo museo dignetur melle suo: quod  
Aequat nectareo præfca omnia mella sapore.  
Nil viroque disertius, aptius, excuere alio  
Conditæ consilio veterum monumenta virorum:  
Et conferre novis, viro victoria vergat  
Designare, atque ambiguis disponere metas.*

*Vos ego plebeij strepitus, animique maligni,  
Insomnisque ad opes cura, levis ambitionis,  
Horret quos malus ipse sui maleconsciis, hostes  
Cum venerer, tum perpetuo venerabor amore.  
Nec mihi longa dies adimet, quod pavere suavit.  
Sed crescet: velut naturæ lege parentis  
Parvo turgida seminio surrecta, nitenti  
Cum sata luxuriant culmo granumque figurant.*

*Ille ego, qui paucos admiror, & omnibus in isto,  
Quanquam æquus, quanquam tacito candore coruscus,  
Vos lectos proceres inter, numerosque chorosque  
Musarum, atque adytus sacros Heliconis amœni,  
Suaviaque exculta, linguæ pigmenta latina  
Inserere audebo: ac potius per vos, mea, adactos,  
Inscitos, his fama avidis intexere chartis:  
Sane illis trepidis: tamos quando excipere ausingit*

*Herod.*

*Herodas, quibus hospitibus mens obuia Phœbo  
Experiatur tantum oneris, quantum hausit honoris.*

*Quod superest: scito mihi commentaria Ruffi  
Reddita, quæ dono misisti, & docta Aræti  
Tentamenta: rudis tam impense inimica laboris:  
Quam nunc affectat nugæ schola nuda loquaces.  
Odillas vero, & suavissima pagnia Teij  
(Vt iusti) grata cumularis laude remisit.  
Hæc preceptori mandata expressa data olim,  
Cui adolescentum rostrorum pignora cordi.  
Is faciet, si non fecit mala bestia padæ-  
Gogus, & est nequam librorum hirsuta lauerma.  
Inde petes: si forte amens non reddidit ille:  
Et me animi dubium absolues responsa morantem.*

## Ingratus, de Fato, &amp; Voluntate.

*Durati sale terga suis pendentia rigore  
Si fors necta fuit: passis sese applicat alis:  
Atq; vorat pernix, vinctis ubi adhaferit hamis:  
Inde cauum, in quo habuere, fodicat: malegratq; tædeta  
Nyctæris, ipsa suas populatur dentibus ades.*

*Hoc fortasse parum: & liceat, nihil id nisi solus  
Esse potest cibus: ut bruta est res mortua, vivens  
Bruta fuit: nulla redimna propagine nunc est.*

*At faba: quæ similem potuit producere: ut ipsa  
Perpetuaretur species: generauerit illum,  
Qui ipsam conficeret (sic gratia grata) parentiam?*

*Fabula quid velit hæc, qui nescit, nesciat. Arcum  
Coniectura aperit, sileat: soliq; loquatur.  
Ipse sibi: & secum tacitus consideret: unde  
Gurgulio crescat damno, vitæque parentis.*

*O terra, o maria, o calum, o quid denique restat.*

b 3

Quod me audire queat: quod opem nec terra recuset:  
 Si facitis prauis (namque his sententia prisca est,)   
 A calo quicquid venit, atque abit esse creatum:  
 Quale id cunque facit, quodcunque fit, & fieri quit,  
 Aut si non facitis: fierique pati libet, ergo  
 Vtrouis namquis culpam non transferet in vos?  
 Qui prohibere potest: si non prohibebit: id ipsum  
 Participat: sed eo plus, quo ipse potentior illo est.  
 Nam quis si ipse vetet, non fecerit hic. facit ergo,  
 Qui permittit. At arbitrio permissa soluto  
 Sunt sua cuique sibi facta æque, ac dicta. repugnant  
 His quidam: sed ego accipio, atque assentior. Atqui  
 Praua triumphalis cum circum tempora laurus  
 Exultat? bonus ipse iacet, calcatur, adorat  
 Auri mancipia. Elisis vos, inquit, amœnis  
 Excipiat Minos. illi plectuntur acutis  
 Supplicis. Boiæ, nerui, rota, cribra, Megæra.  
 Annuo. videro post isthæc fortasse. Platoni  
 Mirabar factum esse palam crudele barathrum,  
 Plutonisque diaria scripta cruore nocentum.  
 Hunc laudabo: damnata insultabo taberna,  
 Alpheni, Phalari, Nomentano, atque Ruboni.  
 At grauis interea iustum, & præclara canentem,  
 Mundi indignantem scelera hæc, contundit egestas:  
 Atque pedes secat, atque manus arthritis acerba:  
 Et quatit ingratis nebulonibus inuidia fax  
 Admixta. Crucibus cedant ut Tartara diris.  
 Vel sole contra statuantur ad omnia lites.  
 Omnia peruincet, falso hæc sub nomine vita.

*Distractio*

Distractio a iactatione quæ fit  
a concupiscentiis.

Cum patris induciæ somni violantur, ab acris  
 Si furtim cura est fodiente cuniculus actus,  
 Fomite delinuit que hesternæ tecta fauilla:  
 Ne vagus ad steriles scopulos impingat inanis  
 Velificans animus, quem iactat vana cupido:  
 Lucidus ad placidas Musarum sistitur aras  
 Ab nostri exilium blandum miserante Pronœa,  
 Exilium, in quod se abducens meus induit amens.  
 Hic mihi non pingui cinere scit victima flamma  
 Nidorosa: nec a Medo, aut latrone Sabæo  
 Lacryma, credita odore Deum placare, liquefat.  
 In Sophiæ sacros adolens altaris ignes  
 Mæsto voluptatem, quæ non sit vera voluptas.  
 Inq; boni vario, simili tamen undiq; vultu  
 Fingo meum. Quod me facere, & seruare beatum  
 Qui solum, calesce alimentum, & lumen anhelans,  
 Vt via longa, quibus violentior ingruit imber  
 Turbinis: & corrumpit iter, calumque minatur  
 Fulguribus: spes est melius fore, munere feri  
 Hospiti: & molli ærumnam pensare quiete:  
 Hoc sic transigitur noctis quodcunque superfit.  
 Hicque diem studeo similem assuere inde futurum.  
 In quo nature consultum exerceo pectus.  
 Doque libens operam caris oratus amicis.  
 Tango etiam sortem: atq; inuita extorqueo tantum  
 Durus opem: quantum possit me e face popelli  
 Eximere: ac modico contentum ascribere calis  
 Ciuibus. Hæc veteris si e re videantur amici  
 Magne proba Brassæ: ut item mihi deinde probentur:

*Qui de iudicioque acri, ingenioque fideli  
Pendeo. præcui tua sunt, pro iugis cætera ducens.*

### Medici loquutulei.

*Spero, quod metuebam olim: ne solus, & uno  
Pluribus aut paulo comitatus, ponere possim  
Tantum opere, quantum mi oneris: tum imponeret audax:  
Fama, sui fidens. Hoc, inquam, quod metuis tunc,  
Spero aliter cadere, ac rebar. Sic undiq; tota  
Oppida complentur. Non est focus ullus, ubi non  
Assideat medicus. Populosa Lutetia, nobis  
Fœcundus vomitat medicorum Pessulus undam.  
Qui si consiliis instructi, atq; arte verenda  
Instituam facere, haud melius fortuna parare  
Vlla bono hoc potuit mortalibus. Ast ubi regnat  
Præceps pigritia, atque sui fiducia nuxix,  
Leuæ sui, latque sui miseris ars conciliatrix,  
Et præpostera agit: ve ve quibus ingruit imber  
Pestifer, in primis extantque vetantque profari:  
Aut tergunt effata, adeo sermonis acerbi,  
Tincti Tullio solo, & nunquam cessante Galeno:  
Ut frustra experiare, ruit damnosa procella  
A seëta vena, vel si te musca laceffit,  
Affirment vulnus, quasi fluxum a dente leonis.  
Pernicies, sed dira palam tunc imminet ægris  
In mundo, nec abest mors his, infamia at illis.  
Cum tamen hinc Celsus, clamet tamen inde Galenus:  
Nec verbis nec verba opere est curare medentis.*

### Sifachthia.

*Quod videor vir, quodque animo forti, atque feroci:  
Sim puris nebulo: sim caudex, blennaque fungi:*

*In me*

*In me si accipiam, qua nunc iniuria facta est,  
Quod si ulciscendi non est locus, atque potestas:  
Parque pari ut referam, tacitus quasi dulce vorabo?  
Haud faciam: hoc etenim est seruique sibi que rebellis.  
Ast animus sese excutiet, dabit omnia pro se:  
Militet ut sibi: nec seruitum demigret ulli.  
Decretum ac stabile est: me libertate tueri:  
Libertatem me: pro utroque utrumque pacisci:  
In charis que nocens virus manus illinet atris.  
Prodidit ille fidem: ast hic & hunc & dirus amicus.  
Omnes iustitiam: cuncti sine lege pudorem.*

*Non dicam, quanta est seëtarum inscitia legum:  
Solicitude voluptatis: contemptus honesti:  
Putida rusticuli ridenda protervia fastus:  
Ingluuiæ, penes, Epicuri de grege porci.  
Non dicam matres, uxores, atque sorores.  
Non decimus quisque est, quin sit mala bestia mulus:  
Aut curruca foenæs proprio nido ova cuculli. (paratum est,  
Dicam emprum, quod habent: quod sunt, quodcumque  
Venale esse iidem: pretium quoque venditur ipsum.  
Nanque licent, quanti frustrentur prima secundis.  
Cumque virisque licent: qui plus dat, plura reportat.*

### Cicero in Lyceo.

*Rectis cum primum studiis inuendere ceppi:  
Hoc perfectum habui, ut seruarem: quidve deceret,  
Quid non. Nam sapere, utroque hoc finitur: honesto,  
Et vero, mox deinde igitur sit proxima cura,  
Participare alios: tum quæque ex ordine rerum,  
Lecto, composito, puro sermone docere.  
Laute accepturus, primo quas salgama missa  
Promittunt struces: de iussu cœnare palumbas.  
Men saturas porris, prius hinc discedere certum est.*

*Quam me plebeia capiant fastidia cæna.*

*Quantum hominum temere consumptis litigat horis,  
Multa tumēs, frustra glomerans per multa, priusquam  
Perueniat, quo se, seipso stipatus, agebat.*

*Suppilata foro putri iurgentia succo  
Verba legens, hamis fatuus ferruminat uncis:  
Et sibi inæqualis phrasis distenditur hydrops.  
Hac tu audes sacros adytus penetrare Lycei?  
Cum totidem verbis naturam æquare subemur.  
Quæ Cicero haud nouit: qui dixerit? ecquid ab illo  
Dicas: ille tibi nescit si dicere. Quorsum  
Ignea pauonis caudam Louis ales habebit?  
Pulchra illa est: fateor. Pauoni pulchra, sed isti:  
Vt uolet in cælum, sit sarcina prorsus inepia.*

*Quam tibi sit satius: qua se dat tempus: & ut res  
Est: is componas non tu huic: tibi seruiat ille.  
Seruiet ille autem: si tu isto sciueris uti  
Imperio, tibi quod sapientia suppetit ultro:  
Quæ non in nugis, lenociniisque superbis  
Fucatur: fatua nec sese uendit at aura.  
Sed sibi recta, tibi sit recta: nisi ipse reflectis:  
Et rerum lucem uerbi caligine inumbras.*

*Res mihi cum balbis istis Brassace molestis  
Est: qualem sine me, melius me intelligis: atq;  
Intercedit: ut a pulchrò ne discrepet usus:  
Nec uero pulchrum male disiungatur ab usu.*

**Syluium commendat lauream  
petiturum.**

*Si scires, quanti pluris, quantiq; minoris,  
Vide sit, esse patrem, & non esse: ignoscere patri,  
Æquum, tuta etiam metuenti cuncta putares.*

Syluius

*Syluius ad uos ii, qui quanquam est indole tanta,  
Quanta, ex quantilla fortuna? emergere rarum est,  
Et probitate sua se commendare potis sit:*

*Me tamen angit atrox meus ingens: nequid in illum  
Fors grassetur adhuc, quo cœpit pergere, pergens.*

*Ipse tibi dicet, quod non quit epistola. Non quod.  
Verba mihi desint: auidum exaturare dolorem  
Queis possim, superest animi, & sermonis amari:  
Rabula non quantum: quantum uoe Parisia fundit  
Fœmina: que uendit populo male lota dicaci  
Scruta: nihil melius dans lotam ad iurgia linguam.*

*At scio fortunas nostras famularier ipsi  
Fortuna. Dominum me utrarumq; esse decere.  
Has ut ne pluris faciam, quam se facere ipse  
Possunt. Illam contemnam, contemnere quam dat,  
Qui cognoscit eam uirtus. Nil posse, nisi unum hoc  
Velle bonis male: quo possit, sic posse, uideri.*

*Quo sit: uti placidam malim consciscere uitam:  
Quam diri mihi fert obliuio blanda doloris:  
Et placidam affectem leni sub pectore pacem,  
Compositis rebus: turbas que mente ciere  
Conserunt. Ne sic quasi pressa rubeta coaxem*

*Aut Satyri fœdis Mithra cospurcata lituris. (premam*

*Quod reliquum. Vt studiis finemque manumque su-  
Imposuisse olim uideatur: uos adit ergo  
Syluius: ut capiti herescant insignia laurus.*

*Quæ si non meruit: tamen hoc tua oratio tanta est:  
Vt meruisse, queat, se promittente, uideri.*

*Qui caput es rerum, studioforum omnium a syluium,  
Canciarum que bonarum artium pater, atq; patronus.*



Se incusat, & populi malitiam.

Qui me crediderim fortuna fluctibus atris:  
Nec tum curarum, posita spe in turbine rerum:  
Hoc merito patior, Quod nec Metanœa potis sit  
Delere, aut succis Hygiea potentibus ulcus.

Sic virtus deserit suas ulciscitur umbras.  
Nam mihi religio est, hominem me dicere verum.  
Nam qui? cuius mens caloque Deoque relicto  
Terrarum desiderio tabescit inani.

Hoc potuit sacri corrupti putrida tabes,  
Quæ me fallentem meipsum distraxerat a me.  
Nonne ego sum, rapide medio qui in gurgite flamma?  
Algebam? gelidis lucebam flammæ undis?

At liquido exemplo esse potest fors improba vulgi:  
Quam tumidam risi felix: felicior agram  
Sum miseratus: ut est hominis pleni, atque beati,  
Et bene de rerum natura lege merentis.

Nã quid te moror his, quæ sunt tibi nota magis, quã  
Vel fluuij cursus, vel semita trita diei.

Indomitum pecus, & nullo sub fasce fatiscens  
Criminis, ad scelus omne genus gens terra patrandum  
Ipsa sibi semperque recens, semperque parata:  
Inuentisque nouis multa se laude fatigans.

Qui ut potuere animo stipato, & prodigo honoris,  
Securòque sui ficta sub luce latere:

Nil iis detractum est cuius de nomine verum hæc,  
Turbella, ut tandem respiciæret: ista retexit  
Garrula rancidulo sermone, victa senectus.

Querqueræ, suspitiosa, texææ, fidoique reique,  
Cuius presidis liber nunc viuere tento:  
Ne castiganti sit opus scutica, atque flagello.  
Vide, potens moderati animi, linguaque decore,

Inge-

Ingeniique pijs, & superantis cuncta laboris,  
Ad mediam noctem, incœnatus & has ego nugæ,  
Putris segnitia impatiens, vigilacibus horis  
Scribebam. Infamis heu sarcina lenta grabati.  
Ne cum corpore mens pariter marceret opaco:  
Nec vigila somno id capta distaret inerti.

Male relata gratia.

Nunquam demeruit prolixius ullus amicos  
Dexteritate, atque obsequiis, atque officiis, quam  
Est a me factum. mihi quid tum venerit vsu  
Contra, illorum opera: si non piget, & vacat, audi.

Primum, cuius ego fueram olim castra secutus  
A teneris miser unguiculis, vsque ad stata vita  
Robora, nec tenui muscerda fecit onustum.  
Ille quidem bonus, & largus, sed pauper. At unum hoc  
Plus aliis sensi. Ast aliis non deterior, nec  
Quem ullo posteriorum vlla virtute putaret.  
Ergo manu propria dedit in calcaribus aurum,  
E clade ob fratrem, ac genitorem, aquilamque receptes.

Qua nostro pinguent Caduria tesqua cruore.  
Addidit & laudes possent quæ saxa mouere: ut  
Cresceret an virtus, an vis insana furoris.  
Nam furor est, si sita vitam pro laude pacisci.  
Affinem me appellauit, mi insignia regni  
Romani ut ferrem posthac, virtute me apte:  
Batholomæo qua obtigerunt uxore Bauara.  
Vnde biceps veteres noua mi daret ales honores.  
Atque idem pene infantem me eduxerat, auctum  
Armis, literulis, & sanctis moribus. illum  
Tandem apud exui ego tyrocini beneculi:  
Prima rudimenta. Inde annos prouectus ad illos,

In quibus ediderim specimenq;, & facta decora,  
Elogium retuli, tantum in calcaribus aurum  
Omne tulit punctum, haud alibi comparuit vsquam,  
Nè, ne mentiar, in modice pendente monili.

Quæro vices alias: dira me ubi clade Rauenna  
Multauit re, spæque omni. Tum Felsina libris  
Imbuit. Hic ego de sociis bene sedulus unum  
Seruauit incolumem, atque accepto vulnere, at ille  
Cum coniuratis petiit caput ense nefando:  
Nè in Marcam potior foret atri caussa Popilij.

Posthinc ad Ligures Tauri cognomine, quid non  
Patraui, ut facerem Dominae satius? Hostis ab eius  
Arcibus expulsus: propriis exutus. Inanis  
Solus ego, occisa spes. Tum translatus amor: quem  
Heu florem stultius, sapiens stomacharere: ineptus  
Cum desiderio tabescere dulce putarem.

Demum ad me redij: & quodcunque amiserã, id ipsum  
Aequius amissum ferrem, quam iam ante potius.

Illis ex crucibus fatum euasisse putabam:  
At non mutauit factum, nanque implicuit se:  
Obstitit in dictis, in factis, corpore, mente.  
Corpore priuauit male, mentem extorsit inanem.

Nanque ubi securoque animi, cerebrique quietis  
Hoste procul, mi ostentauit bene pinguiã rerum  
Otia pacatis Aquitana opulentiã terris:  
Et somnus placuit: nec displicuere sodales:  
Ab furtim obrepfit fors importuna: labores  
Quæ mihi prædulces populari indiceret aura.  
Admouique manus iterum, disiectaque Musis  
Pectora, desidiaque natantis miles amoris  
Do nomen. Libertatem cum sorte pudenda,  
Cumque iocis lepidis chartas commuto seueras.

Atque

Atque nouum numen mendaci carmine fingo.  
Cuius rei precium (merita hoc mendacia uaium)  
Pana fuit, tetrum, atque ingratum fœmina monstrum  
Ostendit quicquam mihi nil debere, nec istud  
Immerito, quoniam de illa quæ falsa canebar,  
Nil spectat ad eam. Ergo opera illa est irrita frustra ad  
Hunc elusa modum. Abiecta hac e pectore cura  
Quod reliquum rebar, me consolabar amicis.  
Præterita hoc poteram, poteram impendentia quondam  
Sustinuisse mala. At vacuo hac quoque bulla iumore  
Æque uana fuit. Promissa haud aulica: quantum  
Spes in me, officium in fallacibus absit amicis.

Vt iam decrerim, quoniam contraria semper  
Eueniunt: hinc iam nisi pessima quæque malorum  
Expectare: cadet secus? hoc apponere lucro.

### De scriptis poetarum.

Quantum abes a tetricis, tibi quas palatia curas  
Dira serunt: dum isthic alienæ ridicula ultro  
Nequitia commissa luis, sub litum acernis:  
Quæso animaduerte. & mihi quod modo contigit, audi.

Quidam ad me venit, de more, admissus amice.  
Vix limen tetigit: gessit se pro intimo: & heus tu  
Notus, ait, tantum de nomine: fur quoque sodes  
De re te agnoscam, ut referam hæc in pauca: benigne  
Respondi. Ille instare. Igitur de promptia pusilla,  
Quæ tum ad forte manus aderant laudare diserte:  
Admirari etiam impense, placeo mihi, suadet  
Gloriola, aut nata, aut soror, aut comes ambitionis.  
Post redit, atque iterum poscit: datur, ut legat arsis  
E tenebris quadam non contemnenda Lycei.  
Nugæ cuncta mera, miserè tu prodigus, inquit,

Temporis: at frustra hæc momenta amissa requires.

Quin potius pietas tibi cordi, iusque tui, quod  
E celo pondere grates ago, non ego mi, inquam,  
Hic deero. Hæc nunc curo, tamen veniemus & isti  
Forte ministerio satis, atque huic. Nulla repugnat  
Natura ratio diuinis. Illa fouent hæc:

Vna ut in ambabus lex legibus, ille ubi contra  
Hinc mestare videt: iam tum inde abit ocius, anceps.

Vt mihi tum visus contemneret, anne probaret,  
Vespere mox puerum, qui parua poemata poscat,  
Allegat. Data sunt, quæ vulgo pauca leguntur.  
Verum ubi virtutis nomen caeleste frequenter  
Esse meis dictum scriptis, & carmine vidit:

Expuit huic rabiem, iam conceptam ante: & adustum  
Sui quasi mel, vel mordentem sale lingeret offam:  
Frontem contrahere, ac stomachari, atque edere buccis  
Poppyssimum tumidis: neque nostras ille pedem post  
Intulit ad tegetes, & morbo vile grabatum.

Vide, vident? in prostibulis, turpique Lyæo  
Qui querat docti nomen, famamque poeta:  
Si quæ forte Dei sit mentio sancta: Dei quod  
Si flagrent odio: clamant non esse ferendum.  
Si canerem satyros, vel si canerem Siluanos,  
Schemata laudarent, pictamque volubilitatem.

Quique legunt hilares Græci fœdissima cali  
Prostibula: & quæ mente pia, nunciisque pudicis  
Non dicenda, olim quæ secula grata tulere.  
Indignis quibus ampla modis incuria facta, vt  
Natura: illusa leges, moresque soluti  
Auersantur vti coruum, picumque sinistrum:  
Et quæ dira vomit foetenti caluus ab ore.

Quod

Quod cum ciuitate rus commuta-  
rit propter pestem.

Quæ mihi nunc dubia est, & fati pendet iniqui  
Infamæ trutina, grassanti peste vacillans,  
Ruris onus Brassace nouum, tibi mitto salutem.  
Huc me mollis amor pacis, placidæq; quietis  
Olim inuitabant, vultusq; oblita seueri  
Otia, secessus vitam fundantis alumna.  
Nunc mortis metus has vacuas implere latebras,  
Et laudare fugam menti persuasit inerti.

Quo mihi nunc animus vetus, aut quo fortia verba  
Oppressa ratione graues fecere ruinas?  
Nil mihi de meipso post hæc promittere certum est:  
Deque aliis tanto minus. Vt mora noctibus obstat  
Hibernis: vt tarda dies sub sidere Cancræ  
Noctis equos prohibet longos extendere cursus:  
Sic mortis timet æqualem producere vitam.  
Cunctanti mihi, quid viuam, tum amittitur illud.  
Omne, quod ambiguo spes & metus arcet amore.  
Ne tamen, vt vulgo, totum perdatur id ipsum,  
Perdere quod vereor rimando, & cuncta rotando:  
Aura musarum memet consolor inani:  
Auius a meipso: ne sit me perdere gratis.  
Sic se vita fouens æstu, se absumit eodem.  
Vt quondam in stipulam emerito cum diditur aruo  
Flamma vorax, ingrata sibi, officiosa nocendo  
Exstitit, vt se deficeret: defecit, vt esset.

Iniuriarum sæculi solamen a Musis.

Esse me temere iactatum lucis amore,  
Hoc atatis onus, seræque incommoda vita  
Induxisse queant: nimis vt vixisse putarim:

Saculaque infami damnata cupidine rerum,  
 Vt credam, faciunt, mortem finem esse malorum,  
 Tos coaceruando retri ludibria mundi;  
 Pura tamen, plebique sibi subducta tumultu  
 Otia misfarum in medio obtinere querelas.  
 Demonstransque mihi scelerate iacta turbæ,  
 Debere haud facere, ut vitæ has spirabilis auras  
 Pauient trahere: huc quasi sit medicina laborum.  
 Vltima: non esse in censuque & lumine rerum.  
 Sicut item contra falsa gaudia vitæ  
 Pellicere, ut rear hoc regnum immortale parare.  
 Ast unum præ oculis, animi in fronte, atque recessu  
 Ducere sic vitam hanc: quoniam manet altera: cuius  
 Hac exemplar erit: vultum illa ut ducat ab ista.

Hoc ego perpetuo placida cum mente volutans  
 Me tanquam in speculo ipse meo contemplor: & idem  
 Non bene formatos, incundi reddere sensus  
 Maturo: ac tenui conceptos carmine mando:  
 Quos tibi, Vide, humili numero congeffit Apollo.  
 Non ut te doceant. Quid enim te maxime rerum  
 Indagator, inexplerisque interpres olympi,  
 Affecla natura, legum mens, lima poësis  
 Diceris, es, conferre queant: quod nesciat ista  
 Sedulitas studiis abs te impertita seueris?  
 Verum ut ut informes, quo nec bene cunque dolatos  
 Effingas: similesque tui dignere benigne  
 Id facere, & factos speratio ostendere Calo.

Conque-

Conqueritur de ancilla absoluta, quæ ar-  
 cas vxoris effregerat, & aurum omne cum  
 mundo pretioso abstulerat.

Cum circumspicio, valido quam subruta pulsa  
 Fundamenta, solo puri male fulta vacillant:  
 Tum miserabilia hæc malefida umbracula vitæ  
 Comperio. ut multis id quod videatur acerbum,  
 Incundum rear esse mihi: discedere ab illa.  
 Innumera vario facta discrimine labes  
 Subsidente superficie. Quod culmine celum  
 Tangebat teter lutulenti est fundus hiatus  
 Sub quo meque, measque simul sordere querarres.

Ne sum ego ad iniusam superis sortem atq; malignam  
 Egregie ingenio natus: cui nulla parata est  
 A fato sincera quies. Tempus fuit olim,  
 Cum me inter homines agitantem, & honoribus auctum.  
 Semper in excubiis tenuit metus: inque dies me  
 Acrus urgere, exedere, attentumque monere:  
 Ne miser hostiles placarem sanguine manes.  
 Nunc tranquilla fouent saturæ momenta quietis.  
 Verum quos inter? Cui tanta iniuria facta est  
 A superis? superi modo si mortalia curant,

Volcas, & Gabalos, & quos Vasconia nutrit  
 Sanguine amicorumque, & visceribus peregrini,  
 Latronum nebulas in vallibus, inque iugis, quæ  
 Explicat in Celtas ab Iberis hirta Pyrene,  
 Ludos, atque iocos, prauit dat turba impia, dicas:  
 Sic dormit lex. Si quando expergiscitur, horres:  
 Suppliciumque metu mutum silet: ut superatur  
 Inuentu scelerum, quæ haud norant secula prisca.  
 Nam prisco peccare modo, dignatio nulla est:

*Rusticitas mera: sed sola hæc sit digna flagelli.  
 Mæchari laus est: stupratæ insultat adulter.  
 Vapulat, & silet: aut damnas est solvere mulctam.  
 Tu scis, depositam quæ compilauerit arcam:  
 Fregerit, abstulerit nummos nunc nuncque negarit,  
 Peringuli studio, ac multo sudore paratum:  
 Quod nati parui, quod frugi & nobilis vxor,  
 Optima quod plenis iam filia nubilis annis  
 Dorem oret, miser! Christus quod voce profueha,  
 Impurum monstrum mihi ut aurum sustulit omne.  
 Capra est, fassa nefas, absoluitur: atque meo de  
 Argento, indignum, mecum decidit, & aufert  
 Partem porro etiam. Sic viuunt hic, reliqua audi.  
 Fundum vni distraclum alij si venditur: ille  
 Sreuenus, ut faciat sic rem, laudatur. adibo  
 Ad diros pluteos: bis tantum impendere cogar,  
 Quanti est ille reus. Post hunc diploma disertum  
 Seruabit quinquenne: illis ego fabula. Sic me  
 Imperij antiqui quondam: tenuis; que foci nunc  
 Versat, & afflictat diri v&sanã fati.  
 Meque putas pavidum mortes horrere minaces?  
 Cum permulta alioqui habeam, quæ dicere possim:  
 Quæ ratio bullam sapienti ostendat inanem.  
 Serum in mane ipso, dubiaque crepuscula vita,  
 Et nox ante diem, frustra expectata dies. iam  
 Sic a me absterrent: sic distentumque relegant:  
 Ut, non esse, purem solum Brassace beatum.*

**Laruati græcarû literarum infectatores.**

*Hinc absens ne scis, quid rerum euenerit. Vnus  
 Ex iis, qui cineres a simina pelle moneta,  
 Carbones animo, lingua ignea spicula gestat,*

*Clamat*

*Clamat: seditionem omnem, qua nostra laborat  
 Rellegio, stultam, firmamq; crepidine Græca.  
 Hinc fontè, hinc fluuiû, hinc fare hæc primordia finem.  
 Arcendos adolescentes a peste nefanda.  
 Quin omnes opere studiosos talis, ad unum,  
 Malleolis, serpus, pallenti sulfure dignos.  
 Quid faciam? qui obliuisci temere nihil unquam,  
 Quod semel apprehendi, potius? Si Tartara Græcos  
 Dira manent miseros: non est mihi tempus in vlllo  
 Momento, ut possim flammâ vitare voraces.  
 Qui tamen ista cibariolis obnoxia in libris  
 Tam damnem, quam quod fugiendû maxime habetur:  
 Sed scio, quid faciam. Si tu Brassace tulisses  
 Hanc legem: a me ipso longe diuersus abirem:  
 Iudiciû, atq; animum, nulli pietate secundum  
 Impense veritus. Nunc cum me ad poma relegant  
 Imposturarum proceres, male sobria monstra,  
 Nequitiaque, merique duces, Strumæque popelli:  
 Qui amentata malis iaciunt conuitia verbis:  
 Quæstui habent animas nostras, & pignora calis:  
 Nec patior tacitus: nec contra verba parabo.*

**Deum curare mortalia.**

*Diagora, vel Protagora si discipuli omnes,  
 Tanquam ex ære, forent conflati corpus in unum:  
 Non peius poterant spoliato illudere calo:  
 Quam nostri hic faciunt. Est, factis plurima turba  
 Esse Deum quæ dissimulat. Sed pessima merx hæc  
 Haud negat. Illud agit modo: ne mortalia curet.  
 Ast infame lutum hoc, terris quod Tartara Diui  
 Extulerunt, Orci spurca compluta salina  
 Esse negat. Negem ego: cum te fert ille negantem:  
 Nec sentire facit sensu: quod mente latet te.*

Nam si non Deus est hoc, quod nos dicimus esse:  
 Facta infecta facit: reficit defecta: re ducit,  
 Que abduxit: posita aufert, atque ablata reponit.  
 Vel casus, vel Fors stolido temeraria pulsus:  
 Tum sit hoc ipse Deus tandem: serique carere,  
 Sit series y. Fodicat quoties hæc pectus Erinnys:  
 Rideo Sardoum: lacrymæ simul excutit: & iam  
 Esse velim: mihi si liceat, si dicere fas est:  
 Victimæ, quæ scelus hoc pro cunctis una piaret:  
 Sed qui hominem fecit sine me, sine vindicet ipse.

### Secessus.

Cum libuit vigili spatium ducere cura  
 Aegrescentem animum: lectus locus. Omnia præ me  
 Armamenta, libri, fortuna erepta supellex:  
 Thuscis facta modis Iffitia. Cantharus: obba.  
 Nam vinum senis est lac, lac vinumque senile.  
 Inuisum Soli nemus excipit. Hic ego blandis  
 Cum Satyris, Nomio libo mea carmina Phæbo.  
 Garrulaque a siluis adsibilat aura canenti.  
 Haud tamen hoc gyro tam plenam claudere lucem  
 Ere mi visum est. Melior mecum inde paciscor,  
 Quo meipse euadam. tum elatus ad Aethera, & alie  
 Auius hinc caleo superati lumen Olympi.  
 Mi simul æterni flammato fomite amoris,  
 Tum senis angusti vitio impenetrabile pectus  
 Nectare am aspirat liquentis fluminis auram,  
 Cum Critone loquens, abiens se in me inde reliquit.  
 Nec potis est animus purusque, osor que malorum:  
 Venium ut ad extremum est, ubi verba illa aurea fundit:  
 (Nescio, nescit & is quo) quin pietate liqueat.  
 Et fleo: cum me flere vetat. Nec temperat ira:  
 Si queat ulcisci amenis mens rapta furore.

Post

Post hinc hoc pelago lactis perfusus, & alii  
 Fluctibus emergens animus, vix enatat, ignis:  
 Fructifera immensi ingressus spineta Lycei,  
 Carpit ab æthereis mutantia germina ramis:  
 Et sibi perpetuæ florentem luce coronam  
 Induit hanc: quam nec celso Iouis ignis Olympo:  
 Summanive manus perterret: nedum ut ad hilum  
 Aut nihilum redigat. fructu satur inde reuertor:  
 Haud translatitio: sed crasso incognita vulgo  
 Que sum munera: contemptus quibus inuidet Orcus:  
 Hoc ego lacte fori, ac populi tum diluo virus:  
 Et patior me nolle pati: quæ ferre recusat,  
 Quem tu nosti, animus, magnus, similisque tuo: quem  
 Vita beat facilis cum libertate decora.  
 Nec capitis, capias ni aliter incus: ut tibi regnas:  
 Imperat, & seruit soli cui sola venistas.  
 Hæc eodem tibi, Vide, loco dictare iubebat  
 Silua virens, teneri & tempestas nobilis anni,  
 Perpetui monitum, memorem quoque sæpe favoris,  
 Firme ac suavis amicitia: quantumque seueris  
 Palladia Veneris soleas miscere camænis.

### De suis Anacreonticis.

Nuper ut ad mundi deserta & sola sepulto,  
 Vide, (quoad studia & recti ciuilis amorem)  
 Immortale iecur tondens: sitis aridamentum  
 Vrebat prisca cumulans noua vota, videndi,  
 Certi aliquid, mihi quod fastidia plena leuaret:  
 Missa libellorum est a te mihi munda supellex.  
 Mirifice intra quos placuit mellina iocosi  
 Musa senis, Thasio impediens vestigia Baccho,  
 At non impediens melliti nectaris auram.

C 4

*A me quo tibi debetur noua gratia. nanque,  
 Viginti lapsi sunt paulo plus minus anni,  
 Lusibus his similes Erat o mea luserat olim,  
 Mollia lasciuo delumbans pagnia flexu.  
 Illa quidem lucem voluerunt saepe tueri:  
 Verum me venit melior pudor. Is fateor, tunc,  
 Hæc cum desiperem, deerat lasciuia præcept.  
 Sic mihi se obduxit, neque iam vitare procacis  
 Tum Veneris ratione vlla sacraria quini.  
 Omnia ficta tamen, pura nec consona vite:  
 Et quæ nec mea sunt, nec dici digna quidem, quæ  
 Tristis aqua potor nequeam traxisse per illos,  
 Quos puer arcitenens mortalibus incuit ignes.  
 Hæc sed utut se habeant: si tu non spreueris, ergo  
 Se forsan numeris ausint miscere seueris.  
 Quanguam ubi respicio nostra hæc ad secula: nata  
 Illa videre equidem videor pro tempore, & in re  
 Opportuna, de venia ad subsellia fuma  
 Transigere & posse, & certum sperare fauorem.*

### De voluptate.

*Multa voluptati vereor contitita facta  
 Immerito: atque supercilio iactata minaci  
 Duriter a priscis: quæ rerum inscitia fudit.  
 Nam si natura est metis præscripta voluptas:  
 Quis dubitabit: naturam damnare necesse,  
 Illa damnata: modus ut rerum alma voluptas,  
 Conueniens homini, seu sensus percipit illam,  
 Sive intellectus, ut abest defectus ab illa:  
 Sic excessus item: vitium ne fiat utrinque.  
 Inter enim nimium, atque parum metatur: & audet,  
 Et penetrare sinum terra, & se affigere celo.*

Nam

*Nam cum sape opifex fruiturq;, & gaudet in ipso hoc:  
 Nonne voluptatis capit emolumenta sua: quæ  
 Nostra refert: simili & facie proportio adumbrat.  
 Nec si homini cibus est datus, & datus ei quoq;, gustus,  
 Atque illi sapit, & parili natura tenoris  
 Responsi insinuet sese, & simul insinuetur.  
 Appellenda est iudicio tam futili, inepto.  
 Nec si de morbo fessus sudore leuabor.  
 Abiciendum est consilium, quod profore credam:  
 Mollia nec capiam incundi commoda sensus:  
 Adque deum referam, atque a me gratiam inibit  
 Hoc, quodcunque statum hunc vite adiutarit habendum.  
 Verum rusticitas, atque asperitas natura  
 Ingratosque sibi facit, ingratosque deo: cum  
 Spernunt munera nature: ut videantur honesti  
 Ac fortes: tum plus aliis sapere atque videre:  
 Quæ nil humani credant à se esse alienum.  
 Illud in hoc quæso longe fuge credere de me.  
 Hæc aspirant, quæ homini sunt cælitus vni  
 Credita, commendata: ut homo sibi sit, sibi & adsit.  
 Quocirca toto ex animo, toto quoque nixu  
 Amplectar: quæ me facit hic, facietque beatum  
 Aurea nobilium rerum regina, ministra.  
 Et quæ contractum ad lætium, tristeque labores.  
 Deriuare queunt animum, dat Diæ voluptas,  
 Proma boni, mediæ lex, correctrixque malorum,  
 Euocat ad placidam requiem, exiliumque doloris.  
 At te apello Stoar caperata frontis acerbum  
 Caudicem, & obstipum inbeo plorare, tuosque:  
 Ni te etiam tunc cum contra verum hæc tua fundis,  
 Tui illat quasi victorem furtiua voluptas: (ma iubebit.  
 Quæ abs te hominem exuat: ut me hominè induere al-*

## Mufarum otium.

Sape meam risi (suberat bona causa) poesim:  
 Quod tam esse tenuis, multisque incendia nervis  
 Reptet humi. Verum natura huc prodiga nostri  
 (Quid faciam?) detrudit, inops & consili, & omnis  
 Iudicij: & placuit mihi, sic quoque velle placere.  
 Quin ubi delumbis, puro defecta nitore  
 Proculcata meis agrotat dictio nugis:  
 Tum nihilo absistit sapientius: atque ibi tentat  
 Porro ex informi terentem procludere versum.  
 Ergo principio ex humili concepta tenore  
 Sic cum materia, cum fecundoque calore  
 Procedente opere occipiunt procedere verba,  
 Atque animari, que macies exanguis habebat:  
 Aut ego fallor, & iratis credo hæc mihi Musis.  
 Quicquid id est: saltem a vulgo in secreta releget,  
 Huc, ubi tu quoque perpetuis teris otia chartis.  
 Nam quid præterea viuendi molliter auctor  
 Suadeat, aut monstret? quam tempus surripere ipsis  
 Tæporibus: nostrum & facere hoc, quodcumq; fugit nos.  
 Nam qui aliter, quo alio officij districtus amore  
 Vnam e toto æuo possis distinguere lucem,  
 Quam dicas tantum esse tuam? nisi tute tuus sis.  
 Ve quibus inuisis, sibi non notis, sibi diris  
 Tempus iners vacuo furrim prouoluitur æuo.  
 Tu ne tuis, tua præfacias his rebus agundis,  
 Qui se deseruere? latent sub crimine vite.  
 Nam iis crimen vixisse: fuit mors ipsa decori.  
 Si tamen illa potest amissa reponere. Verum  
 Nec tum desit is, si nunquam occiperat esse.

De

## De Platone &amp; Aristotele.

Quanquam est in veterum monumentis larga supellex:  
 Sub qua presidium, atque animi queruntur honores:  
 Vobis ingenis melioribus, & magis aptis  
 Eloquio largo, sibi quid bona cura poscit,  
 Suggere commodius lac est Ciceronis, & alta  
 Flumina, diuino manant qua ex ore Platonis.  
 At nobis, terrici spatia insidiosa Monarchæ  
 Dum terimus, pressis insedit vena labellis  
 Strictior: & rerum quot sunt momenta figuris,  
 Exæquans totidem verborum ambage relictæ,  
 Dammataque etiam, sed non sine nectaris aura.  
 Aurea natui nam qui pigmenta decoris  
 Credit Aristotelis thecis non esse reposita:  
 Fallitur. Vt Thasios vis imbecilla cerebri  
 Exhorret laices: ut lucida tela diei  
 Sub lustris crepero gaudens in vesperæ bubo  
 Vilis turba rosas, spinis exterrita, fugit:  
 At non, qui potuit molli requiescere lecto,  
 Noluit Eleo sudare in carcere victor:  
 Obiicere & crudo crepitantia tempora cestu.  
 Ille autem fallente viæ curuamine torquet  
 Mistum exoterico viuiatq; liquamine cinnam.  
 Nec vigil intus inest sal, nec cordata sinapis.  
 Ast animum pingui pictura pascit hianiem,  
 Ac sanum faciunt fastidia, non cibus ille.  
 Vt qui auri grumum mediâ disquirat arena,  
 Sape famas moueat discedere longa prius, quam  
 Se ostentans oculos feriat quæstua nitella.  
 Ingenium impatiens mihi nugarumque moræque  
 Representari sibi vult: citiusque negari



Ingenue, quam differri: dilatio crux est.  
 Quin differre cruce[m], sit crux geminata moranti.  
 At Stagira si non deletat acetum,  
 Omnia quod cito, quod paucis quadrata rotundet:  
 Et placet effuso late discurrere campo.  
 Nec sequor: obiectis nec te veto carceribus: sed  
 Laudo: aliis alios natura ut floribus ornat:  
 Atq; frui iubet, occulta quod lege paravit:  
 Cuius consilia, & fines disquirere stultum est.

## Xenia.

Si iacuit prisca, ut nunc despecta poesis,  
 Plena sui venemens saturo qua tadia vultu  
 Stulta indignatur, quod non respondeat actis  
 Fama: suam meritis hostis grauis inuida lucem  
 Subtrahat, & sese defraudet auara labores:  
 Nec tamen hoc cesset ruiturum voluere saxum:  
 Miror in hoc misere tot, totque hæsisse luto: queis  
 Aura foret populi sterilis cibus, Ergo velut ne  
 Iudicio variae variis sunt sortibus artes,  
 Nec cuiquam a proprio Genio discedere fas est?

Ecce ego, cui rigidi arriident spineta Lycei,  
 Nec diuina placent magni pigmenta Platonis,  
 Quem Fortuna sub occasum prope solis ab ortu,  
 Vt profugum laceret toto pene orbe secuta est.  
 Insanire volo tamen: illis atque relictis  
 Hac spreta vigiles lenta de nocte Camænas  
 Solicito, & placidam vanis permuto quietem.  
 Quid faciam? medio in somno (quis credat!) acerbis,  
 Et tot inhumanis districta hæc pectora curis  
 Illudunt, blaterantq; novos insomnia versus.  
 Quos ego si memori possem reuocare tenore,

Complerem vacuas stipatio carmine chartas.  
 Hæc quoque que simili subiunguntur pollinis aluco  
 Crustula, commista multa, Brassace salutem  
 Mito tibi, qua cereoli, que pemma pusillum,  
 Saturnalitis tibi qua sint strena segillis.

## Ereptus ex peste scribit.

Clade ex terribili refero Brassace salutem.  
 Re mihi, voto etiam tibi: caluitis auctor utrique:  
 Denuo qui mihi det veteres arcescere Musas,  
 Diuinosque aditus sancti penetrare Lycei.  
 Haud etenim fuerat mihi tam graue, tamq; molestum,  
 Vel meus instantis, vel certa iniuria mortis,  
 Quam quod segnus erat mens, & torpedine marcens  
 Cuncta obliuisci lucrum vite esse putabat:  
 Ac verum ut faiear, non esse volebat, ut esset.  
 Huc mihi consilij recidit res omnis inani,  
 Vt quod pluris erat, præ vili vile putarem.

Quam nam in eam humana rationem mentis! eo quod  
 Qui mihi scripsissem, qui alios sentire iuberem,  
 Auum perpetuis animis calumq; paratum,  
 Tranquillamq; piis, doctisq; & fortibus oras:  
 Nunc trepidem, malimq; hic anxius esse viator,  
 Pauperemq; famemque pati: senique labores,  
 Seruitiique, forique iugum, bellique ruinas,  
 Promissa in patria certis quam sedibus vti.  
 Ad me sepe tamen redeo: ne transfuga, ne erro,  
 Desertorve, minusque frequens diuellar ab ipsis  
 Signis: atque ignominia te, Vide, notatus  
 Dictatore, grauis sim ex aurotatis amicis.

Queritur se ab amicis desertum tempo-  
re pestilentiae.

Ille tuae excubitor fidus Brassace salutis  
A te ipso datus, & vitæ commissus habentis,  
Ille tui sancti pius obseruator amoris:  
Quo se prosequeris, quo se dignaris honore,  
Ipse sua tenuem vitæ vix mordicus umbram  
Nunc tenet, & mortis propiore afflatur ab aura.  
Dumque impar crebris torpet pigra cura periculis,  
Attonitus circumspicio, quæ prouius aura  
Hereat, atq; metu, atque fugæ vehat vltima finem.  
Instabilis sic sto: sic me fugioq; se quorq;  
Quæsiusque abscedo locis, neque ipse relinquo,  
Et mecum aueho, presentem ignotumque requiro.

Pestem arie, aut fauo potius fortasse cauere,  
Non fortasse famem: pro se sibi quisque, quod instat,  
Expedit, ingrata securus mente futuri,  
Et precium vitæ est, alienum haud scire laborem.

Quin, heu, qui mihi se vitam hanc debere caducam  
Sæpe fuebantur: quorum officiosa loquentum  
Pectora honorificis signabant dicta figuris,  
Dissimulantque, creantque nouas obliuia mentes.

Quid merui lucis nimio damnatus amore  
Exutus potius spe, quam formidine leti:  
Mollia degenerare vi fundam de pectore verba,  
Verbaq; factaque, nec stauat sententia mentem.  
Eloquar? an sua cuique Deus sit dira cupido?

Hæc, quibus in factis iactet, ne nescius esses  
Ditabam tibi, Vide, ferox tumidusque quod ille,  
Hæc tibi qui scribit, soli sibi defuit vnus:  
Officiis, pietate superfluit vnus amicis.

Vitæ

Vitæ incommoda.

Quid inuat heus cumulis numerare fugacibus annos:  
Dicereque hoc, Vixi: cuius nihil amplius extat,  
Vixque obscura trahit tenui vestigia cauda.

Heu quoties circumspicio: num tempora, quæ me  
Lubrica deseruere, sui mihi auara relinquunt  
E tantis aliquid: nec quicquam herere miserrum est:  
Pœnitet, & quantum est mortis sub nomine vitæ.

Olim ubi paupertas se commendauit honesto,  
Simplicitasque fuit laus, nec se vendidit aurum.  
Virtutis precio: nec perditæ sæcula fraudi  
Ipsa fuere sibi, atque oneri mala sarcina vitæ,  
Præteritos numerare dies, presentibus illos  
Iungere, & æquales etiam sperare futuros.  
Præque venire hac æternam simili ordine vitam.  
Inter compositos animos virtute licebat.  
Nunc quod adest, sapiens optauit abesse, nec unquam  
Expectans melius, medio sudauit in algu:  
Ælfit, inhumanius torret cum Sirius agros.

Quis potis enormes fortuna euoluere turbas?  
Fortunam dico, quicquid sub nomine fati  
Cuncta ruit: nostra his sola est excepta voluntas,  
Res diuina quidem, ac diuino numine relecta.  
Quis potis has versu immanes narrare ruinas:  
Nedum ut eas vitare queat? fac te esse supremi  
Inuidique animi: nullus quem flectere casus  
Nullus obex cohibere valet: si solus is esses.  
Hoc solum, quod es: id poteris fortasse domare,  
Viucereque, atq; etiam prædarum agitare triumphum.  
At te nec generis iniuria, te nec amici  
Euerse implorantis opes iacuerunt latentem

Ecce famem, ecce foris, en pestis, en tibi *Tartara Martis*  
*Tartareo Plutone magis metuenda sequaci,*  
 Cum quo si mutem hæc: quodcunque infame sub ipsis  
*Terra visceribus componit, Sisypho undis*  
*Tantaleis, iecorisque offas sine lege renatas:*  
*Elysi campi videantur amœna vireta,*  
 Præut quæ hanc præcipites vitam obsedere ruina.

### Præpostera de poeti iudicia.

Hic quanquã mihi sub nonam, decimamque licebat  
 Stertere, & angustæ discessum fallere mortis:  
 Ecce tamen miseris licet insanire lituris,  
 Exiliique reis iterum impallescere nugis.  
 Nam postquam fatum (fatum est quæ cuique voluntas)  
 Fabellis diuos suasit miscere profanis  
 Laudatis numeris, lauro spadicæque dignis.  
 Exilium indixit toruus Germanus, id ipsum  
 Haud patera facturum, ubi mea carmina potant.

Accipe iudicium: veteresque novosque Poetas  
 Qui ruri cecimere, libri iurgente feretro  
 Composuit: *Nymphas Scalani* exclusit ab illis.  
 His *Æsymmetis, Boccatiis, atque Petrarcha*  
 Et *Carmelites* partes retulere priores.  
 Quorum non digner *Musarum* scripta culinis.

Ergo etiam monitusque etiam multatus honore  
 Haud tamen absisto, dulcesque ab limine noctis  
 Abiuro somnos, misero ut cum carmine mutem.

Qui sit? quidnam aliud, nisi fatum cuique suum se  
 Insinuat furtim, si sponte admisero: Si non:  
 Vret nolentem, atque annus furibit inanem.  
 Sic medicum sese facit intestabilis *Vrgon.*  
 Sic *Grætas Musas* ignota voce salutat.

*Oprius*

*Oprius: in campum Venetus sic torquet equum: sic*  
*Perque sidem iurat Liger, & quæ conspuit astra.*

Hæc scribellabat marcens arthruide dextra,  
 Mare recens dum spirat onisque, æstumque colono.  
 Mox piger ad syluam, fontemque umbramque fatigās  
 Delirabo senex monstris insomnia miris.  
 Et faciam mihi me, quod Iuppiter ipse nec ausit.

### De barbarie sui temporis queritur.

Quanquam me omnivora prædira pericula pestis  
 Exanimant: silet in stupida prudentia mente:  
 Sola metum quæ dat demit presentia mortis:  
 Me tamen & pietas, & recti conscia vita  
 Segregat a vulgo, & curas meretur inanes.

Nunc nihil in precio est, nisi cedes, atque rapina.  
 Castrorum fera monstra, vocant scriptoria nos: nos  
 Illos carnifices, amentes: quippe die sunt  
 Tres oboli pretium vitæ non amplius uno.  
 Est opera precium leges audire benignas.  
 Aut interficies hominem, aut interficietis.  
 Elige utrum manus, tum nos scriptoria dicas.  
 Scribimus, ut scriptis te hominem formare queamus.  
 Nam si corpus homo solum est: te pluri eris bos  
 Fortior, & grauior: nec regni prodidit arces,  
 Nec regnum expilat, nec regni surripit aurum.  
 Ecquis emet fetens hominis minimo asse cadauer?  
 Nulla est humana caro inuilior: nisi in illa  
 Spiritus actus agat, cognati semina celi,  
 Sed nos sensus agit: ratio est res ultima rerum,  
 Et despecta iacet, nec iam cognoscitur ulli.  
 Et risum moueas, si de ratione loquare.  
 Nil nisi de vino, de bello, aut litibus, aut quod

d

*Dicere non opus est, nisi re vis saluere verbum  
Votuumq; lucrum sit pœnituisse loquentem.*

*Seipsum inculcat in quorundam perfidiam, quod cis crediderit.*

*Ergo etiam temere hoc ausus sperare morando?  
Ergo etiam falli toties deceptus? et ipsum hoc,  
Quod fortuna fuit fortasse, & culpa malorum,  
Cœperit esse meum hoc alieno in crimine crimen.*

*Me ne haud mouisse, aut generis primordia diri,  
Aut fel insanum, aut nequeam quod dicere tuto?  
Ne læsus ledar, lacerer laceratus: inanis  
F. xuggar. saturem risum flent, atque dolore.*

*Quenquam ego ut inculsem, nisi me? nã fallere suetus.  
Fesse sui similis, mores & olere vetustos,  
Quos cum lacte bibens primo seruauit ab ortu,  
Ille mei causa ponat? se amittere gratis  
Haud queat: at potius male agendo seipso propaget.*

*Cur me non colui potius? mea tempora dixi?  
Meme obseruari tacitus? mihi denique vixi?  
Non satius: sua cuique sibi si facta relinquam:  
Mi mea ne dubium incutiant, cauisse, pudorem?*

*Haud tamen amisso hæc animo, tardog, voluto.  
Nec si quid patior, fero continuo, populare est  
Hoc asini, sub pelle hominis latitantis inani:  
Sic tamen, ut neque letari, neque, ingier: etsi  
Res postcit, quasi sit nolis iniuria talis:  
Premium ut incensa certum videatur ab ira,  
Atque dolore, mala ut nequeat si forte referri  
Gratia: mi fingam, stolidi est se illudere, lucrum  
Esse reor lucro damno scire carere.*

*Tum tu ne iubeas Brassace adhibere fidem: vel*

*Si Stryga, si calum iuret, manesve parentum.  
At: si iuret item mentiri velle, & amicum  
Fallere: tum credam. Non si mihi Iuppiter auctor  
Spondeat: hunc veterem sperem deponere morbum.*

*De sua arthritide.*

*Cum articulis deformatis, morsuque doloris  
Postquam constitur: de his est nunc scribere tempus.*

*Sic postquam fidis mandauit semina sulcis  
Spicea legiferæ componens ferta corona,  
(Omnia sic quasi sint cultus, segetisque futuræ)  
Quam nullam quandoque habuit sibi, cantat amicam.  
Solans præteritos præsentem quiete labores.*

*Cum primum hæc rabies incessit, adurere membra  
Mollius haud multo, quam qui suspirat ab Ætna  
Ingenuus, vel præcipitis nothæ Aetheris ignis.  
Verum is paulo post dissoluit, atque prorsus abire.  
Sic seruet, atque uerum, atque etiam, quartog, recurrit  
Atque abiit cito. Sic semper ratus esse futurum,  
Tunc contemnere, nec magni facere: & nihilo plus  
Curare, ut victus ratio constaret: ut altis  
Subtraherem a studiis vigilatas tempore noctes  
Perquam alieno, hiemes diris Aquilonibus actas:  
Processi ad peiora, atas grauis, hausta nefandis  
Curta demus furtis, famuli, res publica, lites:  
Quæ possunt Phæbæ excutere ipsum e pectore Phæbi.  
Factum est, ut morbus cum ætate grauesceret: atque  
Quatuor, ut minimum, menses hoc vile grabatum,  
Quod pro pistrino fatum mihi (dignius ipsum)  
Fixit: ubi historia texo hoc miserabile carmen.  
Nugacis pica quasi sic miser oua fouerem:  
E quibus exclusæ streperent hæc carmina nuga.*

Quoque magis dolor urget atrox: magis urget anhele  
Musa tumens versu. Atque ut credas: nonne vides ut  
Coxones numeri laxa compage vacillanti?

Verum ut dira dolor res est, & Stoicus in quo  
Longe dignior ut blaueret, quam dispiceret in quem:  
Est tamen id peius: quod rancida larua cuculli  
Vociferamur, id esse Dei venerabile munus:  
Atque iis, quos is amet, solum hanc mandare salutem:  
Quæ (precor) illis eneniat: caream hoc ego amore:  
Non hoc, quo potior: puram sine crimine vitam  
Qui spirat, sese insinuans, commissa remittens:  
Ne repetam, prohibens: cumulusque bonis bona de se.

At quæ continuis concita elementa procellis  
Digladianur: & ut quatiunt, quatiuntur, acerbis  
Exagitata odiis, variis complexibus arcta:  
Sine hodie, seu cras dissolvantur vincula, necesse est.  
Perdita sic fiant dubie vadimonia vite.  
Nam certa est morbus ventura sponso mortis,  
Mortis particula, impendentis mortis imago:  
Dicere ni manus fauces, & limina leti:  
Ac peiora quidem. tractu nam temporis ipso  
Discruciamur. Ibi momento cernitur hora.

### De inuido quodam Medulo.

Si possem Brassace, velim, quod velle decebit,  
Quam possum, me posse magis sed velle minus, quam  
Mi volo, nam, quoniam credo mihi nil pote quicquam  
Euenisse boni: mecum colluctor ineptus:  
Et cum Fortuna rixor de cortice, verum  
In me ipso beneuendi sita nota medulla est.  
Nolo obliuisci: si qua est iniuria facta,  
Quæ morosum animum secuit nil tale merentem:

(Quin

(Quin si de celo veniat) nil tale ferentem.  
Non tam rem reputans, quam indignas crimen iniquum:  
Expertus rigido quam distet iuucus ab orno,  
Mobilis vsque ab aquis, abnutans qualibet aura.  
Sunt etenim, qui aliis bene nolunt esse videre.  
Lolligo, inuidia hæc, sed longe tetrius illud.  
Spes vrunt vacuas frustra expectantis amici:  
Quo se egeat semper, semper quo pendeat ab se.

At tibi magnanimum prisco de sternmate pectus  
Longe aliud spirat, tibi nil antiquius, atque  
Si benefactis perpetuis superesse potis sis,  
Atque tibi, atque aliis, saepe es defessus habendo,  
Non dando, satis est, satis ipsum, prater ea quod  
Exoneret vota, aut animos oneravit auaros,  
(Quæ se turba bonis male suadis dedit acerbum  
In nexum, illa sibi præuortens cæca) relinquit.  
Ipsemet audiui: tibi cum promitteret ille,  
Ille ingratorum instrumentum, orca marina,  
Præmia, si dubiam velles componere litem:  
Quid tum postea? ais. Si huius molitio causa  
Comparat, ut faciam, me: nec satis esse rear, quæ  
Possideo virtute mea, calique benigna:  
Post etiam hoc, quod tu dederis, captandum aliud sit.  
Qui non meta sibi est: an meta hunc ulla sequetur?

Refert sua consilia ad Brassaci  
sapientiam.

Vide mea pondus graue, & alitis aura Camœna:  
Queis simul & volet, & solidum regat incita cursum:  
Non, ut bombylio te mere, pappusque feratur:  
O utinam tecum reliquum hoc ætatis honestis  
In studiis, tecum, aut prope te saltem esse liceret:

*Vt quæ præcipitis suadet vis flammea mentis.  
 Acri iudicio illa tuo composita quiescant.  
 Seu me sanctarum ancipitem commercia legum  
 Inuident: pellant seu somnia stulta chymista, aut  
 Aliera stultitia soboles magus: aut mihi comptam  
 Ostendet faciem se inhianti blanda pocsis:  
 Aut abstrusa animis laxis arcana Læci.  
 Nexibus astringant placidis, inque omnia versent:  
 Omnia tu moderare: tibi mea debeat ipsum hoc  
 Mens quodcumque sapit, quodve appetit, aut fugit acri  
 Tutâ fuga: ne versura deliret ararum:  
 Ne male degenerent maleculis semina sulcis:  
 Incipiens operi affecto non forte super sum:  
 Edurem, ac me sufficiam, nunquamque falsificam,  
 Firmo progressu in studiis, animoque parato,  
 Peruigili, inuidio, solido, & ardore laboris.  
 In me remigium, tu clauus & aura secunda:  
 Si curas modo. Quod tanti si ob commodis regni,  
 Quod tibi se, fideique tuæ commisit, ab istis  
 Illo te hinc diuersus agis: decedere certum est  
 Communi utilitati: intra me condere: nec Diis  
 Tantopere inuitis famam latrare fugacem.*

### *Animæ pabulum.*

*Quidam præsidis Fortuna septus Athenis,  
 Magnifice accipere ad mensas assuetus amicos,  
 Ut magni canauit olus, laganumque Platonis:  
 Nactus eum mane, accepta diætaque saluæ,  
 O suaves epulas, inquit, quas postera suauis  
 Lux quoque sentit. Eo tenuis tum munera victus,  
 Quo possit plane corpus nutritur, & qui  
 Cedere, non remorans, esca mensisque futuris,  
 Laudauit false: cui contradicere nolim.*

*Esti ego longe alias epulas duco esse priores,  
 Postera mox nequeat quas lux dissoluere: nec quas  
 Tertia conficere, aut porrectum proimus anum.  
 Quas tamen & tum illum ex apothecis eruta celi  
 Coniucio hauisse ambrosii de voce Platonis.  
 His igitur, quæ Fortuna ludibria ridet:  
 Et sauriant pauca, & multa haud fastidia portant,  
 Cum Græco sale, cum veterum grauitate Latina,  
 Hoc etatis æro: fastumque & stemma remitto  
 Cognatis, capiant, quibus hoc solum exiulit auram  
 Nobilitatis, & exciui sub pectore regnum:  
 Excoxitque metum curis, mentemque reuellit:  
 Expressitque foras animum, moresque sequaces.  
 Nam pridem implicitum in sanis hoc nomine vinculis  
 Viuere maiorum me aliena. ætate tumentem,  
 Summarum summam rebar debere putari.  
 Mancipio veluti data sit mihi opinio mundi  
 Plusquam aliquid qui me esse neget, tum vapulet. o Di  
 Quæ scabies. quanto melior mihi vita parata est:  
 Paulisper cum me collegi, animumque repressi,  
 E diuerticulisque vagum, erronemque reduxi.  
 Interea cano, quæ vates canere ante solebant:  
 Non tam animi victus, fameque famelicus: ut me  
 Perpetibus perdam, velut ante, laboribus: angar;  
 Nunquam desistam insanire: diem addere nocti,  
 Noctibus addere, dico, dies, noctesque diebus:  
 Fastidire me ipsum: obliuia querere vite:  
 De vulgo quoniam penitus nihil attinet ad me:  
 Vt quod præstiterit, cogar dependere. Nec mi  
 Corpus in offenso est, soneri mens, ut fuit olim.  
 Nec quæ cura prius tenebrabat lumina mentis,  
 Macerat, inque metu male habet, vigilemque fatigat.*

*Sed tranquille amor, & liquida funalia lucis  
Illustrant, quæqua aspicio: si forte datur mi  
Qualemcumque audio vitam præcæpere leto,  
Atque a naturæ sativum discedere mensis.*

### Studium veræ vitæ.

*Vide pater bone quæsitæ, partæque quietis:  
Quæ sociata pari cum maiestate serena,  
Sola potest hominem facere, & servare beatum:  
Aspice quam leto ridens Zephyritis honore  
Frondisferis fecundum in saltibus æthera mulcet,  
Coniugio aspirans calis, terræque parentis.  
Nam simul ipse toro demittens se vividus alto  
Iuppiter in gremium effusus Telluris amata  
Implet eam, reparatque novum genitalibus ævum:  
Fæta renidescit tempestas ferulis anni,  
Idque adeo. Hoc etiam, quo te Brassæce saluto,  
Musarum suboles, hoc munus amabile carmen,  
Fervet opus tenero percussa mentis amore.  
Illam dulcis Amor tinctis in nectare telis  
Perculit, eque suis proprias attexnit alas:  
Inque tuas quibus acta manus, perque ora volaret.  
Omnia nam quæcumque vides, mare, sidera, terras,  
Æræque, omnimodis meditanti semina formis,  
Frenat Amorque acuitque, agitans primordia adusque  
Finis septa: notasque sui fervoris inivit.*

*Me quoque ad effata repentem limina vitæ  
Ultima, suspensum regni melioris amore,  
Solicitatque, premitque nouo permulsa lepore  
Carmina sufficiens: & vult superesse labori.*

*Haud tamen abductum ad fracti disortia cantus  
Captivum tenet illecebris: quas cultus inani*

*Vanus*

*Vanus habet strepitu verborum, auresque fatigat.  
Sed suaves numeros rerum consulta medulla  
Implet, præcipuis opulentans carminibus dictis.*

*Ipse ab segnitie mediocris ad acta laboris  
Eximio ingenium pennis sublimibus aptum,  
Curarum tenuis: exclusa ut sint otia, & æque  
Anxius angor agens validos mortalibus ignes.  
Affectans liquida, ac blanda, profcenia laudis.  
Vnde nec ambitio potuit me obrundere dira:  
Nec iacere in fraudem servuens pellacia fama.  
Nec venit in mentem, votis adnectere vota:  
Sed quæ isti sacrant, longe execrare: malignum  
Et vulgus, cassum omnino ratione modoque  
Reiicere: erratis & non renouare furores,  
Nec stabilita novis fera dogmata disciplinis.*

*Hæc facere intendo, neque adhuc inuenta remitto:  
Sed persto peragens. Ita nunc insania mundi  
Fermentescit: & e renui conflata favilla,  
Tanta furit, male quanta Deos furiosa laceffit.  
Ipse sui plenus, nulli tolerabilis auctor  
Nequitia ac sceleris, populi sufflator amarus  
Multinolasque serens e divo semine setas,  
Non castigatus, pena non territus vlla,  
Fæctus supplicio, metuque licentior, exlex,  
Seu desperans, sine fuga spes hausit inanes.*


*Quare est decretum: & faciam: quodcumque videri  
Huic rectum, mihi perniciem, mortemq; videri:  
Delicias, capitale: iocum, ludumq; labores.*

*In medio tamen, ad mediumque utrinque reductus  
Quero me in meipso, atque aliis. Iam nec mihi cura  
Vsurpare oculis, animo quæ cernere possum.  
Mens obsignata, & multorum conscia, amisco*

*Fida suo, equa aliis, sibi trux, & acerba, & iniqua,  
 Quo ferat equum ab se, & ab eis: reddatque vicissim.  
 Ne redeat res ad verbum (excusatio stulta est)  
 Pœnitet: aut post pœniteat non pœnituisse.  
 Et dubitant homines dubitare, & querere verum,  
 Ne dubitent? vacet: & reliquis ita rebus ommissis  
 Vi sunt, esse, egomet mihi sim: si illa esse recusent.*

IVL.



  
 IVLII CÆSARIS SCALIGERI NEMESIS  
 AD  
 DIVAM CONSTANTIAM  
 RANGONIAM.

§§

**E**que Deorum nata supremo satū  
 Demissa Calo es, certa lex mortalibus,  
 Constantia alma, Sidus, ac decus meum:  
 Quod luce prima, cum parit Phœbus diem,  
 Quod nocte sera, cum truces cura silent,  
 Meditor serenum numen, augustum, pium,  
 Tutum minaci pectus inuictum metu:  
 Parum videtur omnibus, mihi nihil.  
 Quis apparatus mentis immensa tuum  
 Contra impotentis tela Sortis impia  
 Videt: nec obstupescit, & verum putat?  
 Quis non adorat fulgidum vultus iubar,  
 Facile, remissum, viridum, constans, graue?  
 Quis credet vna in corporis compagine  
 Tam multa, tam diuersa inesse numina?  
 Tam parca mentis vota? tam largam manum?  
 Orationem melle conditam, catam?  
 Leta seuerum, equabilem frontis modum,  
 Malis benignam, subditis seruam bonis:



*Tibi nouercam, ceteri ut matrem sciunt.  
 Iccirco te Fortuna cum teniat, timet.  
 Nam si repugnat, scit repugnari sibi.  
 Aut si benignis obsecundarit notis:  
 Tum liberalitate se victam stupet.  
 Quare quod orbis expiatrix, hoc tibi  
 Et par, & impar, numine expressit suo,  
 Habe dicatum, quando sic credi potes,  
 Natura tu te, visque Fortuna tua.*

## Nemesis.

*Proles Tonantis maxima, ac princeps Iouis,  
 Regina superi, atque inferi omnipotens Poli,  
 Numen trifulca viuidum, ac minax face,  
 Cuncta audiens, cuncta intuens: Numen graue:  
 Fortuna inani siquis elatus rota,  
 Ludentis auræ ventilatur impetu.  
 Nemesis supremi conscia, ac iudex soli,  
 Nostrique vera temperatrix ambitus:  
 Tot illa clari lumina obtutus: quibus  
 Vani reciproca excubant mundi vices,  
 Quæ Fata certo obfessa præscribunt modo,  
 Quo transtulisti? aut quanta sunt, si adhuc vides?  
 Rigidas furore freta ceruices fero,  
 Secura recti, nostra fert insania.  
 Ecce implicatis ille conscriptus dolis  
 Fucat venena melle tetra, perfidum  
 Vultum sequentur verba, non factum fidem.  
 Huic irruentis acuit insidias furor:  
 Illi obstinato pertinax tumens gradu  
 Proteruientis ira succendit faces.  
 Ille impudicis turpiter sectus nois,*

Ficsto

*Ficsto seuerum fronte componens statum  
 Picta fatigat siderum sedes prece.  
 Delubra pace structa, & aras Calitium  
 Diri profanat Martis incestus furor,  
 V lirice morte, & nocte ludifica premens.  
 Heu luce cassum fulgida clarum genus  
 Turpi cruentus obsidet cumulo cinis.  
 Cui militaris supplicii ignouit manus,  
 Animam petitas inter exhalat dapes.  
 Fas omne ruptum est, & pium, probitas iacet.  
 Vtinam iaceret, sorte at exacta exuli  
 Phlegethontis huius horridas linguens specus  
 Abut, fugit, recessit, ac reditum negat.  
 Elementa scelere victa: vita empta est nece.  
 Quid amplius vis? quid moraris? & licet?  
 O terra mater, O maria Nereifera,  
 O pulsa pictis alitum pennis sola:  
 Audite celi: audite vos caui specus:  
 Quæq; ima late lubrico liquentibus  
 Subier latebris rore completis vada.  
 Et tu verendi conscium silentij:  
 Cum prætæ noctis rosido vultu madent:  
 Orbisque iacitis sub coloribus latet:  
 Cuncta intuentum siderum frequens decem.  
 Propter nouerca copulas: nati graue  
 Patri imputatur funus: & viuit pater?  
 Gladios ne dicam? an iudicis falsi minas?  
 Sicas? venena? an omne pœnarum genus?  
 Latentes nocentes? noxias Cereris opes?  
 Minus tremendi Tartari periculum.  
 Saxum, Rotasque Vulturis dapes iecur,  
 Tetricum trifaucis Cerberi latrans caput,*

*Aut siquid his monstruosius quicquam est, putem,  
Huc acer, huc sumbe, festina, impete:  
Sed qualis olim Scenicis Graium choris  
Ferox olentem: felle sparsisti caprum.*

*Que prima, que postrema sacra manibus  
Archilochius arbo? aut perirato seni,  
Qui claudicante fortius currit pede?  
Pudet, pigetq; Sortis humane, pudet:  
Meg; inter hæc, non inter horrendi maris  
Vastas arenas, atq; solitudines,  
Omnem aleam extra generis humani satum.  
Men' pallor orbis luidus metallici  
Naturæ, & vocatum ad alta, sollicitat virum?  
Domestica hostis, atque iniqua foemina,  
Libidinosa perditum franget face?  
Sanctum cruore Martio nuntium otium?  
Latus calenteis cæde patrata manus  
Nefas iubenti Barbaro ostentem truci?  
Nidore mensa capta libertas fleat,  
Putidos inepti contremens nutus Heri?*

*O qui sub hac miente cali fornice  
Ferox superba dote stipatus, sedens  
Ætatem in ani gloria illusam foues:  
Qui te beatum iudice teipso stupes:  
Vel discere: vel me discere optantem doce.  
Natura, mater, an nouerca flebilis  
Vite pudendos auspicata sit modos:  
Teneræque rudia lucis incunabula.  
Seua Leæna catulus armatur iuba.  
Vnguig; obunco. Dentis orbes efferos,  
Immane murmur, impetum horrendum canam?  
Vnam, arbitror, crudelis hostem maximam,*

Dirum

*Dirum bisulco vulnere afflantem balitum,  
Solicita nostri, Viperam, o, vltia es probe.  
Per te seneclæ spolia de glubens rudis  
Hiانتيا inter latibula exesi specus,  
Redit ad apricas Vere grassarrix vias,  
Ab immerenti pecori insidias struens  
Haustus petita reddat infestus aqua.  
An tu vireta rore spargis vitreo:  
Et murmurante prata fundis rinuulo: vt  
Suimet, inuitatus ad somnum, reus  
Amarulenta morte pastor occubet?  
Quid mihi decorum lucidi ingenij statum?  
Quid expedita munera obgannis manus?  
Jam iam tu, vt in se vertat has easdem manus:  
Id omne, qualecunque, lucis intima  
Fraudis veneno sinistra fœdasti. Neque  
Vllo hostis hoste maior est, homine hominis.  
Hoc, nonne proderet? aut quid est, si non id est?  
Ensem furenti, spicula insano dare,  
Que Lex suasisit, aut decus vitæ probum?  
Quid ille iactabundus, ac ferox: simul  
Flagrante pugna Marte ferueret, truces  
Truculentus Hector sanguine aspersus manus?  
Amore Achilles victus infami, insolens  
Cæсорum acervos ciuium asperdat libens?  
Dotes tibi illas occine, haud posthac mihi.  
Summos at, inquis, vt Deos cognoscerem.  
Quotus Deorum quisque sub scientiam  
Nostram cadit? quis vllus illustri via  
Mirifica rapidi limina ascendit globi?  
Si paruus adeo est, atque contemptus Deus:  
Nostris vt imis excietur sordibus:*

Idem ille fiet vnus e nostro grege.  
 At si (quod extat verius) purus, grauis,  
 Iustus, seuerus, grauis, immensus, pius:  
 NOSTRUM hæc quis audit, aut videt, fœdus, leuis,  
 Rapax, iniquus, diuus, angustus, ferus?  
 Quorsum igitur alio tendit ingenij vigor,  
 Quam vt destitutus lucis æterno bono  
 Viuens, vidensque milles pereas miser?  
 At artium orbem liberalium canis  
 Inuentaque alia. At adde nauæ insaniam,  
 Pictas tenaci qui obliat puppes pice.  
 Pulsuque dura pectora obnixus grauis,  
 Dum lenia curuo tumsa lætatur fretu:  
 Muet calenteis Sole diuerso vias.  
 Feri nubiloso saucium latus Noto  
 Hibericis carina tumsa fluctibus:  
 Suspirat ille coniugem: hic caros Lares:  
 Mortemque duram diuiriorem conficit,  
 Cernens tenellos liberos animo memor.  
 Liguribus Auster aduena exultans iugis,  
 Pellaxque pontus scrupéis mendax vadis,  
 Libyssa scindens breuia, & incertos sinus:  
 Et turbulento barbarus Boreas pede  
 Vndifona regna pallido quatiunt metu.  
 Sic te exinanis? sic miser nullam tui  
 Partem relinquis? mortis vt satis via  
 Haud vna sit: qui promptius irrites Deum?  
 O qui micantis verticem cali rotas  
 Immense clari ocelle lustrator Poli,  
 Sol: cui retecta teeta monstrantur: cui  
 Telluris alma ferile gremium parit.  
 O praliorum fabulorum Pater,

Irrise-

Irise Vatum voce mendaci Deus,  
 Arbitr sereni, nubiliq; Iuppiter:  
 Iam ne orba Troum cerne bellantum agmina:  
 Huc verte lances. Comoda, atque incommoda  
 Quis pendet: ac non ille, qui pendet: gemit?  
 Lactata vestra hæc munera ingenij, mala  
 Suspiriorum sunt metalla, & fomites:  
 Qua nec cauere, nec mouere sis potis.  
 Ah turpe: longas lucis ambages grauis  
 Perferre: vana id est alere spe miserias.  
 Quid aliud addit annus anno quam mori?  
 Aut pulchra vita, aut pulchra mors, pulchra est viro.  
 Ah quid tenacem memoria exprobras fidem?  
 Aut cuius vsus, nullus: aut si quis manet,  
 Curis acervos acribus plenos dabit.  
 Vt efferis Aquilonibus redux furor  
 Ciet hyemes retorrido fultus grege:  
 Lenaque gelidum nocte contristat polum.  
 Sic expedita sub relapso tempore  
 Memor subactam retrahit in mentem mala.  
 Quid perspicacis lumen huc prudentie  
 Afferis? quod atra euentia, quam premant prius  
 Nimis oculatio pectora veneno enecat?  
 Namq; vt supini curua sub cliui sola,  
 Seu cum virenti colle deducens pecus,  
 Sive vbi corusca nemoris exuperans iuga,  
 Percussus agro pallidus pastor metu  
 Videt furentis fluminis rapidas minas:  
 Mali futuri mole iam oppressus stupet.  
 At mox ruenis fulminis ritu impetus,  
 Nouamque spuma turbine affectans viam  
 Fessi labores vomeris lætos ruit.

Sic prævidentis lumine obrutus duce  
 Bis eadem onustus præcipi meus mala.  
 Sae sat minister, & magister omnium  
 Occulta tempus aperiri, & aperia occulis,  
 Certus reducens omnium rerum vices.  
 Ita annus altis orbe malitus vias,  
 Convexa celsi spatia fultans ætheris,  
 Fugiens, sequensq; sidem instat, accedit sibi: &  
 Super seipsum flexipes voluit gradus.

Quis fultus ater fraude gentuli Ligur;  
 Vastumve Atlantis accola exercens mare  
 Vtâbit hæc? quis imperius Thracy ducis?  
 Que vis Latina? lenia quis Paribi fuga?  
 Trahensve prædâ, di barbaros plaustro lares.  
 Vagus sub axe frigidus muret Scythes?

O vita morte peior, o placidum malum;  
 O morte peior mortis opiata fuga.  
 O vita mors, noni vita, quæ morte es sata.  
 Nam quantulum vsquam mente conceptum est boni:  
 Quod non labore, aut tæbe partum est corporis?  
 Vnde reducta noctis obsepitus sera,  
 Vigil minaci luridus pallens fame  
 Per se ruentes, incitosque urget dies.  
 Heu literati quale munus ory.  
 Vita periclo, ac pessimo humano venit.  
 Ni viueres: non esset, ut scaperes. uti  
 Ludicra sapias dona vitæ prodigis?  
 Nil sapere cum dolore sit carens malum.  
 Nil sapere fiet vitæ iucundissima.

O mors nigrantis noctis umbris edita,  
 Horrenda, seuâ Diris ignans seror:  
 Quis te efficacis orbita ingenij fugit

V ANITA

V anum ne fati nomen inuentum est grauis?  
 Necessitas mortalibus dirum malum,  
 An non catena est illa, quam præsci viri  
 Dixere missam in arua primo sæculo,  
 Blanda metalli luce pallentem ignes?  
 Cum facta rebus terra concessit nouis  
 Rudemque fudit prima tempestas polum.

Rape te in remota specua fugientis solis:  
 Busridarum fremitus animarum ubi furis:  
 Et more ponti puluis exultat trucidis:  
 Vbi impotenti terra putrescit Notos:  
 Qua vorticosos Tehyis eructat lacus:  
 Vbi arua pestilente scissa hiant Canes:  
 Curtisque surget vsta terra viperis:  
 Vbi inquietia solis aurei rota  
 Humi colorat terga floribus nouis:  
 Mollis repente vere cum balatur dies:  
 Vbi orba tellus fertili Faunio  
 Morientis anni effœta suspirat vices,  
 Colleque picti primulo diluculo  
 Recente rore, quem recens premii dies,  
 Vineta lata, pensiles vuas fouent:  
 Qua adustioris ora solitudinis,  
 Inersve sopit pigra crystallus vada, &  
 Rigens coercet frigore Arctoo gelu:  
 Te fatum edaci dente seclatur ferox.  
 Metitur atro surda mors telo fugam.  
 Nonne hoc moneris? quoque te venas, videris:  
 Seu purpuratis territas populum misis:  
 Seu purpuratas metuis e populo misas:  
 Aetas fugaci decolor ruit pede:  
 Vires relinquunt, in nihil perit calor:

Huc res tibi reditura, qui spernis Deum:  
 Qui peierati iura contemnis tori.  
 Cui temulento Bacchus, ac Bacchi comes  
 Regno superba Cyprio incedens Venus,  
 Seruum lupati dente frantarunt caput.  
 Quid ergo liberum autumas? Quid liberum est?  
 Posse in voracis igneos flamma lacus  
 Ruere? exiliro? posse dexteras pio  
 Contaminare, & abstinere sanguine?  
 At hoc leana seu a communi sibi  
 Iactabit, at nec mentietur, indole.  
 Futurus olim toruus armenti parens  
 Nunc molle fronte pruriente mugiens,  
 Quare petulcus arborum iruncos quatit?  
 Nempe hoc, quod ipsa prestat hæc nobis manus.  
 At sancta die dona nos mentis regunt:  
 Que sit negata cætero animantium gregi.  
 Vt prona Zephyri fluctuant nixu sata:  
 Fornica densum cogit agmen ordine,  
 Raptas onusto calle connectens opes.  
 Ii prima castris dux, & insolentibus  
 Dat signa: lentas atque castigat moras.  
 Vt astisque freius bos laceriorum toris  
 Lenis flagellis paret, ac loro studet.  
 Quid Dædala alti particeps mens halitus?  
 Hanc sedule non vindicant apes sibi?  
 Priuata que res hominis, aut qua publico  
 Perfusa tali luce fuisse: ut vias,  
 Vt temporum vicissitudines, vi &  
 Aduersa bella, & prospera, & pares fugas,  
 Et disparet, & Martis euentus truces,  
 Sentiret aque, ac mente fundaret pari?

Ciuilis

Ciuilis ergo ius supercili obicis?  
 O Sortem iniquam, o fata sæda, & aspera:  
 Natum esse talem, ut imperem necem mihi?  
 Non constitutus lege dura Carnifex  
 Vt cade facta vetere, pariretur noua?  
 Quod plectis, hoc committis? Heu ferum genus.  
 Remedia morbo victa Natura graui:  
 Aut eadem atrociora, si vincunt, vigent.  
 Scelere expietur fortuitum alio scelus?  
 Vt vitra sit Fortuna peiore ambitu:  
 Si occidis, an si parcis: hoc dubitem miser.  
 At te beatum stulte iactas: ut tibi  
 Solentiamque, & artium scitas opes  
 Cælo suprema sorte demissas putas.  
 Scilicet pudenda ut arma nequitia tue,  
 Penis, gulaque, & alea damnum pares?  
 En cæterum Natura quod finxit pecus,  
 Cicur, ferumque, armenta, & infirmos greges,  
 Habet quietum, & insolens periculi:  
 Nisi quod auaræ sanus exturbas manu.  
 At tu ille tumidus, atque coopertus dolis  
 Sudas aratra, aut vellera attondes: simul  
 Albente cælo Lucifer rosea manu  
 Candore pingit igneo valuas Poli.  
 Aut ante lucis aureum decus, feri  
 Latronis auida tela formidans fugis.  
 Aut te minores beluas sequeris apros.  
 Magnum arbitratu esse momentum viri:  
 Si leporis, aut odora latrantum agmina, aut  
 Fallentis astu subdolam vulpis fugam  
 Vrbis relictis muniis sistas miser.  
 Gruibusve, sedacibusve turdis reia

Blandi soporis dulce munus auferant:  
 Cum adhuc tenella luce nigricantia  
 Sol noctis ora nitente consuat face.  
 Et restituta rosidis laboribus  
 Mutata puris candidum diem rotis  
 Ad prima cali pertulit cacumina.  
 Aut te supina vita, marcidum otium,  
 Negat orientis, occidentis pernegat  
 Vidisse solis lectulo amisso iubar.  
 Tum Venere turpi sordidus flamma vapor  
 Bruta medullas exedit vorax face.  
 Quem viperino crine, cineta viperis  
 Insano Erinys obsidet Stygia flagro.  
 Non sic rubentis fonte Vulcani furunt  
 Acherontis atrii vortices: flamma globi,  
 Quos Sicula fundit Aetna, quos Lemnos vomit,  
 Atque vsta Lipare, atque Auernales specus.  
 Effœminati: heu scœmine, nec iam viri.  
 Composita pingue spirat unguentum corna:  
 Buxi labores mobilem timent Notum.  
 Discriminato vertici ut stetit strues.  
 Heronis ille puluis, hybernium gelu,  
 Ferocientis ater Autumni labos,  
 Fremitus tubarum, iussa Mauortij ducis  
 Illiberali excussa sunt omnia metu:  
 Vt excitato sole percussus semel  
 Vltrice fulsit luce vulnificus chalybs.  
 Qui fulminantis fulgur irrides Iouis,  
 Tonasq, iunivus voce: cur manu stupes?  
 Te ne in minacis torua Neptuni freta  
 Obisciat hosti Roma? vel Roma amulus  
 Gallus ferocem cuspidè inuictus manum?

Hac

Hac, qua Britannus fluctibus Nereus strepit:  
 Feruensque mugit classe, qua latei, mare.  
 Aut ubi tremendos Vngaro Turcas fero  
 Vrgebu: alto corde te speret virum  
 Sublimis acri turina collucens equo.  
 Siue ille Hiberno gramine, atque hordeo satur:  
 Seu Calaber arcta latera succinxit latex.  
 Rigensve duro Borysthenes stupidus gelu  
 Tenore vegetum strinxit arguio caput.  
 Tibi seruus animus, iuris & nullus sui  
 Metitur intus ut nihil, foris omnia:  
 Negat male agens scelere, quem spernit Deum.  
 Formidolosus patrie, inuisus domi,  
 Hostis omnium, turbator orbis, impius  
 Parentibus, pestis necessitudinum,  
 Reus tui. Quid amplius dicam? haud scio.  
 Nec facere crimen, esse sed crimen iuuat.  
 Hæc nostra virtus? est ea ad cælum via?  
 Qua monstra virtus terra domitabat, fugax  
 Heu misera, monstrorum esse nunc cœpti loco.  
 Abes abs teipso: mente, quam iactas, cares.  
 Aut fare: Quorsum, quod nil sit, expeis:  
 Quod est, nefandus veris hoc usum in malum.  
 Quæ sita pelagi viscera in gulam tuam:  
 Sparsusque pontus funere externi gregis.  
 Vexata maria? ast illa formidas: neque  
 Sunt tuta, que timenda? qua metuis viment?  
 Patiturque cadem, qui dedit vitam tibi  
 Bos incutiati iabe confectus seny.  
 Cibusq, fit, quo aurore in capis cibum?  
 Hæc merita? sic reponitur durus labor?  
 Natura iam iam muta formidat, sibi.

*An te creauit misera: ut ingratus cauo  
 Voraginosæ cuncta dilueres gula?  
 Cui cuncta parcunt, parcere nulli scelus.  
 Auferre munera illa, non gulam potest.  
 Arcesse ad ista gloria florem rudis.  
 Qui blanda pecora vincis, & cogis mori:  
 Te vince, & ipse viue, quem viuum volunt.  
 Iam uita uita nostra, nec scelera capit,  
 Nec scelera sese: ipsum & animum exuperant mala.  
 Vt onere sedit victa, uita quod facit:  
 Rapidis resorpta est haustibus terra Stygis  
 Ignota iam sibi ipsa, quæ fuerit prius:  
 Quæ nunc nec est, nec esse quo possit, uidet.  
 Heu genus nefandum. Beluæ, armenti greges,  
 Obscœna terra viscera, & vetus Chaos,  
 Deum sequuntur, ille qua iussit semel:  
 Tu non sequeris? criminis precium petis?  
 Laudisque non ferenda iam præconia?  
 Meritus nefandi supplicij genere ultimo  
 Alia uia, quam morte, qui morte occubet.  
 Sic scelere tu te vincis, ut vincat scelus,  
 Maculans serenum nocte ferali diem.  
 Is es, cruore, pauperumque viscere  
 Pio calenteis dire qui iactas opes?  
 Opes beati ruris, ac ferax decus  
 Nemoris virentis, lucidique vber soli,  
 Et Regna flauæ Cereris, & florem Dei,  
 Cui tenera turba Mimallonum strepit rubra,  
 At tetra facinora, quorum ope hic regnas, lues.  
 Degenere fraudant vomerem fructu sata:  
 Frustraque irita aratra: seu sterile vagus  
 Salsos acerba luce mordebit dies:*

*Cum mane puro pingit, ac rutilat Polus.  
 Seu cum rubenti Phœbus occasus manu  
 Iniqua demit bobus adiunctis iuga.  
 Quoties regenteis eximens annus niues:  
 Latas aprico reddidit luces Iouis?  
 Et nulla sulcos ambit operosos Ceres.  
 Molles ut importunus Apriles rigor  
 Deurrit: ut hyemis horrido satellite  
 Vieta spolia plectuntur Autumnis senis.  
 Languet soluti suda temperies Poli:  
 Siquando torpidum hispidis flabris gelu  
 Blandus resoluit aduena tepor pede.  
 Morsuque Boreæ strictus infami liber  
 Iustis iniquo penso ut impositas agris  
 Abiurat operas: spemque mentitur seges.  
 Cur Vesper agro languidos euocat boues?  
 Pando refectos mane cur reddit iugo?  
 Vastata suetis arua functionibus  
 Strigosa squallent, sentaque informi situ.  
 Nec gnauus auget fertiles glebas labor.  
 Quod si suprema fata nos Mundi manent:  
 Et ista nostrum monstra conuincunt scelus:  
 In ultime venimus ætatis gradus:  
 Quæ nos metallo decolauerit malo.  
 Vale nefanda uita: dum mihi integrum,  
 Non præueniri, præuenire qui volo.  
 Nempe mihi nomen diuitis: quem tam premis  
 Horrens egestas: undique ut petenda sine  
 Aliena spolia: ah uita ducenda est in hoc?  
 At non ita arborem, arborisue germina  
 Natura destituta fugit: ut foris  
 Vitæ ad paranda dona conquirant opes.*

*Aut cum superbus floridum cornu exeresit  
 Vernante rore Taurus, aut Aquarius  
 Serum refuso Cymbio infestat polum.  
 Aspice volantium pluuium, ac pictum genus:  
 Aspice feras, mutumque Neptuni gregem:  
 Quam libere agitent: quamque nil petant tui.  
 Illis perennis limpida fontis liquor  
 Seruire iussus, vuidas illis specus  
 Natura mater excanauit: ut foret  
 Vbi se leuarent languidis laboribus.  
 Illis videntes herbida ripe tori  
 Terræ parentis emulam gemmis cutim  
 Strauere: siue solis æstiu fugam  
 Parare, tepido siue apricari solo.  
 At me furem, atque opibus inbiantem impiis,  
 Seruumque nugis concaenatum meris  
 Torquet tyranna cura: nec linquet prius,  
 Quam male ominata barbari in cali loca,  
 Aut spurca scorti sceptrâ mutet: aut sacram  
 Pallentis auri cæca transformet fanem.  
 Vt innotatum murmure hiberno salum  
 Feris frequentes fremitibus plangunt Noti:  
 Sic impeditas mentis ancipiti bono  
 Euenta misere male habitas dotes necant.  
 Abi in repostos ultimi Poli sinus:  
 Inhospitalis Tesqua sola Caucafi:  
 Subter dolosi tremula Neptuni vada:  
 Incommodis ut cæteris careas: sequi  
 Instabit hæc: miserumque tondebit secur.  
 Turbans serena mentis altæ munera.  
 Ac velut arator fumida victor face  
 Aut sedulam, atque operibus intentam sacris:*

Aut

*Aut ante fucos castra metantem ducem,  
 Parcæ beati vindicem afflixi faui.  
 It stridor acri gente commota grauis,  
 Raucumque amaris murmur obscurum ignibus.  
 Atque audet aliquis inde mirari: quid est,  
 Quod nascituros dura luget Thracia:  
 Quod luce cassos ebriis beat choris?  
 Surgamus omnes umbra, & umbra somnia.  
 Surgamus: ut nos nosse nos, tempus monet.*

IVL.







## IVLII CÆSARIS SCA-

LIGERI

## TERETISMATA.

Satyra.

**A** melius fuerat non scribere: namq; tacere  
Tuiū semper erit. Presertim ut secula nostra  
Et pura, & vacua, a vitiiis nil tale merentur.  
Incipe qua lubeat: vel nunc a milite: cuius

Moribus, & vita licet impune omnia dire  
Vt faciat, meditari: & patrare immeditatum:  
Abiurare vltro commissum, ac depositum: rem  
Soluere vel pugnā, etiā vel soluere pugnis.  
Nil horum est. Fame nil possis detrabere eius.  
Sobrius, & donans, & amica fronte benignus.  
Ipse sua stipe contentus, nil queritat exira.

Aspice, mercator raptos a faenore numos  
Dissipat in viduas, & disperitur egenis.  
Sacrifici incesti non sunt: non vota, precesque  
Venales, Gratis, gratis suscepta dabuntur.  
Non contemplantur foetam vigil, anxius arcam,  
Qui scortum ille et, satyra stomachante, sacerdos.  
Nec lauat assidui maleolentia menstrua mensis.

Desita nunc, olim facta. At dilatio nulla  
Queque diem diffindat: ut immortalia fiant  
Iudicia: & ius consilio mendicet inani.  
Cedit caussa, ne ex illa viduus cadat, ingens

Satyr-

Saturnalitis duplicatus ventre patronus.  
Nec rem pupilla Nacca in sua commoda vertit.  
Cumque virum dabit: ergo paciscitur Amnestiam.  
Ire die, tuto ire licet vel nocte Tolosa.  
Nil sacrum metuas, nil sicam: nilve cloacam.  
Non vendit natam monacho turpissima mater:  
Vt lingat digitos iugulatis ebria curis.  
Committas cuius, confectum est, sterte vel annum  
Dispensator adest: rogat vltro te, ut rationes  
Vt se absente putes, de summa nil tibi deerit.  
Deq; suo potius demenso substrabet ipse.  
Quam cumulum faciat meliorem drachma peculi.  
Mentitur nemo, nisi qui incestum canit: atque  
Scribit adulteria, aut fraudes, aut proditiones.  
Non si dona diuis, que Agamemnone spreuit Achilles  
Magnanimus spondente: habeas falsum, tibi testem.  
Non prece, non pretio iudex corrumpitur. Aurum  
Purum exire, putumq; solet. Mera pustula cusi  
Argenti. Neurum tibi falsificabitur ere.  
Non gula: non strepero turris damnata frustillo.  
Obiurgat cælum, quod non descenderit vltro  
In iactum, stolidisve facit conuicia Diuis,  
Qui non in dubium deducunt sidera punctum.  
Nil nisi nunc solutum est, hominem spirare, Deumque  
Cætera fæda silent. Rediuiuo viuimus auro  
Vere nunc orbis tum rem, tum numen adeptus,  
Aurea cui reditu iam circumuoluitur etas.  
Sic fratrem frater vult dilexisse: vicissim  
Vt pius uxorem poscat, tradatque parenti,  
Nulla ferunt communem vltro, citroq; repulsam.  
Et tu vis satyram me scribere, & igneus urges?  
Adde, quod ex aliis quidnam aduertisse pudendum



*Filia vita verecunda taciturna quietis.  
Tarn prauo utilior mundo, atque optabilior, quam  
Vxorum tria, vel tria funera caussidicorum.*

## Poeta.

*Sunt quidam, qui me clamant non esse poetam  
Pignore deposito, faciunt conuicia, si quis  
Conterdat, plagas etiam minitarier ausint.  
Queis ego, sed potius de ira dependere cerium est.  
Quisna hostilem animum illorū mihi credat amicū?  
Est tamen. Et bene vi esse volunt, bene cū esse recusant.  
Nam quid enim miserabilis queat esse poeta?  
Quem interdum, ac saepe una dies tres syllaba torquet.  
Qui seipsum inclairat cauea pallentibus umbris,  
Templorum in turri veluti Sudorius alta,  
Ut curiam excudat tenui sermone monetam,  
Anxius, an placeat sartoribus atque coquinis.  
Quem ridet male nugacis schola auara Galeni.  
Vulturūque alij, rabies quos improba lingua  
Exercet creperi rauca ad subsellia belli.  
Ille tamen se versiculis vlciscitur airis.  
Tantum. Nam quid praterea quid versiculi illos  
Geryones moueant? quos nec fera fulmina terrent,  
Dentatūque umbris Minos, aut trux Rhadamanthus.  
Interea te dira fames, dira illuuias te  
Conficit, & paruis pedor cognatus adestis.  
Tu tamen in numeris, & vano carmine perstas:  
Vngues arrodas, calamo caput, & scabis aures.  
Terrā oculis mera blienna voras. Tua prādia sunt hec.  
Indicis somno exiliū: quo stertere possis  
Dum vigilas, stupidus satagis, statua aurea palles.  
Seu coctura situm attuleris siccissima longis:*

Stiria

*Stiria seu crepuit natis hiberna diebus.  
Praterea generis nescit quis crimina vestri?  
Quam male moratis animis, male conciliatis?  
Pessum ut eat culpa vestra respública, vestrum est.  
Cum ignaue (hac summa est) laudabilis oia Musa  
Ventricrepe, stridoris fons, mundi umbra cicada  
Nil prater Venerem, vel spurci murmurata Momi.  
Nam mihi religio obiscere est bona numina Bacchi.  
Queis sine quis vestrum andebit se inferre poetam?  
Ni prius aquatio Venusino dixerit, ohe?  
At puto sunt vobis in censum mollia fata.  
Turpe pedis nomen vestrum interfecit Homerum.  
Alcman ipse pedum morfu, non nomine obiuit.  
Quid minus est acino? ast acinus mors vestra, poeta, est.  
Huic testudo animam frustra fugientis ademit.  
Ille epulum est canibus. Plumbo ille intrusus inani:  
Pro tumulto instabili latitat sub fornice Nerei.  
Felix, si possunt maria eluere improbam Erinnym.  
Que nec salsa nimis tam salso visa Cratino.  
Zelotype hūc lacerant minima in discrimina Thressæ.  
Illum discipulus cantatum in tartara mittit.  
Hic sibi pro hoste manus violentas attulit. Ille  
Paupertatis agrum lippis deplorat ocellis.  
Tristis, & informi maledicens multa Sabino.  
At raris opibus donatus Virgilius se &  
Multis cum famulis nitido curabat amictu.  
Imo nihil prater patrium (vix hunc quoque) agellum  
Concessit, non donauit ferus ille Tyrannus.  
Nam mihi quos hortos, que tu conuiuia dices  
Aequiparare vnā tenuem Corydonis auenam?  
Solum mi obiscies meritum bona multa poetam,  
Oppianum, illa tulisse, & successisse paternis.*

f

Concedo. Verum tum vnus fuit Antoninus.

Ad nostros. Magnus nummo fuit auctior vno.

Actiuus aut muse genitor Iouianus amœna?

Obscœno moreris sed Politiane furore.

Esurit exily sorbens pulmenta Marotus.

Arui in cinerem insani lutum inane Doletii:

Atque mihi occentes, tibi magna iniuria facta est.

Cum te lingua canum clamet non esse poetam.

### Medicus.

Si tibi ridere est animus, vel si vacat, audi.

Magnanimo risu ingulctur cura vicissim.

Vt sapiens teneas fugitiua tempora vite.

Vnum atq; alterum eram spatium facturus in umbra.

Quem vacuum ignauo mulceret Sirius æstu.

Lentus more meo, & passu suspensus inerti.

Ecce tibi satura insanorum sanguine Irudo

Garrulitate leui nulli cessura cicade.

Quid fut ait, statur, video, sed inania vestra

Officia, vt mirum est, cognato in tempore mortis

Cessare: vt tacito dormit Libitina feretro.

Quid vos laruigenas, morbi, mortisque ministri

Carnifices diri facietis? si bona vestra

Pendent tota malis alienis. Augur in vrbe

Templa sacro lituo designat, venerit vnus

Vestrum, obseruatum de celo clamet: vt ille

Qui monachis primo de mane occurrerit aris.

Si miserum est nobis sic nobiscum esse: quid id sit,

Quod vos estis? ab impuris monstra impia fatis:

Non impune modo vos: sed mercede necames.

Nil nisi stercora, nil nisi dira cadauera olentes.

Et torques collo, & digitis gravis annulus errat:

Quos boia, & laquei potius summa e cruce larrant.

Esto.

Esto. Aliquid possis dare, quod te postulet vsus.

Quis vestrum studium? sapere, & sentire quod ex re est?

Pars asinis, ouibus, capris, porcisque relictis

Sacrificio sui habent tempus seruire biennij.

(Vt caluus vino pumex, vel sponsia, vel crux)

Sex septem verba vt discant sine lege profani.

Mox vt ad humanum se audent conferre macellum

Mula onus inuisum superis, Orcig<sub>3</sub> Tyrannis

Stercore atq; manum, & callos cernicis inaurant.

Callos, qui succo facti, corbig<sub>3</sub> ferendis

(Vt Caluus solitus oleis portare fimeum)

Pars vix prima elementa feri sub verbera lori

Gustarunt: propria exturbant de sede magistras,

Et se substituunt: sic gratia prima relata est.

Mox hostes natibus pucrorum, exinde crumenis

Aeruscatores indicunt bella minuta.

Hinc furcti paucis obolis, atq; ære misello

(Annulus illico prægrandis) talaribus imis

Ostendendu tegunt lacero vestigia calceo.

Magna superciliis, maioraq; vocibus audent.

Crede, & saluus eris. promissis ceria fides. nam

Cum te interficiet, morbo curaberis omni.

Sic ait, esuriensque aliquem vt spoliaret, abiit:

Et responsurum coruum delusit hiantem.

### Ego.

Quo me habeam patto, que sunt mihi cōmoda, quive

Angores, miserum felix me scribere cogis.

Qui patitur, nam bis patitur, narrare coactus.

Vita prius dicenda, dein fors. Quid mi animi esse

Dixeris: vt fera reptans in limine vite,

Atque domo veteri, atque nona procul auisus, exul

(Vix mihi, vix ipsi, neque enim fas credere, credo.)

*Aspicio in terra medio sedisse latrina?*  
*Hic ubi nil præter fœdissimæ fœnora ciuem*  
*Distendunt: ubi nil nisi lis spoliavit eundem?*  
*Hic ego qui fiam dives? donare coactus*  
*A Genio: qua in gente nefas donare putatur.*  
*Ni sibi doneatur ne a se sint dona profecta.*  
*Iccirco incunda mea venatio vitæ*  
*Non nihil abstulerat, quæ secum incommoda ferret,*  
*Abstulerat, verum morbus præuertit: ut illam*  
*Mutare (o fatum) lento rigidoque grabato*  
*Hic me, quæ nervos prædira, ac multa cicatrix*  
*Lasit: habetque negatque remittere. Non mihi calum*  
*Profuit appellare: nec abstinuisse nocente*  
*Sape cibo, & puris contento vivere lymphis.*  
*Ecce calor nocuit, frigus quoque. Libsque, Notusque*  
*Et Boreas: sudusque, & Iupiter humidus imbri.*  
*Tum requiesque, laborque, & præscripti conatus.*  
*Quid non? omnia, quingenti sunt plus minus, illos*  
*Oro roges: tali nostra dicent ope morbo*  
*Exemptos, capere hinc incunde munera lucis.*  
*Credo ego, quod ab ano promisit mater Achili:*  
*Quod sapiens etiam Prodicus dedit Hercule a vi:*  
*Euenisse mihi, manifesta vi pernicie mi*  
*Gloriam emam: atque pari pensam virtute labores:*  
*Quæ causa est: ut sæpe rear mihi calitus illum*  
*Demissum ab Iunone fera. Nam sponte remittit,*  
*Atque abit: & redit interdum demum altero ab anno.*  
*Ergo nihil facio. Meles, & vipera, & vrsus*  
*Ridentur: fomenta silent, oleisque liquores.*  
*Interea libri. Hippocrates, fidusque Galenus*  
*Interpres, Plato, Aristoteles, Ciceroque, Maroque.*  
*Nam reliquis (dicam?) quasi sunt bellaria mensis.*

*A meip-*

*A meipsoque nouum suffuror Casare Casar.*  
*Neve alium mihi propterea bonus obice vultum.*  
*Vox eadem. Non idem animus, sed maior & exlex.*  
*Inter pauperiem stat castigata supellex*  
*Cassitero splendens vili, argenteoque minuto.*  
*Inter Fabritium, & dicentem in Apolline cano.*  
*Auertunt hiemes aulea victa furentes*  
*Cum lucente foco, lignis qui seruit inemptis,*  
*Lintea iurabis nunc, nunc a fonte referri.*  
*Parca gula, & quam Burdigale deridet alumnus*  
*Ridendus. Famulis longe victus est cilsantium.*  
*Sic per transennam Bacchus me suspicit, ille*  
*Decolor in fatuis Acheloi desipit vluis,*  
*Carne satur pauca: piscina amidissimus: oia*  
*Odi, tanquam epulas monachorum tartarorum,*  
*Ne ostendet clunes priuis gallina coquinis,*  
*Ficatumque iecur seruitoris Capitolii*  
*Nocte silens nigra stertit cum caetera iurba.*  
*Porta p...et, cunctos admittens. Hic mihi guttur*  
*Ostentat mihi, quod depasta est indica pestis,*  
*Rancidulum erosus raucus de nave locutus.*  
*Gaiaco si vota facit: sic lignea nata*  
*Sæcula: nam fuerant de duro haud vltima ferro.*  
*Ather inexplere clamat tormenta podagra*  
*Ridiculus. Tibi opem vis ferre? mi inuulis esse?*  
*Conualuit tamen: atque artem subsannat inertem*  
*Autori. Accedit vidua, aut pupillus egeni*  
*A rure, atque colu. Vitium caussata crumena*  
*Narrat anus: nostros non ausam tangere postes.*  
*Impense veritam, ne non intraret amice.*  
*Vi, cui fons gelido prabet de nomine nomen*  
*Diluuium fundis, nummorum rauca Celens:*

Huic ego non solum trepidos non aufero nummos.  
Quin vltro exhibeoque libens, & pharmaca soluo.

Hospitibus faueo: recto foueo peregrinos,  
Et veste, & siquid reliqui fors improba fecit.

Templa odi. Neq; enim templi spurcissima quicquam  
Iam retinent. Adeam, cum prostibularia non sint.  
Desierit Romæ cum mercatura Simonis.

Interea meditor, cerebrique sigilla resigno.  
Audeoque & calum metiri, & tollere metas,  
V' elificans quoniam Lusitano insanior. At tunc  
Supplicia innumero, numeroque, & mole parantur.

Primum vicina e casula mereiricula quantum  
Pota quiritatur? dein carri, iehensa boatrix,  
Lignipedesque opera, fossor, marra, atque ligones.  
Mormolyca, larua tempestatumque tribani,  
Et que tartareo conflata e semine ditis  
Torna minas abigit trepidi campana tonantis,  
Non pellunt surdum scabioso e pectore Phœbum.  
Magnificis igitur pressis in puluere chartis  
Execror externanda fera conuicia vite.

Villa, nemus, riuus, præpingui pictus oliua  
Hortus, & in sero Phœbi Garumna recessu  
Inuitant. libri aut pro libris liba cerebri.  
Cumque volutari nostras tam rideo nugas:  
Et mihi sum, plaususq; actioq;, & scena, theatrumque,  
Et quicquid misero fama luclamur amore.  
Cætera contemno, spernoque, & abominor. V' rit  
Sola animum inuictum rediuiua fama corona.

Ambitio infelix, & habendi insana cupido,  
Queque truces olim furiare est. ausu Typhones,  
Inuidia atra, pedem in nostras nunquam intulit ades.  
Nec curo, quod non fabellis inserar. aut me

Rauca

Rauca crepet tonstrina, senacula scemillarum.  
Nec quod me Iouis patriis non pingat in armis.  
Nec quod me in censu numerat Cacus eratorum.  
Nilque a Scaligero nebulo discernit Arassum.  
Qui dat pro capite exactori bina minuta.

Brenni progenies: & si non illius essem  
Ille meo poterat deduci sanguine. Quid ni?  
Cuius uterque parens diuino e stemmate: cuius  
Tot tantis atavi regionibus imperitarunt.  
Brenni progenies Brenni in prædiuite regno,  
Quod precor augusti crescat sub nomine Regis,  
Pro capite, hoc, quod Musarum sacrauiimus aris.  
Gallica que raris celebrarent facta triumphis,  
Pro capite hoc, quod Mauros deuouimus aris,  
Quod pro Francigenis tot passum est vulnera regnis:  
Annua pro capite hoc, hoc, veltigalia soluo.

## Conuiuia.

Quod nomen, quodq; officium sacrum fuit olim,  
Principibus sociumque, & regibus & Polemarcbis  
Admiror modice: sic, quomodo cætera. Namque  
Execratori propior fastidio ineptos.  
Alterum ab inferis reor exiluisse barathris  
Sive artem, siue officium, seu perniciem: que  
Alligat ad mensam sine compedibus Parasitos.  
Iuppiter: ut ne hoc, quod de me sit merda futurum,  
Me totum ut vendam: aliterus vitamque cadauer?  
At satis hoc olim excussit facundus Aquinas.

Nunc mediū hæc inter, prisicque, illudq; Epicharmi,  
In quo pene etiam meipsum fors ara fefellit,  
Expediam. Nam quis nomen tenerim conuiue  
Contemnait propius nequeat, nisi vixerit idem.

f 4

Ad cenam ergo vocor. non illuc ire vocato  
 Relligio. accedas. paruo pro crimine tetrum  
 Supplicium. & peius dryina sitiente tremendum.

Principio rebus reliquis est omnibus ante  
 Vertendum. ne prætere at fecorditer hora  
 Condieta. Ergo fori vacuus teris auia seri  
 Limina. si nemo te rideat. vreris vltro:  
 Si quod in antiqua vi libertatis acetum est.  
 Dic: quoties dixit: quota? quanta est? quam aue? nondū.  
 Haud longe tamen huc properandum, ne mora fiam.  
 Hinc moueo. Interea Sterimus obuius. Hei  
 Cardiaci succurre rogo. Cras visero. sed nunc,  
 Est mihi cras. forsan cras non erit. ut mihi viscus  
 Subsilii: & vitam subducturum esse minatur.  
 Non queo adesse. abeo ad cenam. canaueris at mox.  
 Interea fer opem moriuro. disperem si  
 Ignoscet Mīdas fallenti. Quare abeo. Quid  
 Ergo tu humanum medicum es te sepe professus?

Sic garrir. blaterantem ego negligo. Cenam  
 Cenā, & herū præ oculis. Nil præte rea. aduenio illuc.  
 Nemo dum. Horologus sepe ut mentitur ineptus.  
 Non caret hoc etiam culpa. Non sedulus illis  
 Dicar: sed metuens ne me præuenerit offa.  
 Tum spatia hic faciēda mihi vel ad vsque trecenta  
 Nī sunt plura. puer ridet uaser, atque screanti  
 Illudat, pigri reliqui: tu prouidus vnus.

Postridie ne quid tale accidat: vsque sub imam  
 Horam expectandum curo. Fors cætera turba  
 Discubuit. Iure hoc iubeor stans sumere pernam  
 Jam erosam: aut turpi discedere murmure onustus.  
 Fac me aliquādo venire in tempore: quid tibi dicam?  
 Quid sileam? cubito ut premeris, vel crure, vel ala,

Que

Que te etiam nunquam attactum sudare coegit:  
 Aut ala Altini, aut pes Carni, aut nasus Anapi.

Omnia commemoras dira. at dic commoda sodes.  
 Dicam. me fateor iam tum sine fine beatum,  
 Iam primum supra se cum me ponit: & vltro  
 Dat primo calicem, postquam potauerit, illas  
 Cali reliquias? Non sunt hæ sanguine emenda?  
 Apponit clunes. te ipsum inuitato editoque.  
 Non ego te inuitem. Tu his es dominusque mihi que.  
 Nonne putes digito speratum attingere calum?  
 Non tu rex tunc es regni sine sanguine, inempti?

Quis nam hæ despiciat, nisi nauticus, aut olitor? qui  
 Nectareis positis non audent hiscere quadris?  
 Nam mensa arguitur plus rusticus, atque epulis, quam  
 Dicere si iubeas Ciceronis vocibus horam,  
 Quod nulli euenisse putant, qui mira loquuntur.

Hæc olim mecum, & nunc cum considero, sane  
 Illico lubricus, & facilis assentior. Ergo  
 Ad cœnam. venio impransus, saltem male pransus:  
 Quem instant multa negotia: vinea, liberi, amici,  
 Aegroti, lites: vitam hæ subducere possunt,  
 Nedum horas, facere insanum e stolido Peribonem.  
 Accedo: intestina crepant. crudum modo ructat.  
 Non aderit structor sextam nisi dixerit. Et mos  
 Est aule ad decimā, aut vltra ad mediā vsq. cubandū,  
 Non discumbendum. proprios plebs rustica mores  
 Pellicula in propria teneat, vel vapulet ergo.

Assedit. simul hic aliis sedimus. ah ah  
 Is, quem scis lauti nomen captare, palumbum  
 Integrum ubi posuit, non coctum clamat: & esse  
 Esse reponendum. Miser ille effertur inanis  
 Inde sine exequiis in condum: ut crastinus extet.

Quem tostum apposuit sed non semel. Interea si  
Cultrillo Veneto macra hic gallina secatur,  
Vult pinguem dici, ac teneram, raroque sapore.  
Cum centum pullos excluseri. Est eadem vox  
Alpheno: & dignam clamabum pontifice. illi  
Quod non iam missa est: gallina iniuria facta est.

Iam memini temetum astu, caldumque, & aescens.  
Mutito. ostendis te nescire hanc generosi  
Materiam vini, solius potare salictum.

Tum mihi quod famulo donassem forte domi, vel  
Forte etiam catulo, forte abiiecissim & in ignem,  
Oblato tanquam precioso pignore honorat.

Ergo fame satur, aut paruo, prauove cibo, sic  
Mando oculis epulas, & dentes dentibus. ultro  
Vltro herens scopulis, & naufragus, & fugitiuus  
Ipse mei. iubeor demenso pondere vesci.

Nam quis nam apposito consumpto pane priore  
Tantundem poscat? buccella caseus heret.

Heret non implet dentis vestigia primi.

Quod nec iam saturam muscam saturare valeret.

Obseruare etiam, quantum hauseris, & quoties. tum

Dispensatori & puero iam garrir in aurem:

Ne tu de primo dederis. Miscere priusquam

E cella egrediare, memento, atque indere lymph. u.

Tum mihi, sobrius es, nec tu conuiuia curas

Inque scholis, inque officii castrensibus altus,

Philosophus, medicusque, Itulusque, & nobilis. Eheu

Tot mihi tot tituli atq, fame, atque siti hoc die emēdi?

Dispereream, nisi iam lurdam, laganique catinum,

Et pullum in medio porri, cepeque sepultum

Cum Bruco intingente manum feedamque, nigramque

Aut obsterrice a curis veniente cruentis

Discipio, & ratio est ratione valentior omni.

Esse meum mihi me, & vulgum damnare profanum.

Qui liber quando esse queat, seruire laborat.

Mortis imagine emat gratis quod vendere debet.

Pater.

Pauca tibi narrare volo, qua dicere quondam

Mi solius lucundus homo integer, acer, amussis

Fermentato iudicio, ingenioque subactio.

Quem velles vidisse adeo, atque audisse loquentem.

Euclides, & Vitruuius cui cedere possant.

Nam geminos posuit pinguis tibi Sequana pontes.

Impleuitque alias immensis molibus vrbes.

Hunc mihi Phenicem, linguaque & moribus, autor

Vita utriusque pater dederat consultus alendum.

Stultitia est parvis natus, sed prodita quantum?

Et tamen ipse videri vult sapientia nati.

Quid non ille miser pro illo dicere, facitve?

Indicit bellum Eois, Solique cadenti

Remisque ac velis furis fugientibus instat.

Querit opes, ubi mors laqueos subtendit apertos.

Non cali, non Neptuni viresve minere

Sufficiant. Non absistit ter naufragus undis.

Aurum inbiat fossa vasto telluris hiatus

Sape ubi non tegitur felix operosius, atque

Aegypti reges sub Pyramidum structuris.

Nam quid enim euenisse potest felicius illi,

Quam facere ex auro thecam? quid? qua desodere auri

Matricem, & condire illo sibi aromate corpus?

Quid tibi de furtis: terraque marique, rapinis:

Fænoribus dicam? periuria nectar in ore est.

Aspice quam vacuum vestit speciosa lacunar

Bractea: quam nitidaque stria, puraque columna.



*Vna in tam vastis, una est sententia rebus.  
 Plus habeam, quo plus vellem. Quid præterea? nil.  
 Hac hominum domina est, hac est regina Deorum.  
 Sola placet: solam prece mica thuris adorant.  
 Quid tibi vis? sat habes. tot vectigalia, turbam  
 Seruorum multo cum stipatore clientem.  
 Dicam, solus ego dominus modo. sic satur esto.  
 At me natorum septem scis esse parentem.  
 Quid faciam? ergo mihi sit septuplicanda supellex?  
 Es dei celi animi, nec sedes conuenit alta.  
 Si nihil es, nihil esse velis, ego perpetuabo.  
 Sic faciam: & plus, si potero. Fortuna fauebit.  
 Hoc ius: hac lex sola: Quod utile, ut hoc sit honestum.  
 Te miseris cum Philosophis plorare iubebo.*

### Orium.

*Libertina prius Romana incommoda laurus  
 V atibus excipit. Tali instigatus odore.  
 (Nanq, hoc est satyris vitium satis omnibus vnum.  
 Ut præscriptum aliis describam carmine carmen.  
 Atque nouas veteri tumefactent carmine buccas)  
 Fusiis explicuit dilatans acer Aquinas:  
 Sarracum, & carrum, atque integra rupe columnas.  
 Hoc tamen est leue, nec præterquam errantibus, atq;  
 Dum versus faciunt lymphata vagantibus, acre  
 Ac durum tolerare. Domi quis nanque sedere  
 Te vetas, atque alta turbam videre fenestra?  
 Siue sues ditaturi sunt pingue macellum:  
 Siue boues fugere canes, aubiamve securim:  
 Seu fur se dedit inque pedes, inque auia turba  
 Sublecto, ut Molinus, panno, sectave crumena.  
 Me sine facta queri Fortuna: qua pia mater*

*Sacrile-*

*Sacrilego, productori: insidiosa nouerca,  
 Siquis in humanis disquirat præmia cali.  
 Huic virgas. virga, ludus, si terga fatigant.  
 At si suggeriur virga, ut sint pabula flammis  
 Fortunamq, fidem, atq, hominum ingenia inde reconfese.  
 Ad turbam venio. Quis me felicitior alter?  
 Cui, quæ alij discurrentes per strata, per urbem,  
 Inueniunt, durum meditantis, aut molle cubanti  
 Se vltro dant. Nostram tota urbs est ante fenestram.  
 Principio porta est, Bacchi quæ ducit in agros.  
 In quos incipiunt a lucibus Orionis  
 Ire putatum. exercetur dein pastinum ad vsque  
 Quo hospes lucigena sit portitor Hellepontii.  
 Nunquam cessat opus, vocat ablaqueatio glubis.  
 Posthac illo pedamenta: hic inspiciat: hic æso  
 Vimina lenta legit: queis pendula stabra ligentur.  
 Nec finis, splendet reperiit tempore marra.  
 Luxuries stringenda, para fœmia, vix hac  
 Comportata, ferunt Deois trudit in æstum.  
 Area, plaustra, seges, defunctus commodum: ad alueos  
 Vina cient, sic idem annus se in seipse reuoluit:  
 Quæ consumpta puies, referens opera, atque labores.  
 Adde operas, operas, misero & suspiria vati:  
 Ante oculos cuius, & cuius plurimus aures  
 Vintor arnarius ligno, ferroque pedes it  
 Tanto cum strepitu, ut sim surda tonitrua, sed nec  
 Hoc contentus, habet vocem, qua lancinet Euros  
 Eurosque, Zephyrosque, & agentes nubila Caucas.  
 Pectora mi findunt tremulo clangore cachinni.  
 Indicium iugulat tum contemplantis inanis  
 Cantus, & obscænis vox prostibulara figuris.  
 Incipit hac scabies iubaris cum fronte, ubi seri*

*Appetit hora die: reficit pruribus aures.*

*Interea sperare licet fortasse quietem.*

*Quin longe peius. Mala merx vicinia pauper*

*Margonum, vesillonum: cauponibus adde*

*Nautas. Rixantur remes, sportusculus. Ille*

*Vinum adhibet fomenta animo. hic muriatica spirat,*

*Aut Mytota: Furi gladius, scalmusve reuulsus.*

*Adiungis farnos que duos, fontemque Ragæum.*

*Quos quot monstrat locos huic detestabilia orbi*

*Efficiunt passim parua, atque impura frequentes,*

*Qui velut enumerare velit, quot fenora, quotque*

*Insidias, imposturas fert machina Bruci.*

*Adde molas in pistrinis, quas versat aque vis*

*Aut octo, aut plures: Afinos, asinis peiores:*

*Adde & agasones, deuota heu pectora furis.*

*Adde fame informes, fecit quos sepe disertos*

*Lamentatores querimonia blanda Proseuchas.*

*Aut ex naufragio, aut postliminio redeuntes,*

*Quos Liguris tenuit nati Orco dira triremis.*

*Aut qui se pingunt mentiti fulminis igne.*

*Adde & Mæonides sibi quam exoptauit ineptus*

*Tartareo campanarum molimine vocem.*

*Que nunquam cessat primoris lucis ab ortu*

*Ad tenebras, mediis etiam irritata tenebris*

*Vix mihi dum cœpti disrupit munera somni.*

*Hoc alibi questu, nec dum profecimus hilum.*

*Hic repeo, qui se repetit, quin nec repetita*

*Irrequieta imo potius, tum perpetuata*

*Depromptas prohibet audire, & reddere voces.*

*Adde sacerdotum catulos: queis nequius vsquam*

*Nis est, nil erit: ut referunt sua semina planta.*

*Aut flent, aut choreas agitant, aut carmina cantant.*

*Mutuaque indormitis miscent conuicia rixis.*

*Et spurias ignobilibus stridoribus iras.*

*Adde obstetrices pistricibus, & lotrices,*

*Ambubaiarum clamores. sarda nouella,*

*Vinum, oleum, far, gossypium, scelerata sinapis,*

*Thus, resina, siser, vitrum, ientacula, sulfur:*

*Cruftula, Castomaza, tomacla, epitura, turunda,*

*Alec, quem patrem captiuam Bononia misit:*

*Et sale viniuoro mordax Thunnilla Brigantum.*

*Aut fatui, aut medici portentosa inuenta scelesti*

*Pestifera: unde queat nummis se explere vorago.*

*Omnia que & Phœbo ingenium furarier ausini.*

*Et mirare, bonum nequeo seu pangere versum,*

*Sine Stagiræo succendi afflatus amore?*

*Vnum, credo, meis accedit pestibus atris.*

*Solamen, mihi quod rauco clamore cuculli*

*Caupones furus animarum, ac cade nefanda*

*Inter se, fœda retraque libidine putres,*

*Laruae spinthurnices, mera cyrbala mundi*

*Rancida nescio qua media de nocte rudentes*

*Displodunt somnum. Hoc vno possim esse beatus.*

### Machla.

*Non tota es, velut illa in pyxide condita Lyde.*

*Iam bona pars suber, capitur quod pyxide nulla.*

*Semipede ostentans maiorem nocte diurnam.*

*Iam tomentum femur mentita famelicum, inane.*

*Nam barathrū, & barathro quod prominet, atq, propē-*

*Que pyxis, quisnam puteus, quenam camarina, (dei.*

*Que capere, aut calare queat camarina Mephitin?*

*Sed bella es: sed consilio dielante pudica.*

*Que superes canibus, que relliquia es monachorum.*

Solus non tetigit, qui noluit, atque notauit,  
 Pro stibulum integrum, ab te quis sine bile rogari?  
 Quis mentis compos poterit sine bile rogare?

Sed bella es. N. a. f. u. s. Germani forma camini.

Informes oculi, Bacchi sed lumine fulsi.

Labra velut cruda mulsæ, scrofaque subantis.

Mentum, quo minor est Pindus, Parnasus, & Oeta.

Frons perficta diu, rugas sed tollere nescis,

Rugas, quas implet Veneti cerussa laboris.

Infelix sulcos sine fructu, seminis æquat.

An digitos uncos? an quod cheromantia clamat,

Nodosos referam? quo perfidius nihil extat.

At ubi sunt dentes, tibi quos natura creauit?

Sunt pharna sine equis, pendet tamen unus, & alter,

Tanquam templorum demissi ad lumina lychni.

Hinc rarus usus, siquid videre coegit:

Officiosa manus viduas tegit obuce fauces.

Est mos pro foribus lustralem opponere lympham

In templis: qua aiunt Diis portenta fugari.

Hanc tu quantum horres? quid abhorres tangere? nempè

Ille metus cruciat: ne gutta pharmana signent:

Purpura & in medio non sit tibi purpura tractu.

Et de peninora fias panthera leæna

Ostendens maculis stellati crimina vultus.

Adde, quod infarni spirat sacer hircus ab ala,

Qui possit centum Sophoclis saturare cothurnos.

Quodque meri bibulo scætet tibi anbelitus ore:

Et mentis facit amota deliria fari

Putida: qua trimampudeat clamare puellam.

Bis sex lustra tuos vicerunt ania soles,

Et ludis teneras inter Talarisca choreas:

Et cantas, quæ non nolit cantare Catilla

Vna

Vna tui consors, & fœdi conscia lecti.

Que si sit proba, tu proba sis: ego vanior auris,

Quas capiat dubie scætor pallidus aula.

### Extemporanea.

Legi de Fabio puero (mirabile dictu)

Romano: ut captus nunc est plebisque, patrurumque.

Nam propria hæc, cedes, posticula, sica, venena,

Venales anima. Si quid scis, præterea adde.

Ad puerum redeo. Is Fabius pullus Iouis, ipse

Scribere dum dicit at ternis; audire rogantes:

Respondere. Vtinam qui hæc scripsit Politianus,

Addiderit: flantem pariter sorbere suctum.

Felici ipse etiam scribens epigrammata libro

Adiunxit titulos: ætatis tempora parua.

Scripsit natus hoc vndenos, hoc plus minus annos.

Vnde venit crescens de tempore gloria, sicut

Magna seges paruo si turgida Gargara campo

Prouocet: aut Cumeræ Attilij terti horrea Bruci.

Dij rerum indigetes, quid agam miser? Ecce grauatus

Annorum serie curua, atque exercitus, vnum, aut

Alterum ab inuito deduco lumine versum.

Quæ Sangelasti si sint collata camœnis,

Aut quæ candidulus scribebat Dampetrus olim

(Quanquam, quod miserum est, olidi sub labe cuculli

Qui possit quemuis facere insanire poetam)

Argutos inter videar strepere anser olores.

Rem propius paulo quaeso Brassæcæ putemus.

Ecce ego, qui multo vixdum emergentia nixu

Extremo effata cariosus sine senectæ

Hic cum silenis teretismata prurio: multa

Sæpe pati fateor: morose inducere, dirum.

g

*Versibus aspendon factis indicere bellum.  
 Non tam sepe animum instabilis Guedria: non tam  
 Sepe leuis Gallus laxas, & srynata mutat,  
 Quam miseris nugas ego. Tolle hoc: pene quod instat.  
 Displicet hoc, placet hoc, acuit magis: hoc magis urget.  
 Quo sit, ut arroso cernantur viscera ventre.  
 Hoc vitium: verum natum hoc ex ambitione  
 Exque metu proprio, ac censura posteritatis,  
 Addit saepe animam numeris: vitamque perennem  
 Promittit. T u a quid si quatuor, aut tribus horis  
 Choerilus increpiter musas, tibi ruperit aures?*

*Est aliquid, iucundum etiam est: ex tempore multa  
 Audire effutita. ubi vero deserit: tum  
 Non res laudatur: nec quam velles repetitum.  
 Sed Cassij ingenium hiberno torrentior amne,  
 Diceret hic melius si vellet. At hoc aliqua est laus  
 Sed me defraudat. Malim ergo odisse loquacem.  
 Cum mihi maluaticum possit, dat suggerere loram.*

*Hoc tamen, ut vitium sciet omnibus, omnia saculum  
 De. eriora sequens laudat, sibi prorsus iniquum:  
 Vult fluidum: fluidum similem sibi laudat Erasmius,  
 Barbara delumbi reuomentem verba susurro.  
 At Verum fame limam esse puto instrumentum.  
 Nam dubium fabricans non semper malleus idem  
 Instigit, qua opus est. Quocirca muccida vulgi.  
 Indicia hinc valeant acidi, plebisque fauores.*

### Vita.

*Hec summa est. euo ut dulci, letoque fruamur.  
 Hoc quidnam esse aliud, quam hic vita ponere metam:  
 Nullam aliam sperare? utrum malisne? viator  
 Semper in hospitio, dat quod prouincia, plenum*

*Puli-*

*Pulicibusque & cimicibus: quæ incommoda latro  
 Et pestis faciet leniora viderier: aut te  
 In patria nitidum, tersum, florentes, beatum  
 Inter amicitias, & noti pignora calis?*

*Hic quid agis: cuius non tandem pœniteat te?  
 Fac age te esse bonum: parce tne bono podagra illa,  
 Quæ affligit toties misero me dira grabato?  
 Vtique adeone mori miserum est? Nam siue malus sis,  
 Mortuus es iam: siue bonus: meliora manent te.  
 Seu metuis fieri nil: ut nunc Thusca cloaca.  
 Tunc tibi opus nihilo. Atque Deo hoc par esse videris,  
 In quem nil queat ille: nec attri fulminis auram,  
 Nec crustam, aut nodum scabiei immittere Hibera.*

*Quare etiam, atq; etiã mihi summa est religio ultra  
 Tendere velle dies. Nam quid ne dies bene nocti  
 Addidit, aut illi nox: quam lignum adde camino?*

*Hinc est ergo abeundum alti sub culmina Olympi:  
 Et scabiem infamis Baryeno linguere litis.  
 Et quæcunque ferox e Lemouicis saxetis  
 Turba fame exacta exaturatur sanguine nostro.  
 Lasus, quid facias? precium est patientia: lucrum  
 Perdere. Nam lacerat ridens gens impia, at instes:  
 Occidis: impingetque dicam tibi Stellio dirus,  
 Nanque lupus nunquam visus lacerasse lupinam.*

### Caluus.

*Barbara quis nescit larua conuicia Calui?  
 Ore venenatas spurco quas fuderit offas?  
 Quasque fori in medio buccas sufflauit inanes?  
 Vtique mero grauida tumefecerit orgia lingua.  
 Vinum est, quod gannit: remeto ignoscite ciues,  
 Nudauit quoties ostreosas murice sannas.  
 Denteque gingiua viduata sedilia putris.*

Gingiva, qualem fletet sibi Ploxemus esse.  
 Ipse sui similis. Quid enim damnatus illo?  
 Seipsam cui natura negat. Qua inuita animarum.  
 Tartareis e conciliis legisse caninam  
 Nouimus, & nauis notum, & cauponibus esse.  
 Cerbereis qua nobilium lairaiibus aures  
 Incstare queat. nihil illo latius, unum  
 Si modo de doctis valet offendisse ferox: quem  
 Adlatret: limisque oculis absorbeat. omnes  
 Reddidit insensos ciues: nisi salgama quorum  
 Emit: queis merdam & ieiunia olentia soluat.  
 Omnibus infestus, grauis, exniabilis, amens.  
 Tabifico ex Aconis collectam dente saluam  
 Inspuit & mendax fama depascitur artus.

Est oper. e precium fortis cognoscere vite  
 Falsa rudimenta: & que sacramenta futura  
 Dixerit auspiciis sibi militia: quibus umbram,  
 Et numerum aggressum est pecus hoc augere malorum.

Principio e filicis casa stat suffarcta manipulis  
 In verrucosa scopulis miseranda Cebenna,  
 Non facta e filice. e saxo est. Ibi nil, nisi saxum  
 Rasile. non rude. Nil ferri est in partibus illis.  
 Nam nec cardo mouet: cohinet nec pessulus antra:  
 Sed vimentortum de stipite castancarum.  
 Que misera ambrosia est illis, & nectar, & omnia.  
 Haud facta e filice est igitur, sed recta casella.  
 Centum lata, puta, dignos, & longa ducentos  
 Lucentum solis radiorum, atque hospita luna.  
 Hoc pia pro domino? non. est conducta, sed ille hinc  
 Hoc conductor habet: qui ligno, atque igne careret.  
 Ramisque ad solem, & lentis lunaribus vstis  
 Infamemque famem pyrroso pane leuaret.

Hæc

Hæc ad templa trucidata ad palatia Erinnyis  
 Vorticæ de piceo rediens phlegeronis auari  
 Appulit unctæ anima, atque sibi membra induit illa,  
 Multa quibus meliora pus sunt pendula furcis.

Hoc tibi tum calum vagitus horruit illos.  
 Quos & luctifici bubonis credidit: & quos  
 Mugit Hydra, graues cum pertulit Herculis ignes.

Quinetiam egrediens miseram necat ista parentem  
 Vipera. Quo tamen hoc vite discrimine? quando  
 Vbera lactantis desiderat. Ergo ibi asellum,  
 Cuius ope, atque ministerio pater orba solebat.  
 Venum ad mercatum foliis ramilia ferre,  
 Anxius apponit manibus: pullumque decussi  
 Distrabit. Hic Cyrus, Brassace, hic Romulus ille est.

Qui regum sibi stirpe satos conferre recusat.  
 Non terra (nimum id) sed filius ille cloaca.  
 Sane hæc celestis diuina exordia lucis.

Namque alij genitum Saturnio lacte capelle  
 Eductum esse canunt: alij sue. Quo fit, ut aris  
 Aut mensis, non apponatur pecus ille suillum.

Sic ad bimatam: petitur sed panis adulto.  
 Sed pater esse negat sibi, & illi. sacrificio ergo  
 Inde popelluoro miseranti donat alendum,  
 Et vero fortasse patri iurare quis ausit?  
 His, que ad sacra ferunt pro votis pemmata, buccis  
 His creuit, huic ille fuit Zeno, atque Cleanthes.  
 Et qui dedecori voluit præferre cicutam.  
 Aetas iam melior, peiorque audacia: ludum  
 In triniis adit. Hic sæui dictata magistri  
 Subtrita gonista repetit plorantibus. Inde  
 Sincipui, issicias, semese frustra placenta  
 Exigit. Hæc ut furtiuo mutauerat are

g 3

Colligit, & sese tum, & sarcinulas: quibus actum  
 Spontino exilio (tibi & ve) mons Pessulus hircum  
 Excipis. Ergo ubi Pæoniæ sit servulus orbis  
 Doctorum scabies, actis porrigo bonorum  
 Pauca crumenilla, atque exilia viscera flacca,  
 Corrasæque pecuniolæ vestigial adedit.  
 Instunt curare leui conuivia plausu.  
 Quæ faciunt, in eumque quibus dant pilea honores.  
 Pileæ purpureis apices latura magistris.  
 Huc sportam, & corbem, & pisces, stucetaque ferre:  
 Et struere, & missas portare, atque accipere vltro  
 Plagas, ni radient bene tersa sedilia mappa.  
 At postquam mense fraudata sunt semel, atque  
 Sunt semel, atque iterum: furto & deprensus in ipso est:  
 Actuum inque pedes, inque auia se dedit: atque  
 Aggressus vitam est emere agrorum sibi morte.  
 Cunctatusque diu, noctem non amplius vnâ  
 Fit medicus. Medico in cense ut sese inferere ausit.  
 Imo magis. Nam qui strigilant placita arcta Galeni,  
 Aut Coi, illarum mora mendicabula vocum  
 Discipuli trepidi, statuae, stupideque, & hiantes  
 A quibus (hor) latum discedere non licet unguem  
 Somnia. At ipse sue est inuenior callidus artis,  
 Quippe cui nullus liber est. Tum si quis adesset  
 (Fac plus esse librorum illi, quam Euluius anno  
 Vxorum extulerit: cyathos quam siccet Aphydnu,  
 Quam vanis Ligures quatiunt rurnoribus aulas:  
 Quam spurios generent, & alant gens ficta cucullis:  
 Quam falsos cusit nummos Chelidonius) illis  
 Quid faciat? qui prima rudes elementa puellos  
 Sola docere queat: tum nullam præterea artem.  
 Ergo etiam accinctus mappa, & si sordidius quid,

Inuol-

Inuoluens noto sese nidore culinae,  
 Excoquit. immundis quæ indat clysteria culis.  
 Ut mirum non sit: sacco curuatus, omistus  
 Ipse sibi intra ades portat si sepe farinam.  
 De fariore, obolo & lardi frustilla licetur:  
 Quæ in manica, digitisque ferat per sepe duobus.  
 Atque caua gustet vinum venale manu. Ergo  
 Ebrius ut vomitu sedauit marmora caldo,  
 Delubri, laticum Diuis delibati honorem,  
 Sæpe quibus præculis semesis contudit aures.  
 Inde pigrum ad fluum potatum ubi duxit a sellum:  
 Coram oculis falsis, qui prætereunt que, sedent que.  
 Panificum naso monstratus, & obstetricum,  
 Ecce triumphali fert tale supercilium ore:  
 Cui currum clitella facit, sceptrumq; flagellum.  
 Fœnora sunt ludus. Sed non impostor inanis  
 Aricolis ut pullet imaginibus: nec abire  
 E templo, nisi durateis ferat oscula plantis,  
 Cercolos & fumosis affigat Aleis:  
 Rancidulasq; preces globulis mentis aceruis,  
 Expiet agrorum mortes lustralibus undis.

## Vulturii.

A te principium: tibi desinet. accipe vita  
 Carmina digna tua. Hæc si nil valuerit: nec illa.  
 Nam quis te ferat, & sania non scindat adunca  
 Et serui nomen blandum, & pastoris habentem  
 Carnificem esse hominum: pecudes deglubere te. Ergo  
 Corda glabella irerit de pascati, atque soloce.  
 Purpura, quæ hos humeros virgatis strigilibus ambit,  
 Sanguine tincta meo est: est Christi sanguine tinta.  
 Sed tunc pura fuit: fædo nunc tetrior hircus est.

*Nil mutas. lupus hac tegitur: pecus ante fonebat.*

*Aurum (esto) ex viduus, ex horridulis pupillis  
Corrasum, in templa est illatum. Hic candidus error.*

*Nempe aliquid templum est. vetuit iurare per illum,  
Qui sciuit non deberi. Deus, inquit, in illo est.*

*Aufers tu a templo, quod dones militibus: queis  
Ducas de gregibus iugulatis, dire, triumphum.*

*Cui dicam similem? monstro, qui regna, trifauci  
Personæ horrendum? non, non. N anque ille fidelis.*

*At tibi nulla fides hominive, Orcove, Deove,  
Vulturio potius. Nil viui. summa: Cad uer,*

*Quo diram ingluuiem sibi sanguine farciat hausto.  
Nec similis, nec dissimilis tibi fœmina. N anque*

*Es, non es, quod dico (scelus) quod dicere nolo.*

*Ad duo non poterit, nisi cui vicefima demum  
Bruma recurrerit. Iccirco cum pauca rogaret,  
Scaligeri non est admissus filius. At qui  
Ex patre raro, & mundi ipso generosus ab auo,  
Armis natus, & exacto bene iure peruus.*

*At potuit centum titulis Serapica beatus  
Pelegonus, legere ignarus, sed cætera doctus*

*Quæ secreta mouent picantes orgia mihi bras.*

*In quibus est ludus, quin laus miscere venena.*

*Ille a fascigero quondam subtractus a scello*

*Inde canum strigili, & palaæ stabularius: usque  
Est euectus eo, ut lecto caperetur herili.*

*Incestus Glanij, aut matulæ Glanialis adito.  
Cuncta feret, dabit ille annos, mysteria qui dat.*

*Tu quoque si non es de vesica illius offa:*

*Si pateris prius esse antistita, sis antistes.*

*Hæccine tu celo spectas sublimis ab alto,*

*Quem crepiu dicunt terrere infamia corda,*

*Fulminibusque tuis pretium est, oppe dere, regnum?  
At capui hoc tetrū est: bene habet sed cetera. monstrū hoc,  
Non monstrum: i ter se respondent omnia membra.*

*Huc huc sacrifice, & monachum tecum arripe sodes.*

*Pingues prouentus, & vectigalia magna*

*Annua cum decimis. Genua huc submittere fas est.*

*Est appellandus dominus. Frons recta, pianda est.*

*Siccine mendicis? Non tu Balatro mendicis:*

*Haud aliter, quam qui pro buccis ostia pulsat?*

*Et tenuem poscit trito de ponte monetam?*

*Perdite, quid differis? sum nobilis, inquit. ubi illa est*

*Aurea nobilitas: si poscis more Profeucha?*

*Hoc differis: quod sponte damus frustilla roganti.*

*At tu per leges violentas exigis aurum.*

*Soluendas decimas, vel rupto ramice clamant*

*Frugibus ex gregibus, porro, mentaque, & anetho,*

*Atque uua, atque operam sero soluentis oliua.*

*Nummum etiā plusquam decimas de uxoribus? est ius.*

*Donandas decimas clamo, & soluo ipse benignus.*

*Portandas decimas & clamo, & feruidus in isto*

*Pauperibus Christi. Cur ergo, pessime rerum,*

*Tesauri dispensator, promusque minister*

*Diues eras aliis, tibi pauper, & unicus uni,*

*Preuertens tibi cuncta, aliis nil ponere curas?*

*Ex hoc pars tua certa fuit, pars cætera cuius?*

*Non Christi? non membra pijs sunt eius egeni?*

*Vidi egomet stomachosus anum, cui vinea corbes*

*Tres uua tulerat, prapuros, nec bene plenos.*

*In collo positos, pendenda his portio: lata est.*

*Nil superest vectigali, decimæque soluta.*

*Sedula adit parochum: petitur buccella carina.*

*Aedes, inquit, habes. Venalis vinea victum*

Suppeditare potest. ab ab miserande popelle.  
 Non tibi erat dictum hoc: decimas ut solvere velles.  
 Sic nisi quo accipiens quantum sat, reddere posset.

At redimunt animum numeri virtutis auarum.  
 Que virtus, nil scire boni? nil velle doceri?  
 Se fecisse Deum? vitiorumque omnium aceruis  
 Omnibus immensum cumulum addere nequitiarum?

Ter media iussere patres confurgere nocte,  
 Ad templum, media ut ludentem nocte viderent?  
 Vnde tibi nummidè nonne hos e sanguine Christi?  
 Luserunt vestem, tibi sanguis luditur. Ergo  
 Nunquam munifici in libris tibi mentio Christi  
 Sola hoc expressit nomen luforia charta.

Sic puncto nummos amissos obiicis illi.  
 Collusoris eum sic rem curare tonabis.  
 Alea tum inuito Christo dare puncta iubetur.

Crapula distentum ridendum te inde propinat  
 Seruo, cui vafro demens ieiunia cantat.  
 Ille inuit fœdus cum condo, cumque culina.  
 Tum claves, ac signa iubet plorare lagœna.

Queritur interea, quis vult conducere ternos  
 Anni proventus: emere at nisi malis, opimi  
 Iura sacerdotij sunt hæc. instruxe popellum  
 Negligere: exuias, præadamq; referre locati

Quero ego cur habeas solus: quæ mille hominum vix  
 Dilapidare queat. quero totius ut anni  
 Frugibus acceptis, vendas tot millibus istud  
 Nil facere: & noctes vigilare, & stertere lucas.  
 Lux odio est. Ergo hanc iugulas lodice, meroque.  
 Nox consanguinea est. placuit sic concolor atro.

Nunc venit in mentem: quoties madidusq; supinusq;  
 Haud intellecti semesta ad murmura libri.

Fabellas

Fabellas interponis. quod sit taciturna  
 Lingua vorat pensum orandi: mens obruta turpis  
 Venire lupa abducit spariatum ad inane cerebrum.  
 Tunc, cum vota Deo per te ipsum ais esse soluta,  
 Ut nil præterea tantis de versibus addas,  
 Illi sic fecisse satis te Battiale credis.

Interea crudum monet octava hora. Equit adum est.  
 Mulus adest, aut mula, asinum quæ gestet inerte:  
 Sic vetulam fertur portare ciconia matrem.  
 Cœnæ emptæ est. nihil est. phaleris sine, & orbibus aureis.

Cætera tantilli sunt ponderis, ac momenti.  
 Cum tu foetidum olens tetra centone lupanar,  
 Incestaque manu fatalia cristula tractans,  
 Quæ capitis vacui, ac male suadum vulgus adorat,  
 Aspectas spiritum polluta ad sacra ministrum,  
 Christus ait. struisti qui scissa sepulcra Prophetis  
 Væ vobis. testes eritis de crimine patrum.

At, tibi, qui patris caramitum astare canenti,  
 Quem tibi Taura tulit, non testis criminis hæres?  
 Atque utinam puro impulsu, pruritibus igneis  
 Effet natus, concubitu certo, atque parato,  
 Non vino, ac fœdo attractatu sollicitatus  
 Editus, & nomen gerit, & cognomen, & arma.

Forstian & votis fœcundi pondera ventris  
 Impetrata. Deum quicquid mortalia curas,  
 Si peruus facit esse meo de nomine patrem:  
 Auratum statuam ad fœcunda altaria puppum.

Inde amor extorquendi: animus sceleratus habendi  
 Nil dare pauperibus, non poni in crimine. Quippe  
 Esse domi heredem, summa est certissima cura.

Haud miror facere hæc: verum hæc tibi posse licere,  
 Per me, per populum, & bardæ deliria mundi.



*Qui mussat, rudis, & tibi onus graue poriat a sellus.*

**Medicus reguli, aut dominae.**

*Scire volo causam: cur vis me intendere morbo  
Vnde aliud nequeam, nisi mortem consequi acerbam.  
Nam per acerba veni vel post tricesima rerum  
Secula, si non est morienti saepe vocata.*

*Quam ut fugiat, perimit dirus gladiator amicum.  
Quicum saepe famem communi disfulit ossa.  
Quam mortem ut fugiat, ruit in mortem ille, inimicus  
Cui tergum premit: & saxo se deiecit alto:*

*Quid me igitur fiet, cum tu me incluseris aula?  
Diues eris, me igitur tu me incluseris arca.  
Quidnam Caesar agit? proventus computat. Ergo  
Diues erit. Mens, verba, animus, manus, omnia, nūmi.*

*Illi ob seruitium est herus, aut hera multa daturi.  
Iamque dedere. Atqui liber satis esse sibi olim  
Dixerat. Et nunc magniloquus se misit in Orcum?  
Mentio philosophi est ubi nulla, & nulla poeta.*

*Quorum distentis clamabat nomina buccis.  
Nec pudet? at pigeat saltem vel carceris attri.  
Sic nunc, cui vitæ minimum superesset, abiit.  
Vnde fugit sapiens? ubi se dolet esse moratum?*

*Non regem augustum, nec stemmata regia tango  
Nec proceres alios regni, regisque ministros,  
Si ille probat: quæ garrulitas aggranniet audax?  
Sed veneror clarosque equites, equitumque magistros.*

*Ille mihi designatur, cui fastus anhelat  
Intolerabilis: & præ uno se despicit omnes.*

*Ecce dies abiit: & torquet mihi viscera ventus  
Collectusque fame, & sordentis fece catini:  
Quin pransum imus? at at nimis es tu rusticus: Exi.*

Non-

*Nondum experrectus dominus, Tū' fercula prima  
Afferri tibi mendico, atque aliena sequentis?  
Sat tibi si domini, dominae ve ligueris ius.*

*Ecce tamen surgit de lecto, ad eunda, saluta.  
Nil tibi respondit? nihil, estne irata? quid egit?  
Contradixit, cum villas laudaret: & urbe  
Contempta denas hiemes in montibus egit.  
Consulere ista, meum est. Medico mihi nanque fideli  
Commendata valetudo. Sic nostra saluti  
Eius commoda post habeam. Nunc premia cernis.  
Vix tu verbum hodie diducto edixeris ore.*

*Quid tum igitur? taceam? ventus si forte labella  
Aut oculos matutinus, frigus ve momordit.  
Clamet: quidnam agis hic rerum? quid negligis ista  
Dicere, quæ videas offendere posse salutem?  
Ocuis hinc, vos huc mecum, hic est ludus, at alter  
Haud huic absimilis. Satis hæc, reclude palastram.  
Huc afferte pilas. Si rectius impulit, & tu  
Non attentus ad id, sero laudaueris: actum est.  
Ictibus in dubiis si iudicium tibi verum  
Sorte mala placent: Quid? tu, claresce magister,  
Ludum hunc cum vestris audes componere libris?  
Quisnam te huc luscum ad spectacula nostra vocauit?  
Oh si absim-peream. Vultu damnata minaci  
Libertas dabit exilium. Hoc apponere lucro est,  
Si tecum extrusa est non rupta cuticula. Nam fac  
Mitia, si possis, cuncta hæc, fac omnia lata.  
Ipsa pila ad nunc sequiturque, & vota secundas.  
Latus adit mensam. Irridet, si dixeris, Ausfer.  
Quid faceres, dicet, bona si tua, stultie, comessem,  
Cum tu nostra vore? num iussi tollere quadram?  
Si, ve taces, ridet. Conducit, an officii? inque.*

*Nē tū boletis inquam, nē credere fingis.  
 Quidne taces igitur? componit carmina vento  
 Percitus: aut laxa meditatur scrota crumena.  
 Ad remos, non ad coracas. Vbi surgit ab illis  
 Diuinis epulis, sepelit somno abditus horas.  
 Inde graui capite, & blennosis brachia neruis,  
 Potat inexplentis Baccho spumante, merendam.  
 Muliforem ad buxum, tum mista ad tympana demens  
 Audet inepturiens crudam saltare culinam.  
 Sudor adest, si cessandi ratio vlla ineatur,  
 Cæsaris arbutio, funosi premia rictus.  
 Rusticitas, senium vix absunt verbera verbis.*

*Quid referam? variis cum diuersoria mutat  
 Asturconibus, aut cisis sub sidere Capri  
 Nocte pigra, curiaque macerrima tergora mule,  
 Sollicitata tibi atque oblita meare toluim,  
 Succussant. Ructas maleolentis murmura vappa.  
 Et quo olim vatuum noras suspendere inepta  
 Carmina, dependet concreta stitua naso.  
 Tū longē hospitium: vel nullum saepe rogantis  
 (Fiet) responsum est. Maius nunc curo. Caminus  
 Vel nullus, vel nulla etiam tibi ligna receptio.  
 Interea Boreas memorem facit esse querelæ:  
 Et tibi lucentem transmittit tegula noctem.  
 Digno, qui astrologus tali ratione voceris.  
 Quod si de libris, librorum luerulis vae  
 Excutias aliquid, contra quam vulgus anhelat:  
 Felicem clames calonem, yura, triremem,  
 Præutque carnifici linguaque, manuque, reportes.*

Pæda-

## Pædagogus.

*Post modo, quæ ad mensam tibi sunt seruanda, docebo  
 Nunc quibus orator valeas, quibus esse poeta,  
 Edicam. Imprimis libros venerator Erasini.  
 Inde haurire potes lingua pigmenta renata.  
 Cætera turba nocens, mendica, leberide calua  
 Aridior, frustra sese decepit inertem.  
 Cum Cicerone suo ingenium, geniumque fatigans.  
 Suxu Longolius succum Ciceronis inanem.  
 Longoly succum Cicero. Tibi nomina Plautus  
 Dei, det verba. habeas, coluit quæ sancta vetustas.  
 An tibi quæ dederat populo delumbior atas  
 Bissenis credas tabulis præferre decorum?  
 Hic tibi plena tui præmordax protinus orij  
 Concoquat ambitio, ac fama vesana cupido.  
 Insanis scabies quæ vita secunda vocatur.  
 Atque ut cognoscas, quid apluda distet adorque  
 Ex illis sancta evolua miracula lingua.  
 Vt possis conferre, catax vter esse feratur.  
 Recludam crepera nunc tempestate Fauissas  
 Dum ad benedicendum tibi ego de grumo viam, tu  
 Cossim animum aduortas, ne hac euannetur ab aura.  
 Et fiat vatrax in iudicio hocce ferendo.  
 Expediam topper corgo decermina magna  
 Non excissata ex mendica differitate.  
 Qualia fiscellatores verborum hamiota  
 Tractu euerriculo sic conferruminat illa  
 Turba, nec apta sibi disque coloria inultum.  
 Quæ vernat sublesta cohors: nam turgere nescit.  
 Lingua petrones latia, potiusque truones.  
 Prox uallescit enim male caculantis in ore*

*Sacri: quod tudiat iam demagis, atque nihil. Tu  
 Momar eris, si his sis ambactus. Alebria verba  
 Sunt retinenda tibi, quæ corde interitus axo.  
 Ne tu Cracensis imiteris cruscula Todi.  
 Namque hæc, & tenuis, quæ nunc, oratio siremps.  
 An plus de strebulis placeat vespertina minutis  
 Quam contigna tibi, aut totum canare solocem?  
 Flocces, atque ex fir laudato Manus. At tu  
 Lausia, quæ aduciunt profumuria, proculinatque.  
 Vique allus potior, quam index, quam Condaliotes.  
 Spurina melior sic Nanius: & prior ille  
 Qui exiitit e terras, ut loqueretur fibra petenti.  
 Non est lingua opica hæc, nunc sicus Adasia, quæ sic  
 Craptescat, sed auille etiam stat muccus inanis  
 Ni velut in sacris cascis augenda nouella  
 Attegra vinum. Decus hoc sic andru, ut ad te  
 Si rapias ipsum. Nec carissima dolusque  
 File Bouinator iaciat, perdatque supinum.  
 Nam mendacia sunt persape auermina veris.  
 At tu bellutos istos sine fine caueto.  
 Semper ut Arcubia vigil, arusiator ad omnia  
 His antigerio purgabis stemma lingua.  
 His focolis nitidus de strigoso efficieris.  
 Dispernent, deflaccabuntque famem, illuuiemque.  
 His suffundatis tibi res super alta struetur.  
 His sic nos tonimus, reliqui sunt Bambaliones.  
 Sic tibi Dy dent, quicquid aues cinctute magister  
 Vi te intellexi, aut pariter tu forte teipsum.*

IVL.



# IVLII CÆSARIS SCA-

## LIGERI NOVA EPI-

### GRAMMATA.



# AD DIVAM CONSTAN-

## TIAM RANGONIAM.



*Ista suis olim rerum primordia caussis,  
 Quæq; gerunt caussa prima elemēta vices,  
 Quæq; per immēsu insinuās se spiritus orbē  
 Incerta certus omnia mole capit,*

*Detinere mei meliores nominis horas:*

*Atque atriuit iners fortia membra labor.*

*Ergo animo facilis tranquillum arrisisti Apollo:*

*Effactumque noua Musa refecit ope.*

*Atque altis quæ victa situ est odiosa senectus,*

*Blanda pio Phœbi numine capta venit.*

*Teque meum specto certum Rangonia sidus:*

*Seu tu sis Helice, seu Cynosura mihi.*

*Ip̄sa ingens, ego nil tua sed momenta sequutus*

*Parua a me hæc, de te magna futura puto.*

Ad umbras amatorum.

*Quæcunque inferna Veneris per inania regna,  
 Per Strygiam tacitis tractibus itis aquam,  
 Umbra: quæ leuibus tenebras perstringuis alis:*

Quas viridis placido myrtus opacat agro:  
 Crudeles utinam sole videatis amores,  
 Turbidaque in fletu carmina fusa rudi.  
 Hic mihi dum veteres aspirat Nœvia flammæ:  
 Oraque fatali melle venenat Amor.  
 Mox vestrum aucturus numerum moror omnia: nostri  
 Si modo ego hinc possum corporis umbra mori.

## Ad Lesbiam.

Cum primum ex ista facie mihi dura tetendit  
 Retia: digna fuit, digna perire Venus.  
 Digna fuit: Diuum sed si natura repugnat:  
 Nec iam adeo effuso mors volat atra gradu:  
 Tunc ego debueram semel expirasse: nec ultro  
 Heu toties fatis sic superesse meis.  
 Quales purpurea solvuntur luce pruina:  
 Qualis odorato cera sub igne cadit:  
 Vror. & indomita vexant præcordia flammæ:  
 Atque vaser lenta me face torret Amor.  
 Aspexi quoties diuinum frontis honorem,  
 Aureaque in blandis sidera luminibus:  
 Pectoribus toties hæserunt spicula nostris:  
 Mistaque cum gelido spes fuit aucta metu.  
 At tu per teneri iucundum lumen Amoris:  
 Hei mihi, qualem oculus spirat uterque tuus:  
 Lesbiam sidereum celi decus: unde Cupido  
 Deduxit rapidas in mea damna faces:  
 Heu heu perpetui tandem miserere doloris:  
 Hæc anima ut votis seruiat una tuis.

Quare se interfecturus, abstiterit.

Non, ita me Diu ament, & diis mihi millibus una

Les-

Lesbia, Diis magnis millibus una prior:  
 Huc ultro luctu capitis superauimus annis:  
 Et vita potui tædia ferre trucid.  
 Sed validas ausum natura soluere leges,  
 Et petere in nostros ultima dona rogos,  
 Risit: & obiectis mea Lesbia lucibus illis,  
 Quæ fraudant numero sidera magna suo:  
 Et vitæ, & mortis sedes ostendit: & inde  
 Dulce fuit nobis viuere: dulce mori.

## Solicitari Lesbiæ desiderio.

Qua præceptis Athesis rapido citius amne superbis:  
 Et iuga pacato barbara mutat agro:  
 Quam me sollicitat peregrina spiritus aure:  
 Quam sine te patria Lesbia sordet amor.  
 Quam stupeo: quantus cali me tractus iniqui,  
 Quantaque me profugo diuidit vnda mihi.  
 Me trans aerias Alpeis fuge, transq. sonantem  
 Nerea: stricta pigro qua stupet vnda gelu:  
 Huc, ubi perpetuo Phœbi damnatur ab æstu,  
 Atque hiat indigenis perdita terra notis:  
 Tecum adsum: tecum trahis in deserta sequacem:  
 Tecum sollicito per fora densa pede.  
 Tantum seuitiæ, & fraudis commenta dolose  
 Cum petis absentem Lesbia, nulla rapis.

• Accepto falso nuncio interitus mei e clade  
 Rauennati hausto veneno interiit.

Debebam tibi me pro noxa Lesbia: verum  
 Vita mea est grauior mortua morte tua.  
 Subtractam tibi te nobis hæc reddidit imago:  
 Fingere me nullum nulla tabella potest.

b 2

*Inmo hoc hœu nostri monumentum est funeris: at te  
Ars nisi sub nostro pectore nulla capit.*

*Ad Garumnam.*

*Vane, quid auspiciis lentibus Garumna superbis?  
Quod lauit aureolos flumine Aella pedes?  
Ab quam sollicitio quæres in gurgite fluctus:  
Quam miser in toto flumine nullus eris.  
Sive vstum te flammigeris afflabit ocellis:  
Sicut acutus animi frigore coget aquas.*

*Ad Alcinium riuium Patauinum.*

*Alcimi pater, hic tenui licet abditus ammi  
Grandia vix habeas nomina ferre Dei:  
Alcini tamen argutis placidissimus auris,  
Alcini Euganeæ rexque paterque plage:  
Quid graue, si salso tingam tua flumina fletu?  
Quoque fugis restitio sunt freta salsa vado.  
Hæc trahes lacrymas captiuæ pignora mentis  
Certa: quibus celeres auctior addis aquas.  
Qua tua Glaucilla pedibus leuis vnda superbit:  
Et calum suda luce serenat Amor.  
Nec timeas haustus questuram fontis amarus:  
Nam domina haud alio pascitur umbre mea.*

*Aellæ studium in venatione.*

*Sif. ito fuit, ut cursu meus ignis anhelat  
Truderet infestas corde micante feras:  
O siam viridis fruticoso vertice collis,  
Fultave commigeris lucida sylua comis.  
Qualis in abducta fertur Lilybeide terra  
Aetna leues vsta pascere fronte niues.  
Aut ego sub iaculo spectarer cornus acuto:*

*Aut*

*Aut premeret celerem copula fida canem.  
Sic misero mihi praeferatur neimus, atque cruenta  
Tesqua, & inhumano semita capta rubo.  
At tu, siue odio nostri subduceris: huc cor  
Redde quod in vestro pectore signata herum.  
Seu placidi gregis arcta premis vestigia: ne mi  
Capimus profugos praefert Aella pedes.  
Sive truces sequeris animoso pectore pastes:  
Aptior est votis te fera nulla tuis.*

*Præfert Pado Granam fluiuium  
Taurinorum.*

*Ille, vides, tenui qui stringitur ilueus ammi?  
Qua prae Genio sordida pinguet aqua:  
Clarior est mihi, vel Tybri, vel rege superbo,  
Quem non sollicita sequitur vnda Pado.  
Hic canit ignotas, nisi Diis, Telesilla camœnas:  
Et domat ignaui mistea lina vadis.  
Spernis an hæc lutulenta? magis mihi conulit hoc, quod  
Non redit a speculo facta superba suo.  
Aruit noctis moram.*

*O nox, perpetuo nox o mihi longior evo:  
Nox mihi stridenti surdior vna feto:  
Non pudet effetas producere longius horas:  
Et trahere ignaui non tua regna mora?  
Promissos mihi sub lucernæ ut frustreris amores:  
Optatoque tenax incubet hora die.  
Nil agis, & mediis si se mihi suggeret umbris:  
Afferet a frontis luce serena diem.*

*Fluxa Veneris præmia: poenâ  
diuturna.*

*Frigida cum tæcino meâ Circia rabuit igni:*

*Et soluit castos flamma inimica sinus:  
O quam rara fui, sed quam cito rapta voluptas.  
Quam cita de lenia nox mihi luce venit.  
Si peritura breui fuerant ea munera: quid me  
Perpetua aeterno fulmine flamma rapit?*

### Pastoralis lusus.

*Si mo crudelis custodia dura  
In saturos pastum craftina mittet agros:  
Huc, ubi in niveas aspectans concolor Alpeis  
Dura peregrinis lina retundis aquis,  
Descendam Talarisca: pecus curabit Hyella:  
Vel fiat rabido præda cruenta lupo.  
Attulit Euganea Corydon mihi nuper ab urbe,  
Quid que habet Origalis? omnia rara. veni.  
Quorum nunc etiam quedam tibi, vita tulissem.  
Aptius e cunctis, quod placet, ipsa leges.  
At vos, qui patrios Aquilones vritis agros:  
Siccaque pulvere astringitis arua fuga:  
Flaribus horrificis, aut scripto parcie trunco:  
Aut nostras vestro hinc ferre furore faces.  
Nocte deprehensus consulit sidera.  
Vna, que petiti, nos hac in nocte perimus:  
Tam misere auersos que tulit vna Deos.  
Quas ego non cali faculas, taci: osque Quirites  
Suspiciens, simplex vota precesque tuli?  
Sempiterni ignes, & opaca noctis ocelli,  
Arbitraque, & flammis conscia signa meis:  
Nequitquam ne in vos veteres mentiuntur amores  
Conniuens rutilo hac candida flamma polo?  
Aut monstrare viam: aut surdis si conqueror auris:  
Ignis hic innumeri sideris instar erit.*

Agno-

### Agnoscit iter amicæ ob serenum cælum.

*Hec via que nitido pressa Asturcone superbit:  
Que tenet intactas puluerulenta notas:  
In nostrum hac rapidos cælum transmittit amores:  
Agnosco domina signa beata meæ.  
Iam late indomite ponunt fera corda procella:  
Atque nouo lætus vberè lucet ager.  
Diffugiuntque cito palantia nubila plausu:  
Atque acies pluuji concidit æta Noti.  
Sis lenis Dea, sis misero Dea lenis amanti:  
Parcius atque oculis vtere diua tuis.  
Si soluis tempestates: si nubila differs:  
Quo stabit versa in nubila vita mihi?  
Præfert Adamantiam Auroræ, & Phœbo.  
Luce sua mea lux trepidos ubi soluerit ignes:  
Et caua conspicuum fugerit umbra caput.  
Ab ne optem mihi Diua tuos Maruta labores:  
Que vaga roriferis hora reducat equis.  
Quid mihi cū Phœbo huc? vestras ille excutit umbras:  
At mihi in hanc noctem fax suis vna venit.  
Contraria monstra in se inesse.  
Si qui sub aduersis diuisus destinat oris  
Monstra peregrino perdita mundus agro.  
Huc collata, suoque adeo contenta rigore,  
Sint tanquam nostris semina parua malis.  
Quisne unquam gelidis alsi ferus ignis in undis?  
Que concepta feris ignibus arsit aqua?  
At mihi non imbrem lacrymarum interficit æstus:  
Non lacrymarum æstus ictus ab imbre cædit.  
Quid mirum si me vestris affingere flammis,*

h 4

*Et glaciem propero velle referre nam?  
Isto oculo tacita exuris me glauca loquaci:  
At torpent stupido corda reuſa gelu.*

### Nocturnum ſuſpiciens cælum.

*Cætera, quæ veſtro fulgent vaga ſidera mundo,  
Extulit ex alio nox taciturna mari.  
At mihi iam miſero ſilet omni ſidere calum:  
Lumina dum Pholœ lucida ſomnus habet.  
Lucifer aurati pecoris cordate magiſter,  
Coge gregem: numerum non habet ille ſuum.*

### Ad Idmonem paſtorem.

*Idmon, cum tenui diducta eſt fiſcina iunco:  
Et ſpuit arguta prandia grata cani.  
Aſpiciam lacerum hoc morienti lumine ſeptum:  
Et neget inſeſto vellere fœtus ouem:  
Ni me de ſimili lucens crudelis imago  
Verberat: & medio lacte Bath, illa venit.  
Seu pictos video colles genitalibus auris:  
Seu gelidas rigida valle ſedere mœnes.  
Signant præcipiti cædentia flumina curſu:  
Lenis & aſtriſto murmure fluxus aquæ.  
Qua me verti oculis, oculos ferit: viduus illam  
Aeolus, & ſicco Iuppiter ore notat.  
Oſtendit viduus deſerto ſtipes in agro:  
Vernaque ſub reduci ſylua parata comæ.  
Quin tenuem in cœnam tepidū cum ſpumat abenum:  
Coſtaque ludenti palpitat igne cuius:  
Fingo illam in media flamma mihi: ſed tamen eheu  
Me miſerum, flamma quam procul illa mea eſt.*

*Dolet*

### Dolet, lætaturque amicæ abitu.

*Aſpexitque, abutque & ſpicula cæca relinquens  
Fraudauit votis brachia noſtra ſuis.  
Ab loquor infelix? ſolo ſi lumine vicit:  
Quid faceret toto corpore diua tibi?*

### Lucinæ comparat crepuſculum.

*Cernis, ut Heſperis flammarum Iuppiter auris  
Seros purpurea luce colorat agros?  
Oſtendit veſtri ſpeciem Lucina decoris:  
Aſſimilis, heu heu, ſi licet ille tibi.  
Pura ſerenatis poriendit lumina terris:  
Craſtinus ut nitido Phœbus obibit equo.  
At mihi vel medium ſrons ignibus iſta coruſcis  
Abiurat picca condita nube diem.*

### Cur tam æſtate, quàm hieme mihi male ſit.

*Daulus exigue gelida dum noctis in umbra  
Dulcibus attonitas queſtibus urget aues:  
Et dum præcipiti ſuperantur flumine ripæ:  
Informis que graui nix iacet alia gelu:  
Quid tamen aduerſis toties miſer alloquor auris,  
Voſque feros æſtus, voſque feras hiemeſ?  
Si ſunt, ut flamma laqueis torqueret acutis:  
Debuit accenſus frangere bruma faces.  
Frigida ſim lacryma Lachæſis me deſtinat atra:  
Anget inhumanas unde mihi æſtus aquas?  
Sic eſt: quæ cælum obnubet, cælumque ſerenat,  
Tantumdem ipſa & in hæc tempora iuris habet.*

### Ad conuallem Viueſiam.

*Aurea perpetuis ſpecuum concepta ruinis:  
Fida comes miſeris queſtibus una meis:  
Quod tantum huc dubia conceptas voce querelas*

Confero: quod seuo nomine pulsa sonas:  
 Hoc fit: nam præter te vnâ, loca deuia nostra  
 Nulla magis referunt ora superba Deæ.  
 Sic & ubi truncis respondes vocibus, illa  
 Reddit ab extremo verba retorta sono.  
 Tu tenerum vernis ut pingis floribus annum:  
 Sic florens roseo fundit ab eo iubar.  
 Verum anni interitum tristi cum funere montes  
 Lugent: & gelidas vda refundis aquas:  
 Vnum hoc dissimile est: duro nam marmore, duro  
 Aridior lacrymas reicit illa meas.

Nequid absenti humanitus accidat.

Aspiciam ne illo redeuntem e litore: qua tum  
 Vita e dimidio lumine cœpta mihi est?  
 At tu quolibet in dominam grassare furore:  
 Et telis penitus utere dira tuis.  
 Haud potes in totam: potior pars altera mecum est,  
 Vnam si queris perdere: perde duos.

Ab anicula maga effictam  
 dominam.

Quæ veterem cali genium, solesque fatigat:  
 Et grauis innumera luce superbit anus:  
 Sæpe sub accliu surgentis colle Sabini:  
 Sæpe sub insomni te mihi signat aqua.  
 Quæ piger ambigua trepidans Altimius vnda  
 Auctior it lacrymis in tua iura meis.  
 Verum ubi in amplexus, atque oscula dulcia demens,  
 Turbidus, ac demens corde micante ruo:  
 Inde rapi ingratis video mea gaudia ventis:  
 Fictaq; præcipites effugit umbra manus.

Heu

Heu potuere artes magica non amplius vlla  
 Fingere: non aliter tu quoque pressa fugis.  
 Calendis Maiis corollæ.  
 Aurea cum nitido tellus opulescit amictu:  
 Fœcundæ fœcunda sole grauescit humus:  
 Quid mea lux virides placido petis ore corollas:  
 Ritus ut a veteri conditus extat auo?  
 Hei mihi quantum atris nigrescunt pectora curis:  
 Nec cadit hic cali sub meæ corda decor.  
 At mihi si reducis tempestas nobilis anni.  
 Lata iubet lato tempora corde sequi:  
 Non est, quod rapidos æstus, hiemesque procaces  
 Posthabeas, hæc ut munera vere feras.  
 Seu ver, seu mihi bruma: ferat si bruma mihi te:  
 Fiet vel gelido ver mihi bruma die.

Dormientem excitauit Lollia.

Iam placidus curis somnus successerat atris  
 Blandus, & incauto pectore fufus erat.  
 Regna trahens victæ Veneris mea Lollia secum,  
 Constitit ad taciti conscia fulcra tori.  
 Et sensim admoris oculis, quibus imperat astris,  
 Exoluit gelidi dulcia vincla Dei.  
 Quid, somnum aufugere, est mirum? Sic sole recenti,  
 Sic matutinam, sic facit ille fugam.

Morior ne moriar.

Ceperunt quoties misera me tedia vita:  
 Statque mala vltirici tanta abolere manus:  
 Lenior ostendit placidos Amaranthis ocellos:  
 Corque timens trepidum vulnera dira fugit.  
 Tunc leuis amentem ancipiti spes occupat alas.



*Vtque mori nequeam, mors prior illa venit.*

Comparat se cum amica.

*Mellitos oculorum haustu, frontemque superbam,*

*Osculaq, insidiis invidiosa meis,*

*In prædam trahit: & morsu populatur acuto*

*Impia, quæ didicit perdere cuncta, dies.*

*Nec te in diuinas grassantem sæua papillas,*

*Atque in magnorum tot monumenta Deum,*

*Terrebat pudor: at Veneris nunc perdita regna:*

*Contemptus nullo vulnere nudus amor.*

*Me tamen in veteres idem furor obruit ignes:*

*Et memor antiqui muneris una fides.*

*Tempora te vincunt, spretum quæ vincis amorem:*

*At me, qui vinco tempora, vincit amor.*

Martiæ tetrica feueritas.

*Dum varij vernant Zephyro genitore colores:*

*Vmbraque subiectam lucida pingit aquam:*

*Atque anni facies, & veris nobilis ætas,*

*Sunt totidem cordi vulnera sæua meo?*

*Infelix miror, latique immunia celi*

*Quo dicam auerso pectora nostra Deo?*

*Ab gentes aliæ puro, populique fruuntur*

*Sole suo: & noster nubila solus amat.*

Aspectus Pholoës.

*In me auidum Pholoë quoties inflexit ocellum:*

*Nostraque sub lenta pascitur aura face:*

*Affixum me animus cura fugitiuus inans*

*Lusit: & ad domine se tulit ora sua.*

*Ignosco fugitiue tibi moribundus ab æstu:*

*Haud alio poterat fulmina ferre gelu.*

Cal. Ianuariis munuscula.

*Crastinus ut reducis fiet sol portitor anni:*

*O tibi perpetuos inchoet ille dies.*

*Ne calices mea lux, nec cymbia mitte, nec auri*

*Lucida compositis pondera picta notis.*

*Quid mihi cum Capida? mihi quid cum Mætorè? tu mi*

*Candida thesauris munera mitte iuis.*

*Basilolum mihi mitte, mihi lala mitte meum cor,*

*Et qui carnifici lumine risus hiat.*

*Intercepta times pereant? iunge oribus ora:*

*Vt lecta peragant tutius illa viam.*

De speculo Pholoës.

*Hoc nostri speculi speculum Venus, unde Cupido*

*Extinctas didicit rursum animare faces,*

*Non solum Pholoën, duro sed ab equore monstras*

*Flammea cum gelida pectora nostra Dea.*

*Ab quam dissimilis vno fortuna metallo*

*Ludit: & aduersis vititur vna modis.*

*Vt gelidam duro demonstrat ab equore Diuam:*

*Vt duram gelido monstrat ab orbe Deam:*

*Me gelidum duro, gelidoque sub equore signet:*

*Tamque ego sum durus, quam fuit illa mihi.*

*Augeri aut gelido potis est si flamma metallo:*

*Hæc facula afflatus indicet vna duos.*

Epitaph. Albij coloni agro

paterno.

*Quem segetes, quem vita Deos imitata priores,*

*Quem genuit larga fertilis annus ope:*

*Albius huc patrij post aurea fœdera sulci*

*Debita poscenti semina soluit humo.*

*Bis felix ager: & studiosum passus ararum:*

Atque iterum domini cum tegit ossa sui.

### De monili Adamantiæ.

Quid tibi sunt tereti baccata monilia collo?  
 Quid tegit ætherium pallida turba decus?  
 Captiua dominum ostentans sub imagine collum  
 In nostrum exerces regna superba caput.  
 Transfer ab his in me, transfer Adamantia regnis:  
 Conueniunt magis hæc vincula dura mihi.

### Ad Curas.

Cura, infelices Cura, que fortibus ausis  
 Findiuis innumero pectora nostra pede:  
 Ecquid, ubi assiduis exercita mortibus antra  
 Et datur occultos cordis adire sinus,  
 Cernitis æterna mentis sub luce latentem,  
 Que veram ostentat vnica forma Deam?  
 Isthinc vos decuit fugere execrabile vulgus,  
 Et sua iam domina linquere regna mea.

### Ad Alpes Noricas.

Que mihi præruptis rigida cervicibus Alpes  
 Reddiuis infestas ad bona nostra vias:  
 Qua nebulosa cauis fumat Germania campis.  
 Et concreta pigro frigore torpet humus:  
 Nam vos tam viridi vestitas vertice pinu  
 Nostro credibile est intepuisse Deo:  
 O saltem faciles taciti per inania cali  
 Reddatis cordi murmura pauca meo.  
 Dicite mi properet surreptam ducere vitam:  
 Atque abiuratos velle referre dies.  
 Neve gelu durum excuset, tristeisque pruinas:  
 Quod potuit Pholoes pectora ferre trucidis.

Basia

### Basia feminat.

Indulgent mea torquatis nec septa columbis:  
 Nec metuit tenero de grege præda lupum.  
 Aurea nobilium rerum regina Voluprias.  
 Sit suis hæc Adole texta corona manu.  
 Tu modo fac tumidis: qua credimus oscula sulcis,  
 Candida puniceis frugibus aucta sonenti.  
 Quid mihi cum Cerere huc? veteri vacet illa dolori.  
 Quid mihi cum vestro vomere dura Pales?  
 Omne opus a domina est: culto satis excubat agro  
 Rustica pro raro semine facta Venus.

### Ad Venerem fementis commendatio.

Quid pudet auditis queso Cytherea iuuenis?  
 Quid rus purpuream ducis in ora notam?  
 Quam sterilis quondam turbantur murmura sylua,  
 Te petit hæc placido fertilis ora toro.  
 Aspira faciles ad credita basia sulcos:  
 Et granidas miro semine finge faces.  
 Non studium penitus, curas nec prodis inanes:  
 Diua feres opera premia digna tua.  
 Maura roseos crispans semente maniplos  
 Imerea nodis callida neeste tribus.  
 Post, ubi Lemniacæ capient te tædia flammæ:  
 Solicitum nostro munere falle Deum.

### Epitaph. Andreæ Mantegnæ pictoris & plastæ.

Sacula Martiades rerum dum fluxa propagas:  
 Armasti fatis in tua fila manus.  
 Nunc, nigras eribi quando diuertis ad umbras,  
 Velle mori cogis, viuere siquis amat.

Caroli Scuini elegantia cum libello de  
Ranis, Testud. Cochleis, Cinara.

Quot mihi ludentis vdo sub gurgite Ranas:  
Quaeque latent paulis cornua falsa canis:  
Quasque sub inculta pisceso margine ripæ  
Arida marmoreo tegmine testa capit:  
Ipse meros totidem misit Seuinus amores.  
Absens muneribus nescit abesse suis.  
An ne igitur leues liquit Venus aurea Conchas?  
Et niteri in putri surgere iussa lacu?  
Cuncta irabens secum ille sulis pigmenta Latini  
Angeli honoratis munera tanta iocis.  
Tam blandis Seuina ardent accentibus aure:  
Tam nitidum sacro spirat ab ore decus.  
Ille etiam raris olim surgentia sulcis  
Germina compositas iussit inire dupes.  
Sed non & rudibus, Phœbique ab luce reclusis  
Ostendit faciles mensa diserta Deos.  
Aptius haud poterant mutæ testudinis ora,  
Quam tam facundi vindicis ore loqui.

Blanditur Somno.

Somme graues hominum solius deludere curas:  
Aurea cum vigili sidera luce micant:  
Aique idem solius hominum referare labores:  
Cum repetis placido sidera fessa pede:  
Ecquid, ubi genus omne auium, genus omne animatum,  
Ipsaque Letheo fluminare ore domas:  
Non pudet exilio, ac luctu, curisque sepultum  
Tanti unum immunem muneris esse hominem?  
Septimus Hesperis cum sol caput obruet undis:

Et dabit

Et dabit amplexus serior hora tuos?  
Cetera si tecum coniurant numina: vides?  
At saltem regni iam miserere tui.

Cum exoriente sole comparat Agri-  
rillam in occidente.

Mons ubi Garumna pernicious imperat undis:  
Iuraque perpetuas in sua cogit aquas:  
Aurea purpureo surgens Aurora cubili,  
Dum siccat, madidas rosida Diua comas:  
Quam stupet aethero perfusus lumine colles:  
Extortumque alio quam stupet orbe diem.  
O Dea, quid geminas miraris candida flammæ  
Eoque facis, Hesperiaque Deæ?  
Ecce tibi grauiora mei spectacula fati:  
Qui gemina, duplici in lumine, nocte premor.

Breuissimæ noctis felicitas.

O noctem augustam: qua nunquam purior ulla  
Aurea puniceum lux tulit alma diem.  
Vnde venis, nox felici nox lucida lauræ?  
Nox mihi perpetuis lucibus vna prior.  
Te ne Venus Paphio vexit pulcherrima currus?  
Te ne Cytheriacis pauid amica iugis?  
Te ne in Acidaliis aluit Charis hospita campis?  
Pectoraque ambrosio pura referjit agro?  
Vnde geris faculasque nouas, rarasque Hymenæos?  
Vnde geris gemino lumina fulta dies?  
Dum loquor infelix: quid abis? quo tendis iter? quæ  
Caca mihi tenebras, quas mihi caca neces?  
Diua redi, nequeo, tanti sub solis honore,  
Tam nitidis flammis, aura fauere, quæam?

## Reddita ex fonte forma.

*Ut se conspexit tacita meus ignis in vnda,  
 Equè repercutissis umbra reluxit aquis:  
 Hoc metuens: ne transferrem mutatus amores:  
 Impulit irata lucida stagna manu.  
 Et concepta diu iurare in verba coegit,  
 Miscens languidulis oscula rupta modis.  
 Turbida fallaci ne admissam lumina fonti:  
 Ah ne odiosa sitas proderet vnda faces.  
 Tunc mihi rimatæ dulces præcordia gutta  
 Presserunt mutilo verba retorta sono.  
 Hunc profugū a nobis animū, hæc profugi hospita testor  
 Pectora: sed fastus testor Aella tuos.  
 Ne quicquam me alij facies tua destinat igni.  
 Haud ita lymphæ mihi te abluere vna potest.  
 Tu modo ne miseros exure proteruior artus.  
 Ignea ne hoc cogar fonte lenare mala.*

## De curis suis, &amp; corde.

*Aspice, quæ rapido sinuosa volumina flexu  
 Impetus in Nerei stagna superba rapit:  
 Secum percipuo congestas agmine curas,  
 Secum eodem misera flumine corda trahunt.  
 Ah quam diuerso perit hæc concordia fato:  
 Si redeunt curæ, perditæ corda manent.*

## Dispar euentus mihi, &amp; loco.

*Hic iacuit: granidos illic dum soluit ocellos,  
 Credit: diu herboso candida colla toro.  
 Hic me expirantem cursu correpta superbo  
 Destituit rapida sub iuga longæ fuga.  
 Quali purpureæ collidunt more columbæ:  
 Ut raptus duplici redditur ore cibis:*

Hic

*Hic mihi puniceos libauit Diua racemos,  
 Osculaque insueto sucta resucta sono.  
 Felices segetes, felix vindemia: quantum  
 Vno eodem variis viturum orbe Deis.  
 Lydia si vestras animauit frondibus horas:  
 Si steriles picto floris honore vias:  
 At mihi cum misero vel tantum inflexit ocellum:  
 Igneus in lacero corde triumphat amor.*

## Veneri basia perfoluit.

*Quæ tibi, si nostris plausisset tessera votis,  
 Proposuit ludens præmia basiolis,  
 Denouit: tibi habe quinque isthæc basia: habeme,  
 Quem damnes voti Cypria Diua reum.  
 Cætera: si vestrum pacato numine, si fas:  
 O Dea, vel regno sunt potiora tuo.  
 Inter osculandum transfugit cor.*

*Hoc mihi restabat misero de millibus: hoc me  
 Reddidit extremo fors inimica Deo.  
 Transfugit mihi cor semibulca sub oscula ductum:  
 Quodque ego non potui, pars tenet vna mei.  
 O ego pars nostri fiam miserandus: o a me  
 Sic possim rapida perfidus ire fuga.  
 Ah si ferre nequis tam grandi corpore flammæ,  
 Qui poteris rapidas pars modo ferre faces?  
 Ad aquas Aponentes.*

*Iam quater auratis remeans Dea lutea bigis,  
 Piscosos Nerei quinta colorat agros:  
 Sulfureas Acorin cum suspiramus ad vndas:  
 Lymphaque crudeli sub face victa fugit.  
 Scilicet antiquo mons ipse incoctus ab astu  
 Feruidior nostra se negat ire face.*

Euganei latices, quæque arida saxa tenetis,  
 Quæque leues leni colle sedetis aqua:  
 Tuque pater princeps, qui punice tectus obusto  
 Clara triumphatæ nomina pestis habes:  
 Cede meis lacrymis: lacrymæ tamen, heu tamen ipsa  
 Debuerant pestem vincere posse meam.

Luce Gaurici præceptoris astrolog.  
 omnium excellentis.

Post leges cæli varias, æscriptaque mundo  
 Fœdera: post superis reddita iura Deis:  
 Quem vix sideres ingentem cepere recessus:  
 Hoc hospes modico limite terra tegi.  
 Vivere dignus erat semper: sed vita futuris  
 Auctior æterno lumine vita fuit.

In somnis Crispillam amplectitur, quam  
 mortuam esse audiuerat.

Vivis? & o nostri potior nota pectoris, uno  
 Restituis tibi me te mihi, meque die?  
 Quam dudum exiguo vita hæc fluitabat hiatus?  
 Quam mox contemprio funere læta veni?  
 Aequor? an toties fallaci perditæ somno  
 Prasagii faciles nox taciturna Deos?  
 Osculor: an pariter vacuis erramus in umbris?  
 Carpiunturque auido corpora trunca gelu?  
 Sed seu nos fera moris curis subtraxerit atris:  
 Sive quies tacito me perit alia pede:  
 Aut hæc perpetuo ludat mea lumina lapsu:  
 Aut mors hinc gelida solvat utrunque manu.

Lusus suos etiam Diis invidiam facere.  
 Alma Venus placidi felicia prælia lusus,  
 Qua novit facili dulcis Aella tibi,

Accipe:

Accipe: & ignotis mitissima Diua susurris  
 Auge cuiusvis numinis invidiam.

Contraria representationes.

Sum tecum? an ne abs te hinc abij mea Circa? sum ne  
 Hic tecum? an rupi vincula dura fugax?  
 Si non fur: quoniam hæc oculis occurrit imago?  
 Si sum, quid mihi te brachia nostra negant?  
 Prasentem prasens me quero? O fata. Sed absens  
 Absentem, necum me sine cur ego sum?  
 Non vana hæc vobis species mea lumina. Quando  
 Aut ibi, & hic simul, aut nusquam ego ullus ero.

Pantheiæ rigor.

Cum se isti accinxit primum natura decori:  
 Atque opere obstupuit Dædala victa suo:  
 Aut tibi venissent æqui pietatis amores:  
 Aut totidem verbis pondera blanda meis.  
 Quod si verba abeunt animo mihi, tristibus iris,  
 Atque acie rapidi luminis idæ tui:  
 Non mirum est: sed corde meo cum inserta profundo  
 Es domina, & voces non capis una meas.

Ad Stœchadas cum pernoctaret.

Quippe hi sunt muti silices, brutæque paludes:  
 Quippe hæc, quæ rigida marmora mole iacent:  
 Quippe hi sunt scopuli, & scopulis furor additus Euris,  
 Fraclaque spumificis murmurat unda vadis.  
 Et tamen in tanto pelagi, ventique tumultu  
 Reddiur ad voces nominis umbra meas.  
 Quippe hi nec silices, trucidibus nec marmora ventis:  
 Nec refluxis scopulos æstibus urget aqua.  
 Sed scopulosque, minaxque salum, tristisque ruinas  
 Herfilla gelido pectore fixit amor.

*Seu cum de placidi tranquillo numine vultus  
Abscondit voces vox truculenta meas:  
Sive ubi fraudato pacatæ frontis honore  
Ania conceptio muta furore fugit.*

Ad Telefillam.

*Quid radiis madidos pandis Telefilla capillos  
Credula? quid ludis lumina falsa Dei?  
Ille tuæ lucis rutila perstringitur aura:  
Pallenteisque pudens decolor urget equos.  
Crimibus atherios quin aut inflectis ocellos?  
Aut siccas rapido pectoris igne mei?*

Vulneratæ ceruæ se comparat.

*Sicubi Threicia grauius fera fixa sagitta est,  
Letifera fugiens vltima fata manus:  
Appetit ignoto Dictamum ubi fidere surgens  
Purpureo tepidam gramine carpit humum.  
Ast ego flammato moriens Lampycteros ocello:  
Vnde legit votis spicula dira meis:  
Haud minus vno eodem quero sub vulnere vitam:  
Nec mi alibi raptos est reparare dies.*

Myrtilla Bononiam petit.

*Huc, ubi Felsineæ Renuis celer accola ripa  
Laxas perpetuo margine sienat aquas:  
Transtulit hinc abiens nostros Myrtilla furores,  
Atque auido profugum pectore secum animum.  
Sis felix anime: at si quid modo numinis umbra  
Conciliat domini nomina parua tui.  
Nanque ego si nullo cordi suffultus honore,  
Communis nequeo non memor esse Deæ:  
Haud procul a vero est: nostri ut memor illa vicissim  
Fiat: quæ gemino corde superba fugit.*

De

De Cornelia Turria ciuic sua admirabili Heroïna.

*Quid merni fugiens Athesis pater? unde petenti  
Indigena dulces amne negantur aquæ,  
Vt ne etiã patriis hostis malus incubet aris?  
Vt nostram nostro sanguine pascat humum?  
Vt pius, & fortis veteris sim criminis heres?  
Insontemque premant barbara fata patrum?  
O genus, o patria, o patrij dulcissima celi  
Lux, mihi perpetuis lucibus vna prior:  
Quique rudi faciles formastis verba Penates  
Mollia: cum vestros lusimus ante focos:  
Me fors acris licet auferat auia nimbis,  
Et procul a notis equora liminibus:  
At tenera antiqua fruitur dum Turrias aura:  
Et patriis animus pascitur ille Deis:  
Me mihi quæ rapuit, carisque abimat amicis:  
Cuius ab ignigeno fomite vita mihi est:  
Tantum aberit, miseram sube amus ut exulis umbram:  
Quanta ipsa est patria patria rara mee.*

Ex vulgata veterum opinione.

*Postquam lux animi spatio confecta supremo  
Naturæ rigidas implet inepta vias:  
Si verum est: genitas radiorum viribus umbras  
Crimina sub Stygio nostra referre loue:  
Cum suprema dies curis me exoluerit aris:  
Nec tamen immiti soluerit illa Deo:  
Isthuc sub gelidas orci per devia sylvas  
Me secum vacuo limite sistat amor.  
Nam neque nube caua liquidus cum conditur ather,  
Nec dum flammigerum nox ruit alta diem,*

*At nec sollicito cum sol altissimus estu  
 Subiectam rapido lumine pulsat humum,  
 Tum expressa meo de corpore funditur umbra:  
 Contra Amor assiduo nunquam bella gerit.  
 Eben umbra mihi quando fuit? ut mihi semper  
 Lucida perpetuas ventilat aura fauces.*

Somnium non fictum, de cupidinum vinculis.

*Hic ubi piscosus aperit Benacus arenas  
 Vastus: & innumero gurgite ditat aquas:  
 Nam quid vimineos captiva in pectora nexu  
 Ducis: aut cassas neclitit arte moras?  
 Aut quid me tumidis frustra committitis undis?  
 Totque ab inhumana verbera ferre manu?  
 Si mihi sub rigidis sit pœna luenda tyrannis:  
 Vna potest vestris legibus: una potest.*

Miseram pietatem: qui matrem hic esse  
 malim, quam in cœlo.

*Que gelida veniunt decimo sub frigore brumæ:  
 Instaurant lacrymas tempora lenta meas.  
 Cumque aliis soleat superati oblita doloris,  
 Candidior nitidos hora referre dies:  
 Mi crescit desiderium: & vestigia servans  
 Prima, pius calido pectore anhelat Amor.  
 O dulce exilium, o falsa mala gaudia vita,  
 O fallax trepido tempore fulta quies.  
 Te licet in patria Diuum florente, senatus  
 Crescat: te his malim mater adesse malis?*

Vsta

Vsta carmina.

*Si qua tibi ludens numeris Glaucilla pudicis,  
 Expressit miseram candida Musa fauces:  
 Turbida fulmine ac succendens procius iras,  
 Indideras avidis pabula dira focis.  
 Quid mirum? mirum potius, si, dum legis, haud sunt  
 Fulguribus rapidi luminis vsta tui.*

Munuscula.

*Quas tibi myrrigenas misi Telesilla corollas:  
 Quaque tui Genio lucida serua tuo:  
 Ipsa suis manibus sudavit Cyprus: & ipse  
 Lecta suburbano litore misit Amor.  
 Cætera gemmiferis iactat niger Indus ab oris:  
 Diuiteque ad Serem vellere venit honos.  
 Ah ne sperne, tuis quasi sint hac vltima votis:  
 Nec tam diuina pignora digna manu:  
 Nam tibi si equa velim commutare munera: solam,  
 Non possum, nisi te mittere Diua tibi.*

In Taurinis somniat amicam.

*Humida qua rudibus Clausilla sub Alpibus hausta  
 Fluctibus Eridani iura resignat aquæ:  
 Somnus honorata genitor taciturnus in umbra  
 Transtulit heu gemitus huc elementa mei.  
 Fessarum pater, & fomes placidissime rerum,  
 Hac tibi signatam quis dedit arte manum?  
 Redderet ut faciam, sub qua Natura pependit:  
 Atque opere obstupuit Dadala victa suo?  
 Hoc potuit, atqui potuit, sine crimine rerum  
 Esse tua in frontis turbine iusta quies?*

Ad rosam.

*Aemula succinētis videnti luce labellis,  
Dic rosa; siderens unde coloris honos?  
Nunquid ubi ignigenis admota es naribus; illas  
Traxisti flammās subdola agente animā?  
Aut, ubi flammigeri tibi luxuriantur ocelli:  
Infedit strictus igne comante rubor?  
Ast vita cum sollicitam sol reddat, & vnus:  
Qui vitæ soles restituuunt gemini?  
Me miserum, me: quem nec sol, nec Sirius vrit  
Ignibus ingestis: vno oculo pereō.*

Dipsadi venerea comparat venena.

*Est in desertis Libyes, ubi letifer atros  
Per populos rapidis Anster anhelat equis,  
Tristis, & infesto metuenda simillima calo,  
Reptilis infami bestia dipsas agro:  
Insidiis pollens, morsuque inspirat acuto  
Perpetuam illato vulnere dira sitim.  
Hand aliud mea nunc obsedit corda venenum  
Letali vnus luminis iēta acie.  
Verum aliter cecidit: flammās nanque inter acutas.  
Sunt eadem auxiliis ora petenda meis.*

De oculis Fulgentiæ, quam Lampyris vocat.

*Si mea flammigeris obnoxia membra tyrannis,  
Anxia cogebas subiuga panda Venus:  
Quid vaga perpetuo repetuntur spicula cornu?  
Sæua quid innumero bella sub hoste geris?  
Diua tibi prætende vnum Lampyris ocellum:  
Vnum hoc innumeri sideris instar erit.*

In omnium rerum quiete se vnum angī.

*Rosida nunc reficit nocturnos orbita saltus:  
Nuno tacet: & mediæ nox secat alta vias.  
Efferæ nunc pingues mulcent animalia somni:  
Et torua instratis fluctibus vnda silet.  
Quinetiam tacitis, labentia sidera calo,  
Ne somnos adimant, ire iubentur equis.  
Vix bene semirutis Echo proiecta sub antris  
Concaua, nec certo murmure pulsa fauet.  
Vnus in abductas longum feror auis auras:  
Et legit audaces semita longa pedes.  
Huc me sub veteri cogit Telesilla triumpho:  
Cuius in arbitrij lege superbit amor.  
Que blandum lacrymis nisi me lætasset amantem,  
Sanciacque incertis corda Cupidimibus:  
Ah ah quam lento fureret fax ignea plausu:  
Quamque forent grauibus libera colla modis:  
Nunc nolens volo, meque sequor, fugioque sequentem:  
Atque vltro redeo præda cruenta mihi.*

Iterum sollicitari ad bellum.

*Dives ubi exercet letos Aquitania colles:  
Et pinguem innumero vomere fingit humum:  
Sylvarum, ac nemorum dirus populator honoris,  
Exercet rapidus improba regna Canis,  
Et modo Garumne cursum scrutatur anhelum:  
Ac iubet angusti fluminis ire viam.  
Ille sui modo nascentis malus enecat herbas:  
Languidaque exhausto pignora fonte premit.  
Attamen hic mediis Manors crudescit in armis:  
Et circum amentes mors volat atra manus.  
Hocine mi exilium Diui indixistis acerbum?*



Et lentos tanto turbine ferre dies?  
 Ut patiar toties alieni crimina cæli:  
 Duraque barbarica colla premium galea?  
 O dirum exilium, diræque incommoda vita:  
 Si procul a vita deçere, vita mihi est.  
 Si placuit ferro, & flammæ trisibus iris,  
 Si cæli rapido me igne perire iuuat:  
 Reddite me nostris, nostris me reddite ocellis:  
 Vna sat in mortis iura puella mea est.  
 De catella Balbinæ.  
 Non erat hoc, mea lux furti quod conscia nostri  
 Latrabat gressus nota catella meos:  
 Ignorant tibi sed cantis hæc latrabat Amorem:  
 Quo duce non unquam pectora nostra vacant.

Colles alloquitur Romanos.  
 Vos calo educti scopulis, sacraque ruina:  
 Et nox, quæ Latios obruit alta Deos:  
 Felices anima, veteris quibus inclita Roma  
 Reliquias sacri nominis umbra capit:  
 Si vestra hæc cedunt fatis: si dente proteruo  
 Expugnant fessas sæcula cana moras:  
 Spes etiam est: ut seua quibus fortuna superbit:  
 Extinguant miseræ tempora longa vices.  
 Cum Glaucilla comparatio.  
 Cum mea flammatis pulsantur lumina ocellis:  
 Et fractus gelido fulgure cedit Amor,  
 Vnice curarum limes Glaucilla mearum:  
 O seges, o numeris area lata meis:  
 Sic nobis bene Diæ esse velint, minuantque dolores:  
 Vel tu numinibus, tu mihi mille prior:  
 Dura licet rigeant grauius tibi corda pruinis:

Mollia plus caleant fulmine corda mihi:  
 Quid nicias roseo signat tibi lumine malas?  
 Quod mea pallori destinat ora gelus?  
 Si sit, ut e vestro glacies petat ore meum cor:  
 Si rapidas nostro ducis ab ore faces:  
 O fieret quoque, uti hinc rapidus tibi seruiat æstus:  
 Torpeat in gelido frigore nostra anima.

## Ad Animum suum.

O toties fugitive, me videntur hospitis iras  
 Me aduersum firma castra locare manu?  
 Si mihi das operam, & nostri te anxere dolores:  
 Quæ malefausta tuos transtulit aura gradus?  
 Sin ita te misere ceperunt tædia nostri,  
 Ut malis profugo frenâ inimica pede:  
 Quid fugis? ex ista mea mens cum pendeat hoste:  
 Vteris me ipso non minus hoste mihi.

## Ad Natifonem fluuium.

Insomnes latices, refluig, oblita recursum  
 Flumina, quæque alio sole tepetis aqua:  
 Vos quoque perpetuis horrentes rupibus Alpes,  
 Inuia magnanima mœnia dura plagæ:  
 Vosque cauas valles: & vos vada lentus adoro:  
 Te que ferax, humilis & miser hospes, ager.  
 Huc ad vos nostra, huc referant si corpora fluctus:  
 Nec bonus inuideat forte viator humum:  
 Suspendens Venerique lyram, paruasque tabellas,  
 Tristitia signato puluere verba notet.  
 Obruit hic virides saeuum mare Cæsaris annos:  
 Et satis ad tantas vix fuit vnda faces.  
 Philomelam consolatur.  
 Nondum etiam tenues diffudit in aera rores

Arbiter optatæ lucis, opisque Deus.  
 Atque memor gelidæ, nec adhuc ab luce soluta  
 Noctis, in expletos integrat orba modos,  
 Nainum populea quærens Philomela sub umbra:  
 Et tenerum querulo carmine luget Ityn.  
 An ne recedentis miseram vigor aureus anni  
 Quæque ferunt steriles tempora auara dies  
 Sollicitant desiderio? locaque auia cantu,  
 Flebilibusque modis rumpere iussit amor?  
 Solue ferox animum rugis: & crimina cordis  
 Excute de frontis luce serena tui.  
 Et mihi perpetuis lacrymis, luctuque sepulto,  
 Aduerso Ptereles numine mite frui.

Non vicit, tamen si potitus.

Vicimus? & nitidis dum ludit Adorea pennis.  
 Iuit in amplexus Panthea magna meos?  
 An victi & tretricus superata superbia fauis  
 Cessit adorato colla premeda iugo?  
 Nempe hæc, quæ procul in nostrâ est grassata quietem,  
 Ah propius nec tet qualia vincula mihi?

De lacrymis Erythillæ.

Crudeles lacryme, sanctique oblita decoris  
 Flumina: quod nitidis fas fuit ire genis?  
 Sic mihi sidereos, sic corruptis ocellos:  
 Cum gutta ætherium lucida pinxit ebur?  
 In regnis aufe hoc Veneris? heu dure Cupido:  
 Non pudet ab nos hæc monstra superba pati?  
 Flebis item, lacryma tibi si perit ignis ab ista:  
 Vnde eris, extinctas rursum animare faces?

Praxillæ affectio.

Cum tereti mea lux vinxit mea colla lacerto.

Quæ sibi sola potens vincula nouit amor:  
 Et dubia annexis coniuncta per oscula labris  
 Errat ab igniuomo turbine victa anima:  
 O utinam sic mors, inquit, nos soluat amantes,  
 Iuppiter, at ne has sic mors quoque solue moras.  
 Sed trabe conferim iunctas, ac redde tenebris:  
 Atque eodem geminum vulnere pectus age.  
 Ne pete, ne Praxilla duos ut vulnerer: ex te  
 Hic animus numeros pendet, habetque suos.

Post triennij oppugnationem  
 Zephyrilla potitus.

Dulces exuuia, quæ sibi clara triumph  
 Muneraque, & primi conscia signa metus:  
 Nectareæ lacrymæ, grauiusque admosa labella  
 Flamma: quæque vnus basia nouit amor.  
 Vos ne ego post ternas glacies, triplicesque calores?  
 Vos ne inter dura munera militiæ?  
 Vos ne mihi e mediis nox hæc Amathuntidos antris:  
 Vos ne ab Acidalio misit amor nemore?  
 Dum loquor: heu miserum: & menti mens hæret inani,  
 Seque leuem falsis implet imaginibus:  
 Quo ruitis? duri quid non potuistis amores  
 Fallere tantilla lumina nostra mora?  
 Heu Veneris fugiæ infesti ludibria regni.  
 Ante etenim, quam quod cœperit esse, perit.  
 Flores ex diuinitate Pholoes facti letales.  
 Quacunque aërio per inania murmura olis.  
 Rorilega saltus sollicitatis apes:  
 Ah vos decipiat falsi ne floris imago:  
 Candida qua Pholoe colla reclinat amor.  
 Illic frigida vis taxi, & sedere venena

*Mascula: nec Cyrio lenior umbra fuit.  
Fulgida quænetiam sic fulminis aura cornisci  
Aura vitalis solvere iura solet.*

Somnum riualem periturum  
Circiæ aspectu.

*Aufugit mihi somnus: & imo agitata cubili  
Peruigil in lucem membra recurſat Amor.  
Quid ſperem? dormitne igitur mea Circiæ? ſic eſt.  
Illam inhians tacito pectore fuſus habet.  
Somne, pater quondam placidiſſime Somne quietis:  
Nunc plagæ & raptus ſæue meruſque pater:  
Nudam armis, quid opus, teneram ſuperare puellam?  
Si te oculo tantum viderit illa: peris.*

Alpes ab Annibale exciſas,  
iterum perituras.

*Sentis ne, æreus ſpes ut vehat omnia pennis?  
Deſtituens rapido vota, præceſſusque pedes?  
Nec reditura graui propior lux vltima fato  
Quamlibet armatas excubet ante fores?  
An tibi me ingrati rapuerunt Circiæ venti?  
Sera Subalpinis dum repetit umbra iugis.  
Ripæ, infelices ripæ, quæ triſtibus auris,  
Et fera barbarico cingitis arua pede:  
Noſtis Diuæ oculos: nec me iam redditis illi:  
Aique alio exciſas igne perire iuuat?*

Ad Elogium ſuum in tumulo.

*Exanguis notule, & durum ſpirantia caſum  
Carmina, nec dulcis munere ſulta animæ:  
Vera nimis: heu vera mei morientis imago:  
Si tamen ah vita vis ſuper vlla mea:*

Cui

*Cum mihi fatali venient noua funera planctu:  
Et cedent numeris noſtra elementa ſuis:  
Hanc ſignate leni conceptam ceſſite cauſſam:  
Reddæque his miſeris lucida buſta notis.  
Nulla hoc umbra loco tumultu: quem cernis, inanis:  
Nam cui nec vita, mors quoque nulla fuit.*

A Nauia & vitam, & mortem.

*Raptum, atque amiſſum viuo me funere, quid ſteſ:  
O animi potior paſſusque ſaluſque mei:  
Poſtquam ſidereis mea Nauia cœpit ocellis,  
In me odium fati ſollicitare mei:  
Quæ prius his vita lentis errabat in umbris  
Deſes, & ignaui tabe ſepulta ſurus,  
Flammigeriſque oculis placidum bibiticta venenunt  
Mens mea: ſi voluit viuere, iuſſa mori eſt.*

Siri; ardoribus vim comparat  
oculorum.

*Qualis in aduerſo ſtellarum infamia calo  
Letifero fonteis explicat orbe comas  
Siri;: atque agros igni diffindit acuo;  
Cum queritur raptas floſ taciturnus aquas:  
Sic mea, ſed gemina populantur pectora flamma:  
Et ſubeunt rabida terra venena ſui.  
Sed tamen in tantis arentia membra ruinis  
Soluor: ut æſtuo nix perit alta die.  
Atque ego non iam non lacryma miſer vtar inani:  
Sed lacryma vterur me Teleſilla vice.*

Amiſſa quies in Circiæ inſtauratur.

*Aſpicias, ut liquido crebreſcunt ſidera calo:  
Noxque frequens tacitis ignibus vda miſcari  
Quæſitamque inter nemorum fruticeta quietem*

k

Abdita sopitis lustra dedere feris.  
 Quique ferox fluctus furioso tunditur Euro,  
 Atonitis posito murmure sedit aquis.  
 Quid merui miser: ut laribus turbatus amittis  
 Perpetiar duro vincla superba iugo?  
 Quid tibi vis Fortuna? fuga fuga queritur: ut sine  
 Vna nono semper perditæ præda solo?  
 Non potes. ætheria dum Glaucia vescitur aura:  
 Perpetua fidi numinis arce fruuar.

Dolet non posse pro re dolere.

Quascunque aspicio lacrymas, quas perditæ mater  
 Fundit inhumanos cum vocat orba Deos:  
 Quanta oculis demens nostris conuicia feci:  
 Quos videam votis non satis esse meis.  
 Quorum alter: tantas capias cum pectore flammæ:  
 Ire vel a magno flumine gutta potest?

Ad arma sua.

Vestrum præsidio immanes qui fulminis iras:  
 Seu vis fulmineo est fortior vlla metu:  
 Securus hominum, Diuumque, & quicquid ubique est,  
 Spernebam amenti mente superba anima:  
 Heu bellis infensa malis, ac nescia vestri  
 Otia de amplexu vos rapuere meo.  
 Mollior hinc reuocat blandis inflexibus atas:  
 Languida difficili colla leuaturque iugo.  
 Nam porro quid erit vestri mihi numinis usus:  
 Quem tamen ab didicit vincere nudus amor?

E perpetuo incendio omnia  
 vstum iri.

Sine animus tenues mihi dilabatur in auras:  
 Seu leuis infernos oderet umbra Deos:

Ille locus, locus ille meo torrebatur æstu:  
 Nec poterunt tantas ferre elementa vices.  
 Trudite me liquidi subter vaga flumina ponti:  
 Vnde dat Oceanus humida iura vadis.  
 Mutabit rapidis liquentia marmora flammis:  
 Inque patenti ingens aquore nullus erit.  
 Ab cum tanta miser iactes incendia: monstri  
 Secura, atque expers una puella tui est.

Nimio Lampteros fulgore tenebras:

Serica dum circum tua lactea colla superbit:  
 Et stupet astrictis arsq; decorque comis:  
 Liguuntur incerta trepidus formidine sanguis:  
 Sedibus atque abeunt mensque animusque suis:  
 Hiccine qui puris surgit mihi Lucifer undis:  
 Et trahit innumeros in sua regna Deos?  
 An roseis Aurora nitens innixa quadrigis  
 Dispulit inuecto pallida castra die?  
 O durum exitium: tanta sub luce tenebris  
 Solus agor: solum lumina nocte premunt.

Amaranthidos crines alterum  
 esse cælum.

Qua diuina comis Amaranthidos aura superbit:  
 Atque inter faciles ludit amica sinus:  
 Cernis? ut immoto stupidum stet lumine calum:  
 Et tacitus placida fronde quiescat ager?  
 Non hic, ob immittes oculos, sæuimque furorem,  
 Aut venit a duri turbine frontis honor.  
 Aethera quin potius videas tabescere, quando  
 Vrget sideribus sidera magna suis.  
 Sed rigida fieri spernit rudis accola ripa:  
 Qua calo cuius aura recepta meo est.

Futurae nuptae lusus nocturni, ne  
videndo, Dij inuideant.

Flammeolum, & Tyrio deceptas murice lanas  
Induet intacta crassina nupta manu.

Quique sibi toties me deuinxere lacerti,  
Instituent posito vincula vera metu.

Vnus ibi e gemina concresecet spiritus aura:  
Et dubio errabit limite flos anima.

Cetera, quae Venus, & gemini nouistis Amores,  
Et toru, & casti Cinxia Diua tori:

Ne nostro inuideant caelestia Numina calo:  
Ceca teget tacita nox vigilata face.

Inuitus Fortunam, sponte dominam.

Per scelerum ignotas facies, sperque inuia fati  
Consilia, & Nemesis noxia tela Dea:

Quidnam ego non vidi? quid non perpeffus? ubi non  
Extant heu vitae iam monumenta meae?

Exilium, turpemque famem, bellique furores,  
Et rabida inuidiae spicula ceca tuli,

Inuitus mala tanta at me nunc ferre volentem  
Seruitij infestus pondera iussit Amor.

Inter pestilentiam, ad Nemefim, & Io-  
uem vltorem, & Genium, &c.

Dij rerum vltiores, & Dij morientis Iulij,  
Et Dij, quos veteri sum veneratus ope:

Et natale solum, & duri bene conscia casus  
Numina, me sanctis quae rapuistis auis:

Dum furit immanni Libitina insania luctu,  
Et sortem iniusta librat utranque manu,

Accipite hanc animam, meque his exoluite: dum mors  
Vna poteft tantis moribus vna fugam.

Clau-

Claudit opus spretis ludibriis  
Venereis.

Post validas fati clades, Sorrisque superba  
Imperia, & rigidus quae iuga dura tuli:

Spes Dea, Spes vitae domina, & regina futura:  
Non capiam pauido munera vestra sinu?

Si verum est, quod amans in amata regna figura  
Cedit: mensque animos integra vna duos.

Si iurata Ioues, si conscia sidera fallit:  
Si Telephilla datam soluit inepta fidem:

Sueta prius trahere in varios mea pectora casus:  
Nunc vocet in leges sic quoque dira suas.

Vana vale Cytherea: vale scelerate Cupido:  
Ac merito populo fabula nata vale.

k 3



  
 I V L I I C Æ S A R I S S C A -  
 L I G E R I F A R R A G O .

Ad Sæcula.



*V*æ tacitis furum reduces anfractibus  
 orbes  
*V*eritis æternis sæcula cana rotis,  
 Hæc quoque tam variis genij quæ lusimus  
 ausis

Excipite: & fido tuta parate sinu.  
 Illa quidem multam non vno verice laurum,  
 Laurigerique petunt præmia ceria Dei.  
 At nisi perpetuo vobis seruentur honore,  
 Et libeat valida tuta fouere fide:  
 Dodecori plus iuris erit, data perdere: quam sit  
 Quæsitum meritis non habuisse decus.  
 Ad Geruasium Marstallerum.  
 Geruas: bone, quid tibi cum laurone Brigante,  
 Qui semicottus Christianus est adhuc.  
 Tempus id male perditum est, sed nec absque periclis  
 Quantum Pyrene barbara illusu tibi.  
 Nulla quum pietas beas, nullus implet Apollo:  
 Cui laus recepti sanguine aspergi hospitis.  
 Thracij Boreæ minis, & furoribus arum  
 Beatus ille qui procul spectat mare.  
 Ten' sacrum Clavio caput, sancta pectora Phœbo  
 Pene hausit ensis Celtiberus impius?  
 Sed nec hoc licuit Deis, nec licere fatebor.

Sed

Sed nec fatebor esse (si id fiat) Deos,  
 O mei Genij boni, & dulce pignus honoris.  
 Interpres alii, ac certe rimator poli  
 Debeo hoc facili Ioni, debeo: quod amicum  
 Votis benigna fata seruarunt meis.  
 Tirqueor tamen acribus septus undique curis:  
 Quod te videre nulla post ætas dabit.  
 Nam qui in Italiam pedes, quequæ te via ducet  
 Nunquam reducet rursus ad meos Lares.  
 At memento tamen tui rore neclaris acrem  
 Desiderij sedare flammam suam.  
 Sicte agant patriam ad tuam calices sine noxa  
 Procul Pyrene compotem voti, ac tui.

De Baryano.

Tunc cum esset monachus Baryenus, mortuus orbi  
 Ille fuit. Monachus corpore nam nihil est.  
 Et nunc cum est atheos, iam vere est mortuus orbi,  
 Atque orbi, atque Deo, corporeque, atque anima.

De eodem.

Quod dixi monachum esse nihil, quia mortuus orbi est:  
 Erravi hoc ipso reitior est monachus.  
 Mortuus impinguat steriles letamine sulcos.  
 At monachus segetum munera rodit iners.  
 Bi. monachus, tandemque atheos, quibus esse periclis  
 Tete ipso peior ter Baryane potes.

Ad Caluam.

Miselle Calue, naniorque, inaniorque  
 Nanisque, inaniisque, cassibusque aranearum,  
 Quæ pœnitenda fors, maligna fata fœdum  
 Te compulerunt in meos tam viuidos iambo?  
 Præstabat ad simeta, muculentia panis

k 4

*Premissa frustra deuorare: aqua sitim necare,  
Quam morte fame viuere in meis iambis,  
Furem, ebriosum, excoleatum, peierante lingua.*

*Ad Syluium, & Ioseph Iustum filios, de  
somnia diuino, atque animæ im-  
mortalitate.*

*Sylui, & optime Sylui, frater, ac comes acer  
Iusto, iam profugi duo cara sidera patri  
Pectoris gemina o mei candidissima signa,  
Pro quibus patriæ decus dulce morte recessit,  
Et iam amabilior mihi barbarus nitet orbis,  
Deque vorticibus ferox sic Garumna remittit,  
Mittis ut veluti palus lenta profluat vada.  
Aspera omnia leta sunt: plena copia cornu,  
Et rubus prius insolens acre spirat amomum.  
O boni Genij duces, aureæque iuuenta  
Munus accipite hoc meum, quod dicatur utrique,  
Spectra cum rata somni, lucida que quietis  
Indicare iubenti Dei, cuius hæc mihi summa est.*

*Nondum ab Oceano pigras excitata tenebras  
Terferat rosea manu preses aurea lucis:  
Vt daret teneram diem, ferreasque labores.  
Tum mihi Deus ille, qui regna succit amata  
Lucis nescia desidi temperare sopore  
Soluerat vigilacibus corda libera curis.  
Liber ergo, animus nigra labe carceris huius  
Euolauit ad extimi templa dissita mundi.  
Acceptusque choro Deam, tinnulisque choreis  
Audiunt numerosius quicquid hic rude fertur.  
O cui veteres Lares, sacra patria, sceptrum,  
Fulgidas & imagines, aureosque triumphos*

*Absulit*

*Absulit volucris Dea, quæ cuncta viuida virtus  
Redditura fuit bono mittis alite fati:  
Erigas vegeta ducis dia lumina mentis,  
Qua vides nitidos globos incitata sonoris  
Certa vertere continenter volumina gyris.*

*Cernis hunc celerem citis findere auia bigis?  
Atque tardigradum ad poli tendere alta supremis  
Hunc suis radiis diem spargere æthere sudum.  
Flammeis ruilum comis tela funderè Martem.  
Mittore Iouem manu scepra diuiciarum  
Cornua ecce maris Dea mutuata nitorem  
Vt myrto redimita eat pulchra Cypris odora.  
Omnia his opifex bono fata numine torquet  
Additans moderaminis ius tenentis habenas.  
Quas cata facili manu sustinent bene mentes:  
Non hyles grauitate enim, sicut ima, laborant.  
Velle sed satis est eis rite ut incita versent.  
Talis est animus tui septa pectoris implens.  
En vides alias faces. Cernere cætera sparsa  
Quæ rerum nitidam orbitam, lacteosque recessus.  
Hoc demissa loco tua est mens, & huc reditura.  
Ne sinas tibi sic dari verba inania veri.  
Hæc ubi euigilaueris clara somnia cali.  
Syluium, & volo Sylui conuenire sodalem,  
Qui duent tibi liberum iure pignora cara.  
Calitus referas datæ vera visa quietis,  
Captiosa sophisticis nequa somnia, dictis  
Seculum hoc male perditum mentibus serat illis.  
Morsque eis veniat prius, his tremenda tenebris,  
Quam quæ onusta periculis vestra corpora soluit.*

## In familiam putrem.

*Proles fœtida putridi parentis,  
 Parens sordide rustici catelli,  
 Aut faxea plumbei nepotis,  
 Turba pessima turba pessimorum  
 Meræ nequitia, insolentiaque,  
 Liberique, patresque, auique cuncti.*

## De Triphone alchumista.

*Est Gallus, & est Græcus, & est Trypho Latinus,  
 Orator, arithmeticus, astricus, poeta  
 Metator, & ex edificator architectus,  
 Sed Gallus is, & Græcus is, artibus tot unus  
 Impostor ad exordia sordidata vite  
 Primis elementis cerebrosus alchumista  
 Carbone niger, pallidus improba fauilla,  
 Decoctor, ut excoctor, at aurei metalli,  
 Nunquam miser, & ter miser: ipse quod fatetur:  
 Tam mane tori liquit olenis atra strata.  
 Quin ve sperare post quienerit, auream referre  
 Perlucidulam, turgidulam grummulî nitellam.*

## De Tricareno.

*Cum triplici tumeant temeraria pectora fastu  
 Terrarum, cali, tartareique fori:  
 Regnorum fauvis populis partivis honores,  
 Calum aliis vendis: tartara sola tua.*

Ad Popilium qui sibi halecem fa-  
 litum miserat.

*Abena si quis offerat calcaria  
 Veneto, quid huic eis opus?  
 Mibi? canem venaticum dono dabis  
 Vbi lepus nullus manet*

Telem-

*Telemachus haud recepit Atridæ citos.  
 Equos, inepta cursibus  
 Terra incola. Et cadaver est canæ merum,  
 Vbi liquor deest meri.*

*Siticolosi tu nepotem Nerei,  
 Sic mittis halecem mihi,  
 Vt Appulum exerta emuler lingua canem:  
 Aut vappa maceret sitim.*

*Aut mitte fystem, qui domem halecem tuum:  
 Aut tu sitito, ut tu bibas.*

## De Alfôso Daualo. p̄popocœia Lôbardia.

*Tyranne fœde seuior leone vulnerato,  
 Et queritante vrsâ vrsulos parente turpi cellos  
 Adulterumque susficante formina maritum,  
 Aut impudica deprecanti populo nouerca:  
 Lepisculo formidolosior, fugaciorque,  
 Cuius Lacon cluniculas afflauerit catellus.  
 Cursu Laconve, siue morsibus valens Molossus:  
 Cui nil ruenti peruium vel est, vel esse possit.  
 Quousque nostra abuteris cruente parricida  
 Supinitate semiuir, securus immerentum?  
 Turgens ne nostri sanguinis siticolose potu  
 Semisa ructas deuorata hereditatis ossa?  
 Et esse quisquam suadeat Deos? Deos putemus.*

## Iocus serius.

*Audi Popili, & Næui, quæ somno excitus  
 Necdum etiam exorto leniter lusi die.  
 Cum scripturientem blando adgarritu suo  
 Uxor molestæ noctis decipiens moras  
 Narraret vicinariam fabellas mihi.  
 Homines dum metuumt, quas vident rerum vices.*



*Benefacere mancis vltro, ac mendicantibus  
Instituunt. Quod hominum malum, ac nequam genus  
Per se frequens, pietate fit frequens magis,  
Ignavia dum certo bene fieri sciunt.*

*Hi, ut gratiam referant, cum accipiunt, inquirunt.*

*Anno altero ut queatis dare iterum, precor.*

*Mos est T olosæ, cum vitam abeunt, ea die*

*Quæ foenerando male parva male possident*

*Multa erogare stolidæ per superbiam.*

*Quanquam de more, sine more, & lege, & modo.*

*Nam omissis operis permulti domi sedent*

*E sportula oscitantes. Id parum foret,*

*At temulenti inter se rixantur male*

*Dictis: atque infelices conferunt manus.*

*Ergo ut Bernoia vacca cornu ictus perit*

*Panesque & vina pro foribus gratis dabant.*

*Quidam ut gratius præ cæteris visus foret:*

*Quotannis, inquit, hoc modo detis, precor.*

#### Ad Furnium.

*Incipiam te odisse legens tua carmina Furni:*

*Qui sperassem etiam vincere posse Deos.*

*Nunc vero quoniam tua me post terga relinquis:*

*Posse doces unum nec superare virum.*

*Quin venerer potius: quid enim te vincere certem?*

*Si tu es ego, atque ego tu: victor uterque sumus.*

#### De Caluo.

*Quid monstro mortem diuine poeta minaris:*

*Quod vicit vitii omnia iudicia?*

*Infecit corpus terras, at spiritus auras:*

*Sic ignem fastu, sic bene potus, aquam.*

*Tartara dissidiis, calum impietate lacescit.*

*Quæ mors morte ipsa nequior esse potest?*

### De Dampetri versibus & suis.

*Quinque carmina versibus trecentis*

*Dampetri bona non bonis benigne.*

*Cæsar optima pessimis saluat.*

*Quæ tanto meliora multa paucis,*

*Quanto sunt potiora recta prauis.*

#### Ad Cupidinem.

*Appetente vere primo, cum tener virescit annus*

*Viniorque falce tonsas vitibus maritat vltimos,*

*Atque compari mario buculam mugire cernis,*

*Et simul gestire saltu innulo hadulos petulcos:*

*Tum tibi ut suos amores garrula ut cantillat ales.*

*Soluitur desiderata mens genuque pro puella.*

*Auiusque abit nec audit veritatem mens mouentem.*

*O Cupido, siue numen, numinisve es ira magni,*

*Si quid unquam ego male egi, ah seuerè ut vindicasti.*

*Cum mei me oblitum agebas, quo tu abire nolussti.*

#### In malum poctam.

*O poeta trifœtidis inquinatior hircis*

*O scelus male sobrius impudicior aulis,*

*Seu genus repetas nouum, siue somnia prisca.*

*Cuius anguivorus pater, cuius ebria mater.*

*Vixit ille venenifer: mater prostituit se.*

*Nec poeta, nec vltimi dignus ære poeta:*

*Sed rudentibus Arcadium consecrande Thaliss,*

*Quem feræ furie suis imbuerè papillis;*

*Spumeaque tulit cibi frustra Cerberus ore.*

*Ausus es male conditis versibus genus almum*

*Bulbitare Polymnie, Pegasique lacunam:*

*Proque eo, quod es impudens, ebriosior urna*

*An putare licebit hoc te esse inepte poetam?  
 Haud abibit id hinc tibi. V erit, volue, reuolue:  
 Non potes nisi tartari præficus numerari.*

### De Cola pictore Siculo, qui finxit aquam.

*Parmenides olim species sibi finxit: ut esset  
 Vnde ista hic fierent, quæ minor orbis habet.  
 Ad tabulas ubi Cola manus admouit: ab istis  
 Quæ hic sunt, celestis, fecit, ut esset aqua.  
 Haud alia in summo Archetypo collucet imago.  
 Hac est, in qua olim spiritus ille fuit.  
 Pace tua liceat, vobis hæc dicere, calum.  
 Plus est e nostris ponere vestra tibi.*

### Ad Vidum Brassacum.

*Cum multumque diuque cogitasset,  
 Brassace optime vera lima iuris  
 Quantum discupio placere Musis  
 Præuatim tamen ut tibi probamur  
 Puro iudicio, integroque amore.  
 Inter Herculeos latet labores.  
 Boni consulere at velis, quod huc me  
 Pusilla offero lucubratione:  
 Hac, quam ad lychnida semisomnus atram,  
 Intempesta ubi conticesceret nox,  
 Addictus Genio Catulliano.  
 Raptim præcipiti manu exarabam.  
 Tu si forte quid hic ineptiarum  
 Offendes animo tuo seuero,  
 Tum dabis veniam mihi, tibi que.  
 Tu iniristi tibi: sic tibi exedendum.*

*Ad*

### Adeundem.

*Hactenus quod improbara barbaris tacet Thalia  
 Barbarorum reprobata caussa plus valebat.  
 Nunc quod a vobis probata, non tacebit alma Clio  
 Barbarorum & reprobauit praua barbaris probata.*

### Vino cinnamomite donat præfectoros gymnasij.

*Si nectaris mihi datis recentis, & vetustis  
 De fove guttas Pegasi: guttas: fluentia plena  
 Fluentia plenis alueis, lactis meros Latinos  
 Quod nectar arte conditum est: artium omnium sequestris  
 Aequum est, redire. ut unde fit, redire discas. Ergo  
 Hoc nectaris mihi annui quod muneri clientes  
 Nuper dedere, rusticos cum repperit recessus  
 Musis inanes dulcibus, sed barbaros tumultu.  
 Isti huc volauit hinc. Si vos ei consulitis: illud  
 Curabitis, ne plus volet. Diu volare noxa est.  
 Valete, & bibite, ego Callipotius recensui.*

### Arnoldus Ferronus Atticus miserat inuectiuam in Sardum, quam postea per epistolam rogabat, ut vreret.

*Me tua ne ergo feris monumenta exurere flammis?  
 Iure eodem iubeas vrere me Latium.  
 Sit flagri reus, & mortis: sit quicquid ubique  
 Pœnarum potis est ferre patique reus.  
 Sit reus, & plusquam mortis: sit quidquid in omni  
 Inuenisse potes crimine supplicij.  
 Luce tua noctes nequeunt tenebrescere. Vitam,  
 Quam morti dederas, mors rapere vlla nequit.*

Fur Sacilio amico fustulerat commen-  
tarium de anima.

Fur tulit ille tibi non magna incommoda, quisquis  
Tam doctam est ausus surripuisse animam.  
Cordatam tibi sic sapiens animam abstulit excors:  
Tu meliorem istam, quam tibi omisit, habes.  
Hic potius iactura: tuam pro munere nobis  
Cum das: qui frueris deteriore mea.

Ex Moscho κρηιοκλέπτης.

Dum cellas vexat digitis, furumque pusilla  
Surripit argutus mella Cupido manu:  
Parca opes vindex securum, & plura parantem  
Verr. e. sana fero vulnere fixit apes.  
Excitui ille hostem, ac terram pede pulsat, & vdo  
Ter quater incensam perflat ab ore manum.  
Ignea tum lacrymans ostendit vulnere matri  
Singulians pressis blasa superciliis.  
Quodque adeo tenui sanisset barbara telo  
Tantula sit tanti vulnere auctor apes.  
Cuiridens genitrix: Ne me his incesse querelis.  
Tu quoque tam parvus vulnere quanta facis?

Certat cū Automedonte, aut Anacreonte.

Tecum mihi quid o Mars,  
Qui sanguinem profundis?  
Nocturna qui Cytheres  
Frequento castra mitis?  
Procul paterna regna:  
Procul cruenta bella.  
Abite cura onusta  
Metuque, speque lenta.

Aurum

Aurum vale nefandum,  
Quod peierare cogis:  
Fratresque ad inuicem armas:  
Diros facis parentes,  
Et impias nouercas.  
Adeste mi corolla.  
Spiret recens otium,  
Sed quale semisomno  
Dat Noctiluca amanti.  
Adeste mi chorea:  
Post hanc somne dulcis  
Molli madens Lyco.  
Praesens quod est, memento.  
Quis scit, quod est futurum?

Apologus de se & Caluo.

Vt vulpes vidit generosum e monte leonem  
Rustica, leuifero concidit ista metu.  
Lux mitem ut propius detexit postera regem,  
Audax vicino constitit acta gradu.  
Ergo etiam blandi componens murmura vultus  
In folio magni est ausa sedere ducis.  
Magnanimum ille caput iorua cervice superbum,  
Atque oculi torquens lumina sana trunci,  
Vngue fero Stygias miseram detrusit ad undas:  
Addidit atque atrox horrida verba neci.  
Ignotus, notusque, idem leo. Spernis amicum,  
Horrebas cuius hostica facta, peri.

Certat cum Aufonio.

Aut extra arato est circumdata bucula tergo:  
Aut intus spirant dura metalla bouem.

Item.

*Est ubi, ait Myron, quam feci bucula? Quippe  
Non fuit hæc, inquit: huius imago fuit.*

De Niobe saxea.

*Intus sepulcrum non habet cadaver.  
Extra cadaver non habet sepulcrum.  
Sibi est idem cadaver & sepulcrum.*

Cum Antipatro.

*Quæ segmentatis pressisset paruula cunis  
Mollia purpureis strugula picta notis:  
Cuius tabificus lumen quod spirat ocellis  
Mollitia superant quæ bona somnus habet:  
Lenta trabens liquido illa, atq; osse carentia duro  
Brachia (nam Pholoe lactea rota fuit)  
Millia tela suis habetavit lusibus. hoc est:  
Sola adimit Marti fortia tela Venus.*

De S. auaro.

*Illuvia, diraq; fame moriturus Alastor  
Hæredem sese scripserat ipse sibi.  
Improbe, quid ficto tabulas hærede fatigas?  
Qui tibi non vixti, nec tibi posse mori est.*

Ad Cupidinem.

*Pace tua, mihi seu mitis, seu dire Cupido,  
Hoc dicam tamen hoc, pace Cupido tua.  
Et puer es tu, & stulta tua est victoria. Cuncta  
Ecce amo, te præter, omnia non amo te.  
Irafcere mihi: nec erit, quod amare potis sim?  
Nil ne etiam? Inuiuo te hoc amo: non amo te.*

Ad

Ad Dampetrum:

*Diuinum mihi Dampetrum quod olim  
Finxeram, mihi dixerant amici:  
Persuadebat opinio volenti  
Summa, ima, omnia de bono poeta:  
Ius amicitia iubebat, illis  
Credere omnia de pio poeta.  
Nunc cum alios animi mei recessus  
Aucis myrothecii refuso  
Colliquamine nectaris Larini  
Intimos animi imbuit recessus:  
Oro ignoscite candidi sodales  
Non vobis, mihi non mihi ipse credo:  
Qui putastis amicali pusilla  
Tam grandem recitatione vatem  
Principem recitare literarum?  
Non potestis. At o tibi tibi ipsi  
Soli Dampetre, Dampetroque soli.  
Tuo carmine maximo poeta  
Pote ostendere maximum poetam.*

Ad Lapidanum.

*Ne feroc hiemis gelu pura corda retundat,  
Corda Melpomene Dea digna, dignaque Phœbo,  
Paruuli moderatur o Sylui Lapidane:  
Mox ubi pede sordido prela pomifer annus  
Decoloribus ebrius inquinauerit vuis,  
Mutis accipies Dei leta dona trimatris:  
Nam prius Semeles locos turgidus sinuarat:  
Mox femur Iouis intimum fecerat sibi curuum.  
Nunc tepore nouo meis creuit in sabuletis.  
O Deum Semele genus mater alma bicornis:*

Iuppiter pater, ardui temperator Olympi:  
 Vestrâ pignora habete vos. Nil ego moror ista.  
 Tertium volo Liberi, latus omine, foetum.  
 Qui simul latice inclyto Pegasi bene iunctus  
 Me pigrum ignigeno ruat, percitatque furore,  
 Prouocemque patrem Polyymnia Lapidanum:  
 Vt de ea Polyymnia Polipinia fiat.

## Lusus amatorius.

Surrupuit mihi me Somnus, sed surripientem  
 Durus Amor, mordax, curaque surripuit.  
 Surrupuit Bromius vigilantis tedia cura.  
 Solus restat adhuc imperiosus Amor.  
 Ast hunc surripere haud potis est vis ulla Deorum.  
 Non si ter tanto numma plura forent.  
 In me cuncta potest, & cunctis plura Thyella:  
 Ast hunc nec mihi sic surripere illa potest.  
 Nam seu me fugit illa, furens magis crescit Amor mi.  
 Sive petii dulci neſciare, crescit item.

## Ad Atticum de Mauro.

Gorgone Scaligera quod non lapis Attice fiat  
 Maurus iners, queris? saxeus ante fuit.

## Ajax Oileus pictus in tela.

Affice dissectis crepitantes nubibus ignes,  
 Quos quatit ultrici Palladis ira manu.  
 Hinc rapidas moriens furiato pectore flammâs:  
 Inde minas rigido lumine spirat adhuc.  
 Miraris tenues non lasas fulmine telas?  
 Parcere vult operi magna Minerva suo.

## De patriæ desiderio.

Charilae, grauiſſimi candidiſſima patris

Inter omnia sanguinis, militaris origo.  
 Qui sacram, referens auos, fers nepotibus auram,  
 Quis dies rosea vehens flaua munera lucis  
 O mihi veteres Deos, patriosque Penates  
 Morstret e vitreo sinu Syrmionis amœni!  
 Hic ubi pelagis modo, legibusque solutus  
 Vitreas aperit pigri Mincii pater undas.  
 Quaeue Barbara mitibus collibus ingamutans  
 Obsitus cumulo aggeris, pontibusque superbis  
 Incitas Athēsis riuu vorticofus arenas?

Orbis o veteris decus, flos nitensque recentis  
 Te voco Italia nitior, te parentis ocelle,  
 Quae fouem gremio gerens, dona robore Martis  
 Mater ingenis potens, nec feris minor armis  
 Multa millia ciuium splendidiſſima nutris  
 Igneis animis truces, nite pectus habentes,  
 Dexteras animis pares, Martiosque lacertos.  
 O mihi tot habens Deos, quo: fones Dea ciues,  
 Serios, faciles, graues, nulla in arte secundos.  
 Qui Atticis quoties iocis mellea ora resoluunt,  
 Spirat e roseis labris transmarina Cybere.  
 Sive seria conduntur cantionibus orſa  
 Musa Maony senis conticescere gaudet.  
 Quae desiderium mihi hoc vlla leniat horat  
 Cui spei reliquum nihil: cui super nihil extat.  
 Haurio arma, duces, equos, vniuidamque iuuentam,  
 Eductasque polo domos, bellicasque cateruas.  
 Aegrum in illuue trahens spiritum miser, absens.  
 Vnus hoc potuit mihi perituisse leuamen  
 Charilaus ab inclyta flore nobilitatis:  
 Mente qui tenera senum prisca secula condens  
 Patrii genium soli, ac regna fronte reportans

*Ne sic patriæ memor: solus omnia præstat.*

*Ad Sabinum.*

*Sabine, quod me versibus tuis vehis*

*Suprema ad usq; sidera.*

*Meaque dictionis aureum stilum,*

*Ciuumq; flumen prædicas:*

*Communibus quemadmodum sodalibus.*

*Mibi relatum identidem est:*

*Quorum Heluius sic principem locum sibi*

*Vtroque iure vindicat,*

*Vt literarum, ut candida mentis nota*

*Retro relinquat cæteros.*

*Grates ago Sabine, sed grates meras*

*Puro profectas pectore.*

*Vt qui mei, meq; plane conscius*

*Obscuritatis perditæ*

*Regerere merito laudis id queam tibi*

*Quam tot labores postulant.*

*Petuntq; iure postero, & prisce simul:*

*Ei quale nunc est seculum.*

*Nam obliuione & negligentia boni*

*Nomen poetæ qui oblitum*

*Desiderantq; popularibus tuis*

*Sic libera manu asseris:*

*Nam quis poetam, quis poetarum patrem*

*Te non, Sabine, prædicet?*

*Et quem patronum Tullius sensit, fori*

*Te vindicem prisce neget?*

*De Bardotto Franciscano.*

*Bardottus similem medicis se dicit, & inquit:*

*Euellunt morbum ex corpore, ego ex animo.*

*Sunt potius similes alues, si comparet. Illi*

*Potibus immeritos, vocibus ille necat.*

*Quin potius sint dissimiles, si dispicit. Illi*

*Carnifices miseri corporis, ille anima.*

*Ad Andream Melanchthonem.*

*Non tibi dolet Melanch: bon vinculorum acerbitas.*

*Sic fortis es, sic spiritus dicitur Dei.*

*Nos æolemus his malis te detineri pessimis,*

*Dolore, morbo, carcere, siti, & fame.*

*Si quid officina possit nostra Christi munere*

*Opeq; quantum iure supremo valent:*

*Id tibi dicamus omne: fortitudo, veritas,*

*Virtus, potestas, dignitas Christi, decus*

*Eximat pudore tristi, ferreisque vinculis*

*Reddens sereno lucidum vultum polo.*

*Perfer, obdura, precare Caluum: regem Deum.*

*Deum inuicem precabimur Deo satum:*

*Sospitem redonet aure patriæ, patri, domo*

*Carum, atq; amatum, & splendidum, & lautum tuis.*

*Ad Mellinum Sangelasium.*

*Melline Franci gloria luminis,*

*Melline montis fama buueticis,*

*Quem fama se maior, minor te*

*Atq; tuis meritis triumphat.*

*Sunt, quos fluentis cursus Horatij*

*Leporg; dulcis, grataque puritas,*

*Et flexus ille par Deorum*

*Cantibus arripiat stupentes.*

*Trabatq; secum, more ruentium*

*Septentrionum, aut Eridani trucus,*

*Pallente pastorum magistro*

*Insubricum populantis arium.*

*At me audientem sub numeris tyram*

*Tuis loquentem candida secula,*

*Quibus reniuit resurgens*

*Nobilibus studiis Apollo.*

*Non fastuose barbui aurea*

*Thebea reductum collocat in sinu*

*Alte sonantis incitato*

*Melpomenes quoque digna plectro.*

*Quem prisca auorum Martia pectora*

*Auersa Musis, atque choris Deum*

*Incusserant vobis pudorem*

*Vnus inertem animose tollis.*

*Sic dia sudi ros soboles Poli*

*Perusta dira tabe Canicula*

*Redintegrat refecta, quantum*

*Regna opere Cereris reposcunt.*

*Sic te legentem prata per auia,*

*Pictasque lamas ferta Polymnia*

*Aptanda: miramur domare*

*Funeris imperiosa fata.*

*O fons beati carminis, ut tui*

*Creuere large fluminis agmina.*

*Vnde inuidere vorticofo*

*Aut Athesi Tyberive possint.*

*O ille felix ter, quater, amplius,*

*In quem tuus ros calitus excidit.*

*Cui vena diues imminentem*

*Fati abolet timidam querelam.*

*Ad Marinellum Cyprianum.*

*Quo me pacto habeam Marille quaris?*

*Quo*

*Quo pacto me habeat parabilis fors?*

*An mutauerit impudica vulum?*

*Expingam hac Erysiichthonem tabella*

*Ideam horribilem esuritionum.*

*Vestigal quatit, haurit usque ad ossa*

*Penitius penitissimis medullis.*

*Mars circumionat impio furore.*

*Lutes crimina pestilentis orbis*

*Laus sunt maxima seculi nocentis.*

*Aeger, aridus, imbecillis, expes,*

*Expecto, expeto, pronocoque,*

*Ne te decipe barbaro solæco.*

*Et spes abiucio, & pedes requiro.*

*Et expem refer, expedem referque.*

*Ab si non queo pugnam inire, ut ante*

*Saltem huius vice non fuga est relicta?*

*Mediocritas.*

*Ne Gyga mihi, ne proterua Mida*

*Effer muneris: ne superba magno*

*Mendax Graccia qua iacit tumultu.*

*Ne mi cadibus inquinata diris*

*Latis otia comparata fundis.*

*Arridens mihi vita, parca, leta*

*Se contenta, sibi modum reponens*

*Me in calum referat beatiorum.*

*Illud nil nimis est nimis probatum.*

*De Caluo.*

*Caluum nescio quem in meis libellis*

*Iuueni rabie inuida inquietum.*

*Diris sordibus obrutum vetustis*

*Matrisq; & patris, atque aui, atque auorum,  
Ego nescio quis sit iste Caluus  
Nisi sit, qui asinos fricabat olim.*

## De Britone.

*Nullus Brito bonus: memini dictum esse poetæ,  
Hoc addo: non si sit quoque Brito Deus.  
Nanque malum tunc Brito Deum prius esse parabit:  
Britonem faciat quam Deus ipse bonum.*

## De Drufaco &amp; Sabello.

*Drufaco merito laceratur fœmina. Monstrum  
Non nisi Drufacum gignere monstra queunt.  
Verum eadem immerito laceratur fœmina: si non  
Aut par aut potior inde Sabelle venis.*

## De poeta bibaqua.

*Potor aqua, si scripta, mero sine, languida tangis,  
Spongia tantundem grata reponet aqua.*

## De Atti.

*Obiecit mihi Gallicanus. Attis,  
Quod essem fugitanti laboris,  
Pigræ segnitie obrutus veterni.  
Atq; ibi illico falsus ille, bellus  
Locuturus in aurium recessu  
Halavit sceleratam eam Mephitim,  
Quam eructat bibuli senis barathrum.  
Hic ille, ille ego, segnis, & pigellus,  
Actuum, ocior in pedes: sagitta.  
Dij Atti tibi bene ac benigne  
Dent quacumq; petiueris petenti,  
Qui mi stercore diluis veternum.*

## Ad Apollinem.

*Aurei plenum mediantis iclum  
Arbiter sincere, paterque Pean  
Pectinis, quali premit aura durum  
Daunia Fatum.*

*Seu feras certo metuende telo  
Conficis: seu te positus sagittis  
Suspicit Delos reducem, quoque  
Pondere gaudet,*

*Dameæ flexum lepidum Camœna  
Dum comes luci zephyrus cadenti  
Feri sauo Cane stante campos  
Mulcet hiantes.*

*Lenit alterno spatiosa colles  
Fervidos gressu requies: amatum  
Taurus abrumpens opus, otiosas  
Ruminat herbas.*

*Prodige effusam taciturnus umbram  
Legit equari genius diei.  
Errat in campis vacuum soluto  
Pectore coruus.*

*Dum mihi saui moderator arcus  
Hostis inuisæ Veneri quietis  
Ingerens flammæ, vaser obsoletum  
Suscitat ignem.*

*Blandaque antiqui memorem furoris  
Dilat accentum lyra: nec iocosis  
Abstinet vocalis amico ab antro  
Pulsibus Echo.*

*Vber arguto saliens fluente  
Fistula aridet: trepidumque puro*



*Gestians riuo fluuius canoras*

*Temperat undas.*

*Musaque hic mecum lauis obloquentes*

*Expediit chordas: vitreumque vultum*

*Verba de fossis oculis doloſo*

*Lumine dantem.*

*Cantat: & claras hilarata flammis*

*Per leueis ducit numeros, paresque*

*Dulcis impellit tremulos vaganti*

*Pollice neruos.*

*Grandior ſæuo latium tumultu*

*Puluerem cerret grauiore plectro*

*Dum ferit forti pede concitatos*

*Agmine campos.*

*Me nec inuſo tumidum cruore*

*Signa depoſcunt: neque caſtra molles*

*Euij curas, & amica noctis*

*Bella canentem.*

### De tribus lupis.

*Tres Agenni ſunt lupi acres: peſtilens eſt ultimus.*

*Et vorax mirum in modum ille: ſed ſecundus eſt pecus*

*Primus eſt leo famelicus ſittor ſanguinis.*

*Ex eis videtur ille, qui ſecundus, opimus.*

*Sed cauebis, ſi ſapis, ne edas: quia dixeram pecus.*

*Mortuum nam edet vigens te, vel vigentem mortuum.*

*Niobe. Certat cum Callimacho.*

*Ex viua Dy me marmor, de marmore viuam*

*Praxiteles: tanto plus valet illa manus.*

*Eadem.*

*Ne queras Niobe, quare eſt ex anguis imago.*

*Quod Dy fecerunt, ars imitatur opus.*

*Ad*

### Ad Maidiuum & Bergium.

*Maidiui optime, multum amate Bergi*

*Bina corcula noſtra, bini ocelli,*

*Gratias pluuiis ago benignis,*

*Quæ vos detinere: ne miſellum*

*V eſtrum deſereretis hic ſodalem.*

*Et Mida ſequeremini culinam.*

*Quare corcula bina, bini ocelli*

*Hic prandebitis, hic iocabimur, ne*

*Mida forte ſequamini culinam.*

### De Broteo.

*Vxorem non ducebas, te duxerat vxor.*

*Non illam, illius dum ſequereris opes.*

*Qui ſequitur, rapiunt: qui ducit, ducitur: hoc eſt*

*Monſtrum hominis decuit non niſi monſtra ſequi.*

### De eodem.

*Qui Venere irata roſtro ſit turpis obunco:*

*Is ne torum Veneris ſecum habuiſſe poteſt?*

*Qui latia Venere inuita vult hiſcere Romam:*

*Quicquam Romani huic vertere in ore poteſt?*

*Pallade qui Graia inſenſa Propylea minatur:*

*Eſſe Periclaio huic neſtare guita poteſt?*

*Os turget: ſtrepit in Latio: fringuit Athenis.*

*At pius eſt imo pernegat eſſe Deum.*

### De morte auiculæ Bandelli.

*Cur flet auem Bandellus homo? canit ille canora:*

*Et vari vates, & numeris numeros.*

*Nam ſi quem ex meritis caeſtia numina curant,*

*Digna erat in terris viuere ſemper auis.*

*At si instant meritis caelestia numina: nulla  
 Digna illam in terris turba videre fuit.  
 Quod si nullam habuit talem sibi Iuppiter: ausis  
 Debui inferior Iuppiter esse suis.  
 Quin similem ergo tui quia non habet ille poetam:  
 In calum pariter ne repiare, caue.*

De Bandelli amoribus Thusca  
 lingua decan-  
 tatis.

*Maxime Phœbigenum, cui Thusco æqualis Homero  
 Lydia Maximo nectare vena fluit:  
 Vnde tibi ætherios immensi numinis haustus  
 Largus opum pleno pectore spirat amor?  
 Tantus eras vates, tanta est Lucretia. An ipsum  
 Hoc illi dederas? an dedit illa tibi?  
 Dum celo imponis, transcendes sidera. Sic te  
 Dat Dea, tam rari carminis esse Deum.*

In picturam Iacob dormientis ad  
 fcalam.

*Vera vides immortalis monumenta triumphii,  
 Tot tibi Martigenas qui pepigere duces.  
 Hinc terram domitam premit: hinc expugnat Olympii.  
 Haud aliter decet hac signa referre Deos.*

Ad Diam caractere Ca-  
 tulliano.

*Dia flammata requies Camœna,  
 Quam ferox sagittiferis aceris  
 Ales huc illuc volitans in ignes  
 Arciger urget.*

*Ipso ego hinc tecum per inhosptialis  
 Syrtium fauces, inimica nautis  
 Vidis qua vorticibus procella  
 Tunditur Euri.*

*Duc per immensum pelagi profundum  
 Qua lavat sol emeritas quadrigas  
 Quod latus falso Hesperius Palemon  
 Subluit æstu.*

*Duc per incerto loca cæca sole  
 Tartari, dirique Acherontis undam:  
 Aut tibi præceps Phlegethon avarum  
 Euomit ignem.*

*Tu mihi lentas operosa luces  
 Incitas, tu lenta facis, proteruo  
 Obruens nostrum sine fine lasum  
 Frigida pectus.*

*Mutuo postquam dubius recessu  
 Spiritus tractum relegens supinum  
 In te abi diri rapido furoris  
 Percitus æstro.*

*Nunc sequens prisca fugitiva vita  
 Cor sue vestigia, te requirens  
 Hæret, ut caram sobolem per alii  
 Aua Pindi.*

*Ingemit raptum misera mater  
 Et nemo prædonem agere, aut ouile  
 Proditorem accusat, & immerenti  
 Perfida prata.*

*Ipsa vox mœsti speciem doloris  
 Intimam præfert, quotiesque natum  
 Inuocat, sylua reduci fateri  
 Voce latentem.*

*At virens pulsum lateris tenellis  
 Illus fulsit torus: ut vagantur  
 Pulcher illuxit locus, & reducta  
 Sepibus umbra.  
 Illa si dumos virides lacertos  
 Audit motare: micat repente  
 Auribus fictum metuens metum, & vanam  
 Anxia syluam.*

## Ad Maidiuium.

*Audi Maidiui, quid aliud agenti, malo  
 Hominum iudicio forte fortuna euenit.  
 Postquam suo Budæus est functus suo,  
 Venerunt ad me literæ a Garo meo.  
 Multa perhumane, amice omnia, tunc præter id:  
 Ut principatum literatorum mihi  
 Nunc vindicarem, dum sedes, inquit, vacat.  
 Pro meo instituto p. uicis respondi, Gare  
 Viuente Budæo, is, qui non primus fuit,  
 Nec primus, nec secundus illo est mortuo.*

## Mulieris idea rara.

*Pauca loquens, vacuata superstitione, pudica  
 Magna ex parte domi sedula, rara foris:  
 Non conuiuia, non scenas, nec templa fatigans.  
 Nec fugiens: nil dans, & nihil accipiens.  
 Non percontatrix: non vicine incita luxu:  
 Neve memor dotis, neve memor generis.  
 Attenta imperiis: facile officiosa marito:  
 Semihilaris, patiens, sobria, munda, pia.  
 Non suspiratrix, non fletrix, denique tantum  
 Ipsa sibi placeat, si placitura viro est.*

*Sunt gravia atque operosa? Nega bona, durius atque  
 Maiorisque opera, quæ uolet esse mala.*

*Io. Petrus Vspertus mihi ægrotanti  
 morbo, amore, & æstu  
 anni.*

*Si positi celsis in collibus urimur æstu  
 Ventus ubi assiduo flamine recta quatit:  
 Quo te coniciam torreri Scaliger igne  
 Et Phœbi, & quo nunc Itala terra calet?  
 Ah ne te antiquis multatum viribus urat  
 Acer uterque ignis, acrior ille tamen.  
 Hinc ætatis onus, morbi hinc incommoda tanti  
 Me torrent, curas exacuantque meas.  
 Quo melior quisque est, plures hoc inuida fata  
 Inuendunt laqueos, insidiasque parant:  
 Pelidæ uidi Thersites funera magni.  
 Hæctoreo fratres iusta tulere rogo:  
 Proinde caue, & tua quo uita est præstantior omni  
 Hoc uite maior sit tibi cura tua.*

## Responsio.

*Si nequit Aeolis pacari statibus æstus:  
 Inq, alius auget collibus aura faces:  
 Hoc uobis dam fata, quibus licet æthere largo  
 Cælestes propius posse videre Deos.  
 Id miror magis: æterno mea flamma triumpho  
 Si me plus absens plus coquit igne suo.*

*Ad eundem Vspertum xenia  
 ægrotans.*

*En Vsperte tibi præsentis xenia mortis.*

*At tu felici sidere vine diu.  
Sic tibi blanda suos tua Marua donet ocellos,  
Infigatq; tuis oscula sancta labris.  
Hæc misera ingrato committes verba sepulcro:  
Ni prius hic, prius hic mortuus esset amans.  
Ad Georgium Buchananum.*

*Felix Georgi lactea vene pater,  
Que ditat immensum mare:  
Quid barbarorum voce squallentem absona,  
Mensque nugis obstuim,  
Inepturientem non ferendis artibus  
Audire memet postulas?  
Plectrumne Phœbo temperante, Marsyas  
Tentabit ictum pollicis?  
Amabiles Thalia si faciat modos:  
Garrere pica gestiet?  
Te natum ad alia Pegasi cacumina:  
Te penie susceptum sinu  
Regina sacri magna Calliope soni  
Liquore non noto imbuit.  
Deditq; palmam ferre de tot gentibus,  
Launa quot colit cohors.  
Puris beata voce tessellis niior  
Perstringit aures candidas.  
Flexuq; ducta vena dulcis aureo  
Quam sustulit, uerat sitim.  
O me superbum mole sublatum noua  
Te litteratorum Deo.  
Desideratum abesse se, ut scribis, doles,  
Quod aliquid esse me putes.  
Tute ipse contemplator: in quo cuncta sunt:  
Et vota lenes tua.*

## De Grifaco.

*Garnifici, a medico consumptus tabe Grifacus,  
Factus mortis ope est albidus, ante niger.  
Exclamat vulgus: Se vino pulchrior. Atqui  
Exclamat sapiens: Pulchrior, & melior.*

De Galeno, Pontano,  
Erasmo.

*Qui nimis arrodit, nimis ipsum se anxius urget,  
Hunc nescire manum tollere de tabula.  
Ast ubi tu cumulas Asiatica radia nugis,  
Hoc nescire manum est tollere de tabula.*

Tumulus Sabot Catelli  
Bandelli.

*Cana fides, modico fueras que clausa Catello,  
Cumque fide raro numine iuncta Venus:  
Gratiæque & variis aries qui lusibus ambis  
Nequitias faciens deliciosus Amor.  
Quo nunc ibitis? aut que vos noua scena recepit?  
Postquam actus pompa funeris ille iacerit?  
Parue Sabot, res mira, ac Thusci cura Maronis:  
Et quouis merito calue digne Deo:  
Et tumulum, & lacrymas, quin & pia vota tulisti,  
Et sineret, ferres carmina digna dolor.  
Quantus eras, cum tam grandis nunc pectora vatis  
Tam modico tecum marmore tectus habes?*

Dedicatio Theocrenes fontis  
Viuciani.

*Vidi soboles Iouis  
Virei decus atheris,*

Cuius in gremium pater  
 Lucis, Oceanus pater  
 Hausta viscera fudit.  
 Cui prius latebris fera  
 Rupis, indomiti iugi  
 Delitescere fas fuit,  
 Fas fluenta nono noua  
 Sacra prodere calo.  
 Non equi leuis unguis  
 Bruta te elicit foras  
 (Nil nisi Deus hic agit)  
 Qui creauit, is & vocat  
 Scaliger Theocrenem.

Surge purus ad obuij  
 Pura lumina solis, ut  
 Non olens caper, aut ouis  
 Imbuat scatebras tuas  
 Immerente cruore.  
 Non meri tibi fundere  
 Poculum licet: at tu us  
 Ipse totus eris sacer,  
 Cum nouas liquida bibes  
 Vatis aure Camenae.

### Iudicium.

Quod me rogarunt hesternae die viri  
 Docti & faceti V sperite, id nunc scribam tibi  
 Quid de Longolio sentis? inquit. Egon?  
 Claudum sutorem, qui semper domi sedens  
 Facta reficit: sed vesti illi nihil subest.  
 Quid de Budeo? ferrum hic, & silices spuit,  
 Quibus necantur aures audientium.  
 Erasmi arena quauis aura tollitur:

Maiore ventoque ingruente differt,  
 At quid Doletus trahat? Respondi, lutum.  
 Nam nec calcem, nec arenam vult porcus sibi.

### De catella.

Vnica mirificis pariuindis apta cauellis  
 Se maior Melite est ex Adamante meo.  
 Tam paruo studium, tam pene in corpore nullo?  
 Sic paruo, aut nullo clauditur orbe fides.

### De suo morbo.

Ergo ego, qui nec facta hominum, nec facta Deorum  
 Curabam amenti pectore, torua anima:  
 Qui Diuum bona contempsi, qui sidera spreui:  
 Qui magni irrisi tela irrisulca Iouis,  
 Plector: & indomito nequicquam obseffus ab igni,  
 Exitij patior pignora certa mei?  
 Et mihi sum, ut desum, & desum ut possim esse superstes?  
 Omnia nunc feci, nunc nihil ut fierem?  
 Spirat adhuc vis fulminea vesana iuuenta.  
 Vt vir sim: ambitio non sinat esse hominem?

### De sua tabe.

Mollia cum in viridi tererem piger otia ripa,  
 Qua stabili rapidas obice carpit aquas:  
 Hei mihi tota sibi peregrina refluxit imago:  
 Infremuiq; intus fractus ab ira animus.  
 Quado? ubi? quisnam auctor? queis me aribus ipse reliqui?  
 Qui non sim? quare vita vocanda mea est?

Somnium non fictum, ad Matthæum

### Bandellum.

Anima cum libera foret ab officiis suis,  
 Quas vulgo functiones ciuiles vocant,  
 Propter dolorum impedimenta, quae mihi

Quotidianum interdixere usum mei,  
 Reducta in artem principem, ac veram, sus-  
 Compos, domina, regina, meliores vices  
 Sibi arrogauit, serua exiua compede  
 Ac sibi se insinuata, mortalis globi,  
 Aggreditur principia assequi, ac verum Deum.  
 Et iuncta cum caelestibus cohortibus  
 Vetera recenset, dehinc contemplantur noua:  
 Et prospicit futura consulta, & cata.  
 Iccirco nox est tertia, quae futura ab hac  
 Distabat cum sum visus certis edibus  
 Superuenire tum inchoatis candido  
 E marmore. Ibi materia similis plurima  
 Iacebat. Igitur ego operi accingor nouo.  
 Imponitur lapis vnus, & item alter, tertio  
 Additur & quartus: adeoque ad amussim omnia.  
 Sed mirum dicitur cuncta visa crescere.  
 Placet. Laboris tædet, & tempus monet  
 Domi expectari. ego ades, somnus me deserit.  
 Postridie eius diei, quae est secuta nox  
 Eundem apparatus marmoreum ostendit mihi.  
 Accedo. Video templum, non domum. Magis  
 Placet, parem operam pono, quam prius, nihil  
 Minus crescere camenta mirandum in modum.  
 Cum me laboris insolentem, & marcidum  
 Somnus reliquit: noxle ut alia fecerat.  
 Ast quae antecessit hunc, in quo scribo, diem  
 Ostendit montem calo eductum, & arduum:  
 Salebris, scrupis que obductum, ac vepriis oblitum.  
 In summo lux immensa: sedes commoda:  
 Aque salientes: herbidi ripis tori.  
 Ibi ad radices multi ex multis gentibus

Armati,

Arnati, inermes, saturi, consumpti inedia,  
 Senes, puellitum statae etatis viri.  
 Obambulare, volitare, aditum querere:  
 Oportere per pericula, atque incommoda  
 Cacumina opera quisque nancisci sua.  
 Ego adære gradum, primum illi irridere me:  
 Deinde somnari. Ego nihilominus tamen  
 Mihi ipse dare animum, & illis verba: neque me in eo  
 Deferere articulo occasionis tam bonæ.  
 Donec beati tandem compotem loci  
 Sedes recærit, fessum, ac letum, ast illico  
 Cessit diei somnus, & laboribus.  
 At tu Bindelle, qui calum prope es meum:  
 Audis, auribus. (proh Dijs, quid tu vis tibi?)  
 Cui floret sterilis glacies hiberno gelu:  
 Diuina affluis aura, & illo spiritu,  
 Qui mihi te fecit iam poetarum Deum:  
 Aut somnium interpretare: aut si quid mali  
 Subest, amico quod graueris soluere,  
 Exora, ut a me hac auerruncasset Deus.

### Dedicatio theatreoli naturalis Viuesiani.

Lata frequens saxo qua circumfusa silenti  
 Sibilat argutis turba canora coepris:  
 Nutanti adnutant. denso soror orbe sorori  
 Vixne amplexu tentat inire sue.  
 Hic rapidi Syluane, anis mollissimus horas  
 Frangere, & his crispis membra leuare potes.  
 Et gelido de fonte sacro haurire liquores:  
 Grandiaque ancipiti urpere poma manu.  
 Cetera, quae faciles promittunt gaudia Nymphæ  
 Vel calum hac densa nua latere queunt.

## De Ligure.

*Vipera Tartareum Ligurem calcata momordit:  
Ipsa & obit: par mors utraq; utriq; fuit.*

## De Sobrino, &amp; Petrono.

*Sobrino nihil est a me, nisi lora, profectum.*

*Ast dono inuito milia multa dedi.*

*Petrono a me ipso plus me ipso est sepe tributum:*

*Qui extremo in casu munera pauca negat.*

*Rusticus illustri differt hoc, candidus atro.*

*Quid precer utriq;? hoc: sit, quod uterq; vlit.*

## De Poetis.

*Si hæc est conditio misera Solimane Poësis,*

*Post neglecta suos vi iaceat cineres:*

*Ab ego vos mutas optem siluisse, Camæna*

*Morte hæc vita illa si sit emenda mihi.*

*Pauper, & ingratis Clio blandita valeto.*

*Si quam alyis vitam comparat, ipsa cæet.*

## De amasio non ficta.

*Conuomuit cyathos patinator amasius. Aura*

*Ter, quater infami concrepuere naes.*

*Somno vincti oculi: vino intestina solta*

*Signarunt caligas fœridiore nota.*

*Diffigere omnes, sic sic iuuat, ille, fu, asse.*

*Auf gite: ing; malum hinc ocis, ut cruce.*

*Et rebibit, quantum vitreum compleuerat orbem.*

*Sic demonstrandi est circulus, iste modus.*

*Di tibi dent, quæcunq; cupis, omisator amasi.*

*Rem facies. Nullo sic per hora modo.*

## De uco.

*Magna Gallia plurimis opibus:*

*Ingens Gallia maximis triumphis:*

*Felix Gallia voce multilingui:*

*Immensis opibus, sinu beato:*

*Diuina sapientia referta:*

*Insignis pietate singulari,*

*Vno perdita proditore fuco est.*

## De Caluo.

*Calue bibis vappam, generosa Chalossia vendis.*

*Hoc bibere est alyis, vendere Calue tibi.*

## Ad Goueanum.

*Te licet innumero ameat lectore Tolosa:*

*Rara etenim, & claris conspicienda viris:*

*Augustaq; premat Caturcos mole senatus,*

*Cuius ab excelso numine iura vident:*

*Inde tamen potiora tue ad miracula lingua,*

*Ing; loco veteris fratris habendus adit*

*Sylvius extrema non vltima cura senecta,*

*Quo indocto patrem viuere posse neges.*

*Pignore non opus hoc fuerat, sed pignus habes, seu*

*Cordis habes animam, seu cor habes anima.*

## Epitaphium grammatici Mauri.

*Barbarie miserum Latium qui conspuit atra:*

*Dedidit pure quo duce Roma loqui:*

*Ridicula pueris cathedra, scuticag; relicta,*

*Nunc docet informem barbara verba canem.*

## De Baræno monacho.

*Si quis peior eo esse potest, quod pessimum habetur*

*Peior tanto bis, terq; Baranus erit.*

*Nec quicquam esse potest peius peiore Barano,*

*Non si se attinget vincere velle simul.*

*Ipse, ut se vincat vitibus? quin posse Baranum  
 Vincere sic nusquam vis potis ulla hominis.  
 Nulla hominis vis, nulla poli, vis nulla Deorum.  
 Non si ter tanto numina plura forent.  
 Si qua illum fecit, tum in eo natura quieuit,  
 Si non naturam fecit & ipse suam.*

### Ad Venerem.

*Alma parens Amorum,  
 Hesperus quos purpurea conciliat marito:  
 Tu potes imminuentem  
 Epulo in sylvas gelidam ducere Noctilucam.  
 Nec minus inquieto  
 Peruium ponti fremitum sternere rite amanti.  
 Te duce coniugatas.  
 Ebriis thyrsos increpitat frondibus impedito  
 Lynceas amatus Euan.  
 Tum decus veris Zephyros floriparis ab antris  
 In gremium Cybeles  
 Euocas, postquam teneri cura momordit Atyr.  
 Frigida restituito  
 Iam vacant anno nemora, & canities recessit.  
 Flumina laxiore  
 Profluunt cursu, & solitas iam didicere ripas.  
 O numeris iocosos  
 Mollibus consperge sales, & Latium decorem.  
 Tedia dum soluta  
 Voce declino, & strepitum sollicitosque vulsus  
 Aeolioque mecum  
 Docta vocales animat pollice Dia chordas.*

### Epicurus.

*Lude, bibe, obgracare, piger. Quid scire futurum?*

*Quid*

*Quid mens solicio fessa labore ruit?  
 Vi potes, & potes, & edas, mortalia senti.  
 Viuere nanque & non viuere, prorsus idem.  
 Hac vite summa est. Momentis vteris. At te  
 Mortuo habent alij omnia, tuque nihil.*

### Dedicatio quercus Viuesianæ.

*Cui calum, cui terra parens, terraque parentis  
 Parenti fecundo viscera plena sinu:  
 Hac tibi pro veteri vita mortalis honore,  
 Et quod seruato fert sibi ciue decus:  
 Qui das, qui seruas vitam bone Iuppiter idem,  
 Et vita, & mortis munera quercus obit.*

### De Marano.

*Iudaus Supra est, sed se negat esse Maranum.  
 Signa tibi dicam: cetera mando Deis.  
 Cuius pars Mosi data sit, pars altera Christo.  
 Sed cuius Moses Christum habitare vetet.  
 Cor teneat Mahumer: simulent tria verbulæ Christum.  
 Postquam signa de di: cetera mando tibi.*

### De Secundo.

*Culina, myrotheca, prostiuitrina  
 Sunt res Secundi sceptræ, regna, regia.  
 Quid mi horrida, inquit, ille cum meditrina?  
 Valenti ab oculis ventre, lumbis, cruribus.  
 Valeo hercle, nec opus est mihi his quicquam.  
 Quomodo vales Marane, si nihil vales?*



Hyporchema omnium poematiura  
operosissimum Baccho, Sileno,  
Pani, Gratiis, Cupidini,  
Cybelæ, Veneri, He-  
ræ, Nemefi.

Bene citus ego pede celere magis ago numeros:  
Abeoque Venere duce super alia loca volans.  
Me humero Amor ibi gerit: obit imbi nitida Charis.  
Age fretigena Dea, Deus age puer, ubi feror?  
Prius agilis anima mea, modo pavitat: alias  
Cata refugere voluit: adeo stupida metuit.  
Sine mihi, que habeo vetera: noua nihil ego moror.  
Dubia mala nimis audivit oculus opera bibit.  
Video quid? an adit ea iuga satyrica fera vis?  
Tenusa folia, ihyasitiga, facisera quatit.  
Vetulus humiliter alibi sedet homulus asino.  
Stata creperipeda ciet alia tripudia cohors.  
Furor, odia mera, calida, tumida, rapida fuga.  
Laticis hic opicus onere madidus. At at etiam  
Grauia gladia gemina. abi, abi alio age tua flagra.  
Colubrigerula Furia. Capita rotat. ubi ululit.  
Maria Zephyrifrena sonus etiam & etiam acuit.  
Viduum operit abolet oculitega tenebra polium.  
Capra, lepus, equus, ovis, aquila, leo, lupus, aries.  
Latibulicola pecora frutice latera smuant.  
Streptitibi caua specula, viridia nemora fremunt.  
Sacra nequeo sat abolita repetere loca pedum:  
Facilis ubi memoria statuit initia animi  
Memoria tremula, fluida: beneficia pereunt,  
Vacua rota velut. Ea paribus habita. radiis  
Spacia premit alia, & alia, sinibus ubi agitur.

Ruit

Ruit ita cor alacre, validaq; nouaq; rabies.  
Quis erit ad ea bonus, & ad ea quis erit habilis?  
Ades hedera nemorinaga, pete, rape, quate, trabe.  
Resiliat age crepius, aderu ibi lairox minax,  
Specua sopor ubi liquidus animi hebetat obiens.  
Quid ero? gelida mora negat hilarius ea dare.  
Vtinam habeam aliquid, inopia quo abeat alio abbine.  
Labor inerit in oneribus: onera grauia igitur erunt.  
Ita honor adigit ea facere, quibus anima sapit.  
Fatuus hiat honor, onus ubi placida bona premit,  
Celebris habitat apud olida pecua stoliditas,  
Facilior ut opera dabitur ab homine nihili.  
Trahere iubet animus audivit in apicibus iter,  
Vocat aliud opus in agibilibus opere frui.  
Ea blatero, sibi ita loquitur, ut inhiat opibus.  
Date, dabitur, habe, habeo, fero, fer. ut ago, ita tu agas.  
Minima religio cit optiura capita populi:  
Vitrea Venus, & Amor here, Hera bona, Nemesis.  
Pelagidome Nomie, Barybronie, femorigena.  
Pater Enie, Cybela Phrygia domina, date locum.  
Rapior. Antinula miserula properiter abiit.

### In Bacchum Galliambus.

Tenera patrem quietis, genitore loue satum,  
Iubet alta mens Cybeles tereti pede canere:  
Sacra iuncta quos ouantes simul abdita decorans.  
Age Thyrsiger, Bicornis, Dionyse, Bigenite,  
Eleleu, Euce Bimater, Semeles femorigena,  
Animi mei tumentis furiata loca subi.  
Laticis Dea potentes, virides hyaliscuba,  
Vaga Nais ammiculatrix, soror & pelagidoma,  
Rigidoque secta quercus pigra cortice Hamadryas:

**Simul Eua & Hippa** piælis redimita nebridibus,  
Refer has preces alumnò: parat ara propitiùm.  
Phrygios relinque campos Dea: Tamolus imitio  
Vbi vagienti opteria iuuula dederat.

Ioue patre digna proles, Bary & hyperibromie,  
Reparator alme fessè venerabilis animi,  
Quid erit prius canenti, quid erit posterum?

An ut aribus dolojs soror aëria Iouis  
Semele necem suasset, rata pignora memorans,  
Rata fulgurantis igni, nona pignora talami?  
Fimbriata flamma plenum ceneri dedit vterum:  
Nihil illa læsit alio sacra membra Ioue sati.  
Famulatur ignis igni, coma fulminea tua:  
Nova flamma iuncta flammæ duplicata tibi fuit:  
Tibi spirat hisce puris tonitrusona numeris.

An ut inde semicretum assuerit sibi femorè  
Pater arbiter fereri, pluvieque dator aquæ:  
Quoad integrum Deo sera dies daret habitum.  
Viden' hinc choros Euanim: viden' agmina propera?  
Sacra iectâ sponde, plexis sacra condita canes?  
Viget hinc tenellus infans: puerumque video mox.

Barymeni, Bassareu, Eue, Gegeneophone,  
Age solve viperini fera cingula catuli:  
Et eo recinge flagrum: fac verbera tument.  
Date, dura terra, nubes: date vos nemora locum.  
Mora nulla, nec quieti modus ullus adorere,  
Quare, pelle, cæde, Penthei memor, & memor Acati,  
Sola quo secante ponti lauro dux Lydius erat.

Supere, Inferè, omnia vnus, Lye, Lysie, Nomie.  
Nihil est tibi quod obstat: nihil est tibi quod obest:  
Coluberve dirus æstu, Libycæve iuba læa,

Rigidusve montis asperi, nemorumve ferus apex.  
Fluviusve curvucursor, Thetis aut reciproces,  
Notus aut periculosus, Boreasve maritimus,  
Zephyrusve dona veris genutabilia ciens.  
Tua lege sensit acri iugæ decolor Oriens:  
Tua prima Duhyrambi nota, clamor lo, io:  
Tua prima sunt triumphè noua stemmata titulis:  
Acies tuis ut armis truculenta, gigas obiit:  
Rabies reflexit in seipsa bipennisfera cadens.  
Canimus, tot atque tantos domitare sacrilegos:  
Male pœnitere Mineidas artis & opere:  
Temerarios tumultus ubi sancta celebritas  
Simul hausit: & simul tum fuit vltæ facinora.

Peregrine, Semutalis, Myrionyme, Xenie,  
Hyperemero clophyne, Ploiniererobathypne,  
Geminusque, & vnus idem: varius, similis item:  
Nomius, Thyoniens, Nytiliens, Oreodromus:  
Tua lympha pura fontis: tua munera laticis  
Salientis e rotundis sinibus grauis acini.  
Tibi prima mella pingues dederunt liquida faui.  
Neque soli aratra iactat sibi sulcifica Ceres:  
Neque Vesta mater auctos sibi montipera lares:  
Neque iura sancta summo Themis ardua folio.  
Neque scepra Iuppiter vindicat aurea sine te.  
Animantibus repletur tibi terra: tibi mare.  
Comes est recens Iuuentas stata, nescia tenebra,  
Bona sempiterna vitæ vegetantia cumulans.  
Duce te super supremi ferimur spatia poli:  
Fruimurque Calium vi, ferimurque dape Deum.  
Sine te Deus fatigat temere pius Helicon:  
Temere impedita languet pigra vena, cita prius.  
Mibi Tauriformis Euan, mibi Merotrophe-venis

Modo lenta siste vestigia munere ferula:  
 Modo sustine, profanus fera pectora feriens.  
 Genitus bis ex eodem, semel ante factus eras.  
 Pater, obsterix, & idem fuit ille, pia parens.  
 Toties factus, biformis, modo femina, modo vir:  
 Temesa idem, lacchus idem: dubius, neque dubius.  
 Igitur si Eleusin aris Cerealibus agitas:  
 Erycina siue Cypro Cytbera Venus alit:  
 Vel amas Osiris undas colocassopatulæ:  
 Tibi temporum reponunt variane pede vices:  
 Sævas hiems quietes, aliæque viridia  
 Modo ferta flore picto, modo fructibus obita.  
 Comes vasa cymbalisque, crotalisque sit Hecate  
 Hera, mutuata puriua lumina radij,  
 Vulvata noctilucis per inania truius.  
 Facies triplex in vna, triplici vnica facie.  
 Ades o Nysæ, ades Carpine, Botrypyrigenes,  
 Fremie, Agriota, Leneie, Manice, Hymenæ,  
 Opulentitatis altor Genius triticifere:  
 Tibi spica venulatis acerosa reliquijs  
 Opera tua, atque vanni officio liquida nitet.  
 Dator alme Bacche pacis, dator alme remedi:  
 Iuga si qua seruiuntis mala blanditia parat.  
 Merus ipse tu Deorum, neque lætitia minor:  
 Prout explicata cordis cita semina sipas  
 Tua si qua vis ligarit: tua soluerit eadem,  
 Reliquum, quod est in orbe hoc nihil est ad ea labor,  
 Cryphomista, Die, Licnita, Sabaꝛie, Chitonie,  
 Abige incubantis immania tedia senij,  
 Referens retro fugacem ambrosia lætice diem.  
 Subitus sed vnde ni corda furor trepida quatit?  
 Feror, auferor, fatigor: vacua in specna rapit.

Coma

Comitatus iste, quisquam? quis ad hoc iter adigit?  
 Thyas hinc, & hinc Edonis trieterias ululat:  
 Vbi tibias Mimallon bifores meribibula,  
 Vbi rapta mugienti sua funera vitulo  
 Tremibomboraucus inflat duo cornua capripes.  
 Rubicunda bucca turget: rubidus tumet oculus.  
 Nigra flexicrus corymbi comat orbibus hedera.  
 Manus inquietæ thysam colubrigerula rotat.  
 Lætantium ferarum populans domicilia.  
 Fremit orba solitudo, nemora auiæ reboant.  
 Sed ubi leuem relinquo Saliuum caprifemorem,  
 Calanycinem Lupercium, subidum, choretis equam,  
 Sibi Pana flammam acutis noua sibila tubulis.  
 Sonat ille sic nouentis ab arundinibus herum.  
 Thyasota blande pando residens pecore senex,  
 Tityrisca vis vocat te, ierens, nata iuubans,  
 Crepericrepante cristans caua tympana digito.  
 Ita torquemusta spument tibi prela, tibi vehes:  
 Ita vinolenta Mænas tremulum regat equitem:  
 Neque cantari fideles sitis auentet opes:  
 Sed onustior perennis fluat aquine scatebra:  
 Adhibe me alumni ad almi sacra mystica socium:  
 Mala cuius Ata frustra cupit esse familia,  
 Stygis Ata facta diua famula obruta scelere.  
 Hæcne, Liber, Orgiastes, Noorme, Vutulifrons,  
 Holodesme, Brasinocrator, Pericionie vigor,  
 Aperi parata solis mihi crypta loca pijs,  
 Procul aribus profani popularis humilibus.

## De Calano.

Omnia quæ scripsit, furatum ait esse Calanus  
 Fabritium, de se nil dare posse putat.

*Aio ego, qua scripsit nil furarum esse Calanum;  
Nec furari alius, nec valet ipse sibi.*

### De Arlo Iudice.

*Qui furem laqueo similem sibi liberat Arlus,  
Is sibi seruauit, quem meruit, laqueum.*

### De Baryæno Monacho.

*Hic domita ossa prius Baryæni sunt sita flammis.  
Terrum non potuit diluere vnda nefus.  
Omnia dente canis resit, solus Deus extra est.  
Cur? quoniam nullum non erat ille Deum.*

### De eodem.

*Fit niger ex phæo Baryænus transfuga funis  
Nequam homo non potuit chordiger esse bonus.  
Nunc factus niger haud valuit mutare colorem:  
Sic igitur mansit teter, & ater homo.*

### De eodem.

*E lanio inter grunnitusque bouumque cruores  
Natus, sit bonus hic: si bonus esse potest.  
Si duo (ut Ausonius cecinit) iuuisse venena  
Possunt: bis monachus sic bonus esse potest.  
Quem puerum, iuuenemque, senemque aluere popina:  
Quem Gangrenarum foetida prostibula:  
Qui mundum, atque Deum lacerauit vocibus artis:  
Si bonus est, bonus & Cerberus esse potest.*

### De Doleti poesi.

*Quisquis Doletum laudat, ut poetam,  
Laudat Doletum, non ut est poeta.  
Non est idem poeta, quod Doletus.  
Nihil, Doletum praeter, est Doletus.  
Quisquis Doletum laudat, ut poetam*

*Nec laudat is poeta, nec Doletum.*

### De Baræni maledicentia:

*Colore tincta noctis  
Liuidaque rabie  
Legens ferus Barænus  
Carmina, inquit: Agedum  
An hæc meæ officina?  
Me quid ergo male habent?*

### Idem Argumentum.

*Igneæ cum legeret numeris meæ carmina duris;  
Et rabie infami terra Barænus, ait:  
Si non sunt meæ: cur rabies insignis aperta est?  
Sin meæ: me rabies, quæ necat ista, meæ est?*

### De Picato, & Ipnio. Parodia:

*Pulchre conuenit hispidis molossis  
Ipnio rabidoque, Pitioque.  
Ambo in ordine ineruditi eodem;  
Ambo carnifices periculosi.  
Vter perniciosiorne? vterque.  
Ille est pestis acerba veritatis;  
Hic fomes, pater, autor, educator  
Morborum omnium, & agritudinum omnium:  
Pulchre conuenit inuidis molossis.*

### De tutore.

*Est cum pupilla deprensus virgine tutor:  
Quod fuit, hoc aucto nomine tutor erit.*

### De Altifiodorensibus.

*Vinum Altifiodorensi potare meracium  
Vni pene licet. Cui tam procul abdidit vni  
A venis Bacchi venas Neptunus aquarum:*

## Diux Ianinæ Plotiafcæ tumulus.

Qui fecit, hoc ut marmor ore siclo  
 Fictaque voce ferret huius fletus notas:  
 Si posset, ipse magnus ore vero  
 Fletus suos, tum mortui laudes dare:  
 Fecisset hæc, ut fecit illud. At qui  
 Vel ille, vel quis orbis id satis queat?  
 Ast tantum abest, ut possit hoc parare,  
 Vt ora mutum marmor ipsa facta sint.

## Aufonij.

Armistam vidit Venerem Lacademone Pallas. &c.

## Responsio.

Imbelli imbellis placuisti, & inermis inermi.  
 Quid mirum, simili si fauet ille sibi?  
 Sunt onus, haud honor hæc. sumptis es nudior armis.  
 Nudam esse, & tua sunt arma, valere nihil.

## De Amanio stupido.

Qui stuporem integritatem interpretabar Arcadis,  
 Pene factus Arcas ipse rudo rudia carmina.

## De suo tædio.

Barbaris modo qui feris memet angere disco,  
 Hinc ubi nona siderum devolutio soluet,  
 Subuehar pius ad pijs sancta culmina cali.  
 Quem locum patriæ Deus sceptrâ iure parauit.  
 Hinc procul rabie fori flammæisque Megeris  
 Et me ei dabit hospitem, nec me ei dabit hostem.

## De sua abstinentia.

Sic vinum celebros, veluti vim Maris Homerus,  
 Talpa diem, Cicero carmina, Caluus aquam.

Doletus

Doletus iactabat se habere  
Ciceronis animam.

Antoni comites, tuque o Carilina Ceibegi,  
 Ex Clodi cineres, & malefana cohors:  
 Exilio ac cædi: Ciceronis parcite. prius  
 Differit: illam animam quando Doletus habet.

## De eiusdem arrogantia.

Non potuit dulci e Ciceronis exuisse vino  
 Aliud acetum, quam quod expuit Doletus.

## De eiusdem vafania.

Qui Ciceronis habet mentemque animamque Dolete:  
 Mentemque, atque animam non habet ille suam.

## De Caluo.

Infelix, calamus, manusque pura,  
 Infelix, miserabilis papyrus:  
 Que monstri oblita perditu cruore  
 Ah culpa sine sic fuistis acta  
 F. uali misera necessitate,  
 Monstri interlita perditu cruore  
 Ah culpa sine funditus peristis.

## De quodam.

Cum inuitus nequam discendis legibus horas  
 Perderet irrisis legibus hostis atrox:  
 Quod reliquum fuerat: leno, latro, carcere, vinculis,  
 Supplicio, didicit qualia vera forent.

## De Basiis Io. Secundi Hagiensis.

Mollia tam blando spirant que murmur: que tam  
 Dulcia nectareo basia picta sono:  
 Sidereæ Veneris putro defluxisse labellis.  
 Tam lepida ex alio non potuere choro.  
 Cætera mellito languent defæcta veneno.

*Nec decus eximia sustinuerit nota.*

*Ergone diuina hac Veneris, plebeia mariti?*

*Tam diuersa uno sic coeere iugo?*

*Vt muliere importuna.*

*Mulier est morbus naturalis eo modo,*

*Quo etiam senectus, qua carere non potes,*

*Haud morte praeventendo, quos damnas, dies.*

*Ergo necesse, ut viuas tu, senem mori.*

*Vt species viuat, perpeti domi cruce.*

*De fonte Io. Brinonis, cuius  
aqua lapidescit.*

*Vnde nono teretes concreti cortice rores,*

*Lubricaque incurfus turbine gutta strueta?*

*An tecum natura suas communicat aras*

*Nec seruire sibi tota elementa iubet?*

*Miliat ergo tibi varians momenta, fugaces*

*Iura sciens tellus in sua cogit aquas.*

*An potius raris numeris, concentibus altis*

*Murmura victa tuis marmora, facta silent?*

*De Lutetia.*

*Quo fermentescens superare Lutetia muros*

*Ipsi suos? nulla se capit aucta loco.*

*Illius in tractu (curtissima cetera nox est)*

*Effo metitur sol piger axe diem.*

*Quo te urges, ibi te inuenies: vel siste: vel opta*

*Orbem alium, non quit hic satis esse tibi.*

*Hiemalis flos ad Natalem.*

*Cur tua non metuit glaciales flammula Cauros?*

*Atque gelu inuito surgere iussa viget?*

*Induit aethereus genitrali effusus Olympo*

*Occulta vita semina luce dies?*

*Annotius qui te multa cum laude coronat  
Musarum explicuit frondis honore color?*

*Sola et ignava florent tua pectora turba:*

*Sichieme in media floreat ista tibi.*

*Castigatio.*

*Sepe vicens fucata suas Thaurantia rugas*

*Persia sepe videns pectora, sepe manus,*

*Et facies informem natura lege solutam,*

*Atq; animo dignum pectus inanē cano,*

*Haud rirum si ingrata fui: Nam perditus, inquit,*

*Hocnerio mendax plectitur ille suo.*

*De Nostradamo.*

*Cur Nostradamus se esse au prophetam?*

*Quia cecit ortum a Benjamin prophetis.*

*Quod Mahomet, qui fuit propheta*

*Es Nostradamus sic erit propheta.*

*De textis sericis Vitellix.*

*Linea impoſitis ubi nexibus equora pingunt*

*Erodea diuina tot monumenta manu,*

*An bi laurigera meditantur stirpe coronam?*

*Paadia an glaucis turget oliua comis?*

*Tortil an varios imitatur pampinus orbes*

*At trepidum an fractum tortilis ambit helix?*

*An pous raris simul intertextis figuris*

*Lir pererratas explicuere vias.*

*Aemla Niliacis alia arte futura papyris*

*Vt viros pariant candida verba modos.*

*Sericac calamo, cedent sic aurea, fient*

*Imuis potius aurea cuncta notis.*

*De Margarita Vitellia.*

*Delia Phœbi Libethrides, o tamen una,*

Non nisi quæ sancti nomen amoris habes,  
 Non Veneri commissa Erato, sed pura, sed illa  
 Quale decus decoris Pallas uernis habet,  
 Imple animo vacuis errantia verba figuris.  
 Vix totam poteris dicere tota Deam.  
 Quod si non poteris: sese ium suggeret ipsa.  
 Lamine plena suo sufficit una iui.  
 Teque colam rarum diuina Vellia numen,  
 Quo nullum astrigero purius orbe micat.  
 Nec tamen his te, Diua, canam: te cuncta minca.  
 Sed dicam, de te dicere posse mihi.

### In Bibinum.

Cum supra captumque tuum, mollemque labores  
 Enumero dextra fortia facta mea.  
 Que facere haud valeas, ea nec mihi facta putasti:  
 Nec credis data, quæ te dare posse negas.  
 Hac animi veniunt prauis de mente maligna.  
 Vritur ancipiti mens stupefacta fide.  
 Quare istud nec ego ipse tuum non credere crea.  
 Credo etiam, te non credere posse tibi.

### In Strumam.

Par eadem ratio, par causa reciproca rerum:  
 Vt qui vina bibit, sic quoque vina vomat.  
 Nunc leges, causasque nouas natura profudit.  
 Struma bibit vinum, carmina foeda vomit.  
 Quod si non factum est, ut carmina foeda vorarit,  
 Mirandum cur non carmina foeda cacat.

### Ad nullum.

Omnes Diu male si mihi negarunt,  
 Quæ donant bona pessimis benigne:

Et tu vnus bona tot mihi dedisti:  
 Vnus instar es omnium Deorum.

Ad amicum, qui sibi misit acetarium  
 media hieme.

Aspice quam rapido furui implacabilis estu  
 Phœbus, ut Herculei terga leonis habet.  
 Atque minas toruis fluminis effecit inanes  
 Segnis & exanguis conticet unda vado.  
 Ipse tamen viridis reparabilis hortus amictu,  
 Ecce fanet mensis magne poeta iuis.  
 Vt mihi quanta tuæ splendet facundia lingue,  
 Tanta meis sulcis vena perennis eat.

De Salacone, qui sibi antrum fecerat.

Auersas Salaco querens a luce latebras,  
 Ostendit tenebris qualia vota facit.  
 Atri, impuri animi est, oblatam proderet lucem:  
 Presentem absenti perdere nocte diem.

Idem.

Qui captat latebras auersas sole, pudicus  
 Purus se, aut tandem vir bonus esse potest?  
 Qui fugit a cali tecto, male dignus habetur,  
 Qui terram tegat, aut quem bene terra tegat.

De Apollata.

Ridiculum abiicit damnata ad claustra cucullum,  
 Dum non vult mundo mortuus esse Lycon.  
 Sed tenuit mores obscœnaque facta cuculli:  
 Sic nunc est mundo mortuus, atque Deo.  
 Ad Boetianum Senatorem Burdeg.  
 Salue magne Boetiane, quod te

*Iam pridem per epistolam pudenter  
 Vt mi seminare tuum polito  
 Pictum carmine miteres, rogavi:  
 Tum quod pollicitus mi uem fuisses  
 Clarum sponte tua benignus anirum:  
 Haud factum doleo: oppidoque miror,  
 Qui sic exciderim tibi, tuorum  
 Mirator bene candidus laborum  
 Dices: non meruisse me, sed isthuc  
 Si spectes: tua scripta digna cunctis  
 Orbis auribus, a quibus legentur.*

### De Bambalione.

*Bambalio loquitur, regisq; negotia curat:  
 Verum quod loquitur, prendere nemo potest.  
 Dicebant prisca (medium secat) iste sed harpax  
 Extremum & medium, principiumq; secat.  
 Ad Petrum Natalem, qui sibi misit itinere  
 rarium librum Bellonij.*

*Cuius visenda multa miraris, neque  
 Tam sat, quam multum, docta natura manus  
 Si, quas in varia mundi disiecit loca,  
 In unum coniecisset immensas opes:  
 Atq; ut votis obiecit, sic oculis quoque  
 Subiecta contulisset: tum si quis sibi  
 Ad cognoscendas defuisset: marcida  
 Ignauia eum accusaret opportunitas.  
 Id quod etiamnum fit, cum quis quod pra se habet,  
 Nescit: quodque est magis pudendum: si ipse se  
 Ignorat, quem presentem & haurit, & videt.  
 Igitur quem dissiparit natura omnia  
 Longe lateque, & multis dissecat modis:*

*Est*

*Est multa dignus commendatione, qui  
 Diu multo labore perfunctus modum  
 Nostrae expectationi statuit, ac spei,  
 Conferis commentarius, puro stilo,  
 Compendiosa mole, sincera fide,  
 Velut fecit Bellonius: qui, dum sua  
 Vitae, suisque commodis tua commoda  
 Meaque anteponit, Genium defraudans suum,  
 Haud parcens sumptui, haud metuens periculi  
 Euerrit maria, effodit radices Syras,  
 Arabia monstra pinxit, & rerum nouas  
 Effigies nobis, veteres quae fuerant, facit.  
 Dignus, cui magnam debeamus gratiam.  
 Vt ille dignus, tanta qui nobis dedit:  
 Ita dignus es Natalis: cui bona fide  
 Tantundem debeat apponi: mihi  
 Qui percipienti, nec reperienti vsq; fiam.  
 Fecisti, ut nunc potirer. Quare quicquid est  
 Quod ex praesenti lectione redierit  
 Tum commoditatis, tum voluptatis, tibi  
 Acceptum refero: sed ita, uti palam profitear  
 Tuo beneficio, ac liberalitate me  
 Adiutum, atque auctum, nec minus memorem tui  
 In hoc theatro rerum naturae fore.*

### Boetiani Iambus filius Androgyni Auratini.

*Non mirum Androgyni productum e semine foetum  
 Vtraq; commodius semina iuncta vigent.  
 Sed mirum e neutro (neutrū est hoc, quicquid utriusq; est)  
 Tam fortem atque acrem profiluisse virum.*



## Ad Pedricum Ocalez Aragonium.

*Quidnam Euri pluuiosa feri momenta querentem.*

*Aiq; ab inequali putria prata Noto,  
Inuitus sterilis me ad scrupca tergaruine,  
Qua fugit exustos siccus Hiberus agros?  
Huc, ubi pro nitido languet rugosus lacchus,  
Lurida luenti pendet oliua coma.  
Sol non equus opes Cereris populatur inanes.  
Spes fugat elusa spem labefacta manus.  
Spes homini qua sola Deum promittit, & audet  
Presentem canere, his defuit vna locus.  
Pro stipula tenuis vix ab legit umbra cicadam:  
Et meit infamem villica tosta famem.  
Tanti odium haud pluuiis est, vt vitam odisse velimus.  
Vitane carnisici est viuere velle cruci?  
Deucalioneo soluatur sidere celum:  
Vnaq; sit facies aequoris orbis iners:  
Non veniam: precium est Caurorum iniuria. Sed tu,  
Si potes in saxo viuere, viue tibi.*

## Inexhaustus amor.

*Si ex decore istius, luce ac splendore veneni  
Quod placidus toto nectare miscet amor,  
Pendet amor meus: & blandum immortale venenum  
Non valet in summa crescere mole vigens,  
Cur mihi turget: & immensa me mole fatigans  
Ignis inexhausto flumine crescit amor?  
An qua sine carent, nec possunt crescere in ipsis.  
In nobis crescunt cognitione sui?*

Scriptit hæc pro poetis Gallicanis.

Soboles superbi viscerum Pyraenei

Vasco-

*Vasconici Garumna regnator soli,  
Tornos minaci fronte proruens fluctus  
Huc, qua Britannis Nerens coris gemis:  
Urge supine utrunque carcerem ripa  
Laxans furores impotentis aequoris:  
Liquentem habenas cerulas quadrigarum  
Ad flaua torque Santonum maris vada,  
Radensque litus Aremorica plaga  
Te te infer euolutus, acer, incitus:  
Vbi micantis clarus in sinu celi  
Franci renidet sudus ardor aetheris.  
Tua vena larga est: largiore sed vena  
Ibi videbis fulgurantis, ignea  
Cohortis eminentium poetarum  
Inusitata mole numen arduum  
Ferire nubes: ultimos penetrare  
Cali recessus: ducere inde ad nos Deos.  
Vbi administra Pegasi ministratrix  
Apollinis cohorte stipatur cohors,  
Iodellus, & Ronsardus: & quis est ille  
Ferens coronas alacer ambobus globus?  
O mira sacra: que supra fidem rerum  
Fando auiam potentiam aequasti Dei.  
Causas vt excusationis excuset,  
Quicumque Phœbi sorte contentus breui  
Sedit veterno pressus vsque ad hoc tempus,  
Effœta dicens fata, natura vices.  
Non est, quod aiunt: circularibus nodis  
Sese subire tempus: & redire, quod  
Abiit olim, vt hora flexipes nobis  
Rursus reducat, quicquid abstulit boni.  
Nunquam fuit, quod extat inter immensum*

*Rerum volumen: casta quas laurus sua  
 Opacat umbra. Nec futura sunt rursus,  
 Que nunc vibrato vertice excedunt polos:  
 Nec stare possunt. Ast ubi semel fiet,  
 Ut ignis hic extinctus evadat cinis:  
 Non amplius videbis alta sublimis  
 Aeternuatis sacra sede perperit  
 Fomenta famæ venilare. Nec vatium  
 Veniura turba vacua complebit loca:  
 Que nunc beatus occupare contendit,  
 Contendit, occupavit, ac tenet chorus.  
 Tams clarus ista luce, quam pius lenis  
 Amoris aura, lata que fouet bonos.  
 Quos inter aucto sidere, acer, elatis  
 Si dignum eo favore Pascalis facit.  
 Ergo implicatus litis improbe vinculis  
 Inbente Phœbo, succinentibus suis,  
 Inauguratorum ordinem Senatorum  
 Agnovit, ut solebat, & iustum, & pium.  
 Saluete fontes, verticesque Parnassi:  
 Potiusque montis vidi rores sacri,  
 Quos fudit Aether summus: & quibus fufis  
 Vatium tumentur succulenta pectora.  
 Nempe absque vobis sicca turba, strigosa  
 Inane murmur, arida infamem sibi  
 Sonum ciebit rauca. Nec dabit vocem  
 Vox ipsa: nec tacebit id silentium.  
 O mundi ocelle, o lucis arbiter Titan,  
 Repagulis iam diffitas prisce tuas  
 Relinque discoloribus vias fndis.  
 Hinc tibi oriendum est. venit hinc nobis Dies.*

In

*In clepsydram, quam mihi dono dedit  
 illustrius Ianus Fregofus Epif-  
 cop. Aginn.*

*Quatuor omnigenis distinctum vultibus annum  
 Pulveris hic totidem vascula foeta notant.  
 Ut ruit ille suos iterum rediturus in orbis,  
 Hac repetunt vacui pristina iura loci.  
 Ut fugitiva secant bis senos tempora menses.  
 Hic statuit numero fixa columna pari.  
 Nonne vides albo ac nigro variata colore  
 Ferre die noctem, nocte referre diem?  
 Hac sunt Fregofis antiqua insignia Diuis.  
 Non potuit Virtus plenius alta loqui.  
 Aequare anfractus longe insuperabilis aui:  
 Virtute immensi sacra tenere Dei.*

*Inuito sibi interruptum colloquium in-  
 teruentu noctis.*

*O noctem augustam, cui non aquanda diei.  
 Que clausit tenera luce serena diem.  
 Dum sermone sacro cunctantes frangimus horas  
 Mensq; inhians magni pendet ab ore viri,  
 Hespera cum videas tam rari illustria Phœbi  
 Que nunquam occiduis lumina mersit aquis.  
 Ausus es astrigeri supremo ab limine mundi:  
 Sole nitente meo tendere noctis iter!*

Respondet Hesperus.

*Hesperus ille ego qui quondam, nunc Lucifer idem  
 Præuortor solis lumina rara tui*

## Ad P. Natalem.

*Si quando te volumas, aut fatum tuum  
 Adegerit ad poetica famam suam,  
 Cauere imprunis in animum inducas duo:  
 Tibi ne placeas, tibi ne displiceas nituis.  
 Illud r. sum alijs, tibi parit hoc odium tui.  
 Qui nil delet, admittit cuncta pro bonis.  
 Et qui se atrodit iniquus, infensus sibi  
 Relinquit ille sepe, hic substituit mala.  
 Vterq; nescit tollere de tabula manum.*

## Pasquinus.

*Nunquam ego speravi tam pessima secula futura,  
 Vt bonus, & pauper esset inane pecus,  
 Mille licet veniat Musis comitatus Homerus:  
 Si nihil attuleris ibis Homere foras.  
 Mille etiam veniat calis comitatus Iesus:  
 Si nihil attulerit, ibit & ipse foras.*

## In Alanum.

*Ex alijs recitas alienos false labores:  
 Dis aliquando aliquid quod sit, Alane, tuum.*

## Responsio.

*Prestat onus prestans alieni ferre decoris:  
 Quam tenue & nullo pondere ferre suum.  
 Si Deus est operum facilis, quæ condidit, autor:  
 Qui meliora canet, debuit illa Deo.  
 Si non est: opus illud erit mihi futile, nec me  
 Solicitet, si me quis meliora canet.*

## In Monachum.

*Qui monachus fuit, & monachus post desinit esse,*

*Hunc*

*Hunc mala restatur vita fuisse malum.  
 Sed quia deposito patrat mala digna cucullo,  
 Testatur bis sic esse, fuisse malum.  
 Sive malum dicit fugisse, fuisse fatetur:  
 Sive bonum: plus hoc dicitur esse malus.  
 Qui monachus fuit, & monachus nunc desinit esse,  
 Est monachus, nec quit desinere esse malus.*

## In contemptores literarum.

*Postquam nos rabido furiosa calumnia vultu  
 Obsidet, & magni nescia monstra Dei,  
 Candidaque antiquæ nec libertatis imago,  
 Nec superest saltem nomine priscus honor:  
 Heu quondam Aonia mea numina magna sorores,  
 At nunc infami sordida turba nota,  
 Accipite has lacrymas vestrae libamina morti,  
 Ire modo in tanto si qua dolore potest.  
 Mox ego vobiscum hinc abero solumque iuuabit  
 Vinere, cum poterit vestra ruina mori.*

## Huius vitæ præsentem mores.

*Algere, & esurire, & esse vulgus:  
 Referre grates ora verberanti:  
 Silere compilantibus dryphactis:  
 Aut multa duplicabitur querenti.  
 Servire servis, præterire nosmet.  
 Quos nosse vox piaculi iubebar:  
 Quos nosse ius potissimum docebat:  
 Hæc tota nostra disciplina vitæ est.*

## Ad Carbonarium.

*Es Ramme cruda spina literarum.  
 Ignitus acris flamma literarum.  
 Extinctus ater carbo literarum.*

*Ineptæ non ferendæ, non tacendæ.  
Litura susque deque literarum.*

*Hos ego versiculos feci: cur plectitur alter?  
Pro nato seruum sic mala verba timet.  
Pro nato serui sic quoque terga gemunt.  
Pro nato seruo verbera sua sonant.  
Pro nato seruum sic fuga dura premit.  
Sic pariunt alii verbera dura menum.  
Sic pariunt alii prodita castra necem.  
Sic pariunt alii crimina falsa fugam.  
Sic pariunt alii pectora vana dolos.  
Sic pariunt alii verba dolosa cruces.*

### In Cynidracontem.

*Mista lupo canis est signata voce Lycisca:  
Seq<sub>3</sub> cani, atque etiam miscet hyæna lupo.  
Tigris item, vulpesque cani, pardusque leana.  
Perdicem patitur quæ parui oua domi.  
Sic aliis alias species mutare figuris,  
Priscaque se in facies induere ora nouas.  
At neque natura, neque carminis ambitus ullus  
Ingenij capiant semina mista tui.  
Mula, onager, lupus, ursus, aper, crocodilus, hyæna.  
Solutus equus non es, nilque leonis habes.  
Crusta hominis rabiosa habeat larvata figura:  
Nullum animal, nullum: nil nisi Erynnis eris.  
Inimico nec illa habeat: tu non illius imago es.  
Ast illa est potius oris imago tui.*

### Ad Corymbos.

*Pallentis hedera filij Corymbi  
Vmbra virentis candidis poetis  
Apollinis de vertice, atque Bacchi:*

*Auratus ad laurum suam vocat vos.  
Quin tertia adsit: non enim satis sunt  
Dua corona triplici poeta.*

### In Bibinum.

*Si quis Bibinum nescit, hæc pingit eum tabella.  
Mendax, malignus, impudens, proditor, ebriosus,  
Deum negans verbo impius, reg<sub>3</sub> probans negatum.*

### In eundem.

*Si quis iuravit se nequam scire Bibinum,  
Frustra iudicio fallitur ipse suo.  
Ipsemet hoc ipsum iuravit forte Bibinus.  
Credere non salua religione potes.  
Impius, incestus, fumose Harpyia culina,  
Sacrorum, & fidei proditor ipse sua.  
Non quit in angusta tituli tam debilis umbra  
Tam lata scelerum conditione frui.*

### In putidum.

*Vides, ut alta fronte nasus ille masculus  
Sui impotens non se capit: ringens superbia  
Videtur esse firmiter notis periculis?  
Non est: sed atro sepio, blennag<sub>3</sub> mollior,  
Effeminatorg<sub>3</sub> fœminina fœmina  
Se fallit, ut nos & que at deinde fallere.*

### In barbariem huius sæculi.

*Si veteres magno vates in honore fuerunt,  
Nec nunc sunt: nunc sunt sæcula fœda mea,  
Sed si illi nullo nec tunc in honore fuerunt,  
Nec nunc sunt: nunc sunt sæcula fœda duo.  
Quacung<sub>3</sub> aspectas pleno quod numine sentis,  
Harmonia numeris nil nisi Musa fuit,*

*Exul ab harmonia, & sacris concentibus orbis,  
Rustica prolunies riu nisi riuis olet.*

In Strumam.

*In gremio ventis agitata natus arena,  
Mirum si instabili est pectore Struma leuis?  
Aestibus in gremio feruentis natus arena,  
Mirum si rabido pectore Struma calet?  
Viribus in gremio constrata natus arena,  
Mirum si Bacchi pectore Struma furit?*

In Brontium.

*Malleolos, cumque his minitatur Brontius ignes,  
Et bona sub fisci iura parata dari.  
Audeat abstrusum si quis nunc dicere verum,  
Ergo etiam metuat verus ab igne Deus.  
Non tanti fuit aliterius defendere regnum.  
Tu potes, & si vis, te tuare Deus.*

In Pastillum.

*Ebrius & mendax si debuit esse poeta:  
Si bene Pastillus ebrius esse potest.  
Quod si mente furens debet bonus esse poeta:  
Esse ita Pastillus archipoeta potest.*

De Vitellia.

*Si clarum clara est lucis Vitellia lumen,  
Clarave lux clari luminis vlla viget:  
Quid mirum ex oculis, e casto pectore flammam  
Mutere, que possint urere corda virum?  
Vrit, at ex illis non sunt incendia flammis;  
Luraine sed simili cuncta vigere facit.*

In

In clepsydram, quam mihi dono dedit  
Margareta Vitellia.

*Immensum exiguis referunt que lapsibus auum  
Tempora, cur concha Cypride clarsa latenti?  
Temporis an domina est obfessi immensa venustas,  
Qua domina facies, qua sacra lingua viget?  
Tale meum splendet fulgens Vitellia sidus.  
Tale auum ingenio donat habere meo.*

De Vitellia aduentu.

*Armorum in medio, trepidique horrore tumultus  
Cur hilarata sacris vultibus aura nitet?  
Cur dira bacchante fameque lueque tremenda  
Vitales reparat terra salubris opes?  
Omnia tuta referet rediens Vitellia secum,  
Vnica pax vita, vitaeque solamea.*

A D S.

*De tetrica fessus diro certamine pugna  
Sedit ad Aonias Mars bibiturus aquas.  
Et bibit, & cecinit, placuerunt carmina Musis.  
Inde ferox pugnat Scaliger, inde canit.*

Xenia ad Maumontium.

*Maumonti decus elegantis aui,  
Cuius est soboles futurus annus:  
Nihil cum mihi prater hasce nugas  
Muneris foret ad manus, quod istis  
Saturnalibus expedire possem.  
Hac commento aliquo fuere falso  
Mibi incommoda sarcienda rania.  
Hippocrenidos hortus est amenus*

Plenus floribus undecunque miris.  
 Quot spirat genitalis aura, feruens  
 Quot est ex patitur, quot obsoleta  
 Admittunt hiemis graues furores:  
 Quot quot tempora mistulenta fundunt.  
 Quot crispant madidi gelu Decembres,  
 Nec flaccescere tristibus sub Austris,  
 Nec timent Aquilonias pruinas.  
 Ex his perpetuam tibi coronam.  
 Diuino capiti, sacer poeta,  
 Nectes. Hinc tibi sumpta mira nostra  
 Me monstrante tibi nec inscienti  
 Iani limina prima strena pulsat  
 Nullis cervolisve, crustulisve,  
 Nec faretis, neque dulciariis, nec  
 Saturnalitiis minor sigillis.

Hoc tam tempore floribus sinistro  
 Qui flores pote, quorve ubi requiris?  
 Maumontique, Vitellique ab ore.

### Vetus flamma.

O oculi, per quos letalis iere sagitta  
 Fulgura, sidereis tela vibrata oculis:  
 O oculi, per quos abiit cor, ibique reliquit  
 Fulmina, captiuus tela tyranna locis.  
 Si vos non miserei (quod nec sit credere dignum)  
 Iam reliquum veteris mi nihil esse mei:  
 At vestras vertisse vices, pigeat, naturam,  
 Quando unam prater cernitis esse nihil.  
 Atque suas dampnasse vices vos tedeat illam  
 Cum rapido e vobis flumina ab igne cadant.

De

### De suo in Cardanum libro.

Quasiere de amico amici, quid tandem rei  
 Hominiibus doctis liber est visus ille, quem  
 Cardano de Subilitate misimus.  
 Respondit ille verbo vero, ac simplici  
 Utin alius hominum iudicia, ita esse in meis  
 Varia, nec unquam in quoquam conuenientia.  
 Id equidem uem ego noram ante, quam illa scriberem.  
 Et tanquam auditurus admoni manus,  
 Nec prouocatus potius, quam ultro prouocans.  
 Quatuor hominum ideas, quibus illa haud scripta sunt.  
 Primum qui in verbo sunt, negant substantiam.  
 Dein qui dicunt non esse sapientem Deum.  
 Tum qui seipso a finos non pluris putant.  
 Quartum otiosum, atque voluptatis mancipium:  
 Si quis super hos, huic ille scriptus est liber.  
 Sin nullus est: at esto solus is mihi.

### In Bibinum.

Heus bone, heus tibi ni caues Bibine  
 Longe iniuria maxima apparatus est:  
 Quid mali meruere vinicide?  
 Tamen conditione parricide  
 Ni duro corio exuarius isto,  
 Insutus moriere pelli equinae,  
 Ni contra tueare te esse a sellum.

### Itthyphallicum de Corano.

Ite carmina flammis incitata nimbis  
 Impetu truculenta, quo bilis urget, acri:  
 Quo probri pater & Deus prouocat Coranus:  
 Ne timeat ferociam pestilentis oris:  
 Neve vulnera ferreis incitata sannis.

*Illico rabies cadet: si quis arma monstret.  
 Nil fugacius est eo, qui cupit timeri.  
 Jam vides, ut eat metu pallidus virenti?  
 Iam genua labant, contremunt ventilata cervix,  
 Carnifexq; silens iacet siderata lingua.*

## De se.

*Hic est Scaliger ille, quem solebant  
 Armata fugere, & timere turma.  
 At qua non: cadere atque abire vita:  
 Hic est Scaliger ille, quo timentes  
 Mortis vulnera corruentis atra  
 Solent certius obrinere vitam.  
 Hic est invidia utriusque victor.  
 Qua possit lacerari, & illius, qua  
 Seipsam lacerare possit ipsa.  
 Vnus omnibus omnia, omnium vnus.*

## De Panthea.

*Panthea luce sua stupido sublegerat arcum,  
 Telaque, & vrammas aliera tela faces.  
 Ergo volans Amor igniuomis insedit ocellis,  
 Fixit & arguit regna supercilis.  
 Olim, ait, vno, nunc gemino iaculabor ab arcu  
 Omnigena & gemina tela, facesque face.  
 Ferre nequit, que iacet atrox incendia. Quondam  
 Armis, nunc se, illo captus ab igne, caret.  
 Iambos seuit Barænus, iambis petitus est.  
 Sementem infamis faceres cum stultus Iambi,  
 Atque dares leto semina praua solo:  
 Vberior truci euenit tibi messis Iambi,  
 Nutat & in stipula pendula spica leui.  
 Et licet ille tuus fuerit cariosus Iambus,*

Nunc

*Nunc glumus in nitido iurgidus orbe micat.  
 Sic pestes domat horrendas Fortuna. cruenta  
 Cum seges occisi sanguine creuit heri.*

*Postquam iuuentus deses, mancipium orij,  
 Vt est pigitum laboris, atque opera simul  
 Omisit facere, laude digna que forent:  
 Item contempsit laudatores, nominis  
 Boni securo, ne videretur sibi  
 Deesse ad id, quod expetendum ducerent.  
 Quod si illos moneat quis, que in rem futura sunt,  
 Qua quum eis facere possint ad sapientiam:  
 Vocare ea curiosa instituunt, sua  
 Vt sunt auctores, sic testes inertia.  
 Quibus nihil valere sit summum bonum.  
 Ergo aliud agentes sese praterunt, neque  
 Ii propter vitam viuunt: cui soli tamen  
 Suidere volunt videri enixe, atque vnice.  
 Sic magna pars peiores finis in dies,  
 Quoad vltionem factor excuciat Dei.*

*Risi me ipse: interrogatus, quot mihi  
 Essent anni? respondi: vicies quater  
 Ne habeam impederi ad octo, tantum, aut circiter.  
 Post contemplatus, quod vulgo dici solet,  
 Semissem absumptum in somnos, & pene esse nil:  
 Dimidio tum vixisse me sensi minus.  
 Porro dum nugæ me sequuntur, & sequor  
 Illas vicissim: quantum depensum est? abi hinc  
 Ad morbos mortis apparatus, omnibus  
 Morbis peiores lites conditas mero  
 Veneno, infames furis & falsis dolis*

*Metus bellorum, & quolibet large metu  
Horribiliora incommoda accepta, & data,  
Quid mihi sit reliqui factum, ostende: & viceris,  
Præsertim cum ijs, quos dicam habere, perierint.  
Nam retro aspiciens unum ne inuenio quidem  
Qui mihi imminentem mansuram esse spondeat  
Mansuetum: ab nec venturum, quin non esse nunc  
Cum non est, & cum fuerit, non magis fore.*

*Si id adeo fatis est placitum, tanquam bonum  
Me aliis super alia me afflictiari malis,  
Vt iam misereri autorem ipsum possit mei,  
Ara una restat virtus & patientia.  
Non illa vecors, esse qua negat malum.  
Non illa demens, esse qua clamat bonum.  
Sibi personata atque hunc faciens fucum sibi,  
Sed qua esse malum, & se quouis potioem putat.*

*Nouo modo Natura abortiuum genus  
Hominum, conceptum sordidum primordiis  
Infamibusque auspiciis in lucem editum  
Ex asse malorum fecit heredem sibi,  
Fidei committens ea Fortuna perfidia.  
Tum ne quid his obmurmuraret sic, quasi  
Inofficiosum testamentum illud foret  
Vmbella sapientiola aspersit sextulam.  
Quod tantum abest, ut condiat cetera mala,  
Vt hæc ministra sit ministrorum caput,  
Quo te praesidium sentias premi malis.  
Nam ceterum nouerca quod finxit pecus,  
Fecit sui plenum extra conquirens nihil,  
Saturum, prouum, supinum iuxta se frui*

Quan-

*Quanquam aliis moriens, sibi viuens homo  
Aliis viuus misere, misere moritur sibi.*

*Si deponentur hominum studia, qua sibi  
Conueniunt, qua non sine qua vero carent:  
In animum sibi facile quisque inducat suum,  
Quid eligendum, quid relinquendum fiet.  
Multa opera tres sunt motus, principia tria.  
Necessitas est natura rebus omnibus:  
Vtilitas alij est alia pro captu suo.  
In tertio voluptas est loco sita,  
Prima ut regina rerum est, ira regnat sibi.  
Illex secunda, animorum prado tertia est.  
Hi vitæ currus, cui nisi sapientia  
Auriga sit: tam falso sine & perdita  
Pro iis se multa subiciunt anima ac sensibus,  
Vt frustra queras, quod tenere te putes.*

*Sunt opera ac laudis quidam fines alienæ  
Gracculus Aesopi, ut non sit tam garrulus, isti  
Aiuunt me dictum non tam esse, ac velle videri.  
His ego dissimilem fateor me. nanque mali ut sum  
Esse volunt credi, faciunt quod credere possis,  
Vani, inconstantes, ingrati, perfidi, auari.*

### In Ponticum.

*Omnes te irrident, nunquam tu Pontice rides.  
Scire velim, nunquid sic Agelaustus eris.*

### In vxorium.

*Cum verberante vapules, sileas vxore loquente:  
Illa die, noctu te sitiente bibat:  
Seruilerque supplici faciat conuicia dira,*



*Illi tu mulier: illa tibi vir erit.*

*Tartara, pugnantes flammæ, calique recessus  
Credimus, immensi regna tremenda Dei.  
Sed temerata fides vario iactatur ab æstu.  
At fecit danies: plus valet illa manus.*

*Burdegala hoc si flet, quondam quod libera vixit,  
Nunc scutica infami verberere serua tremit.  
Hætica non sentit peius: pro iudice podex  
Si est asini: medicus si scarabæus erit.*

### De Tholerio.

*Si de peste pio retrahit te pectore furca,  
Furca inter magnos est referenda Deos.  
Sin te dira lues redimit de culmine furca,  
Iam pro te merito pendeat ipsa lues.*

### De ingrato Struma.

*Multa dedi, quoties petiit, quæcunque poposcit.  
Sponte, libens etiam plura daturus eram.  
Arui ingluuiæ, & inanior arsi habendo.  
Strumæque iam porro vult sibi cuncta dari.  
Cuncta vti dem Strumæ? quid si mea viscera poscat?  
Hoc mihi iam ratio nulla iubere potest.  
Cuncta nisi dederis, inquit, periire priora.  
Multa tamen mihi, quam cuncta perire volo.  
Nam cui de multis, de magnis gratia nulla est,  
Huic quoque de cunctis nulla futura fuit.*

### In eundem.

*Quando puer fuerat, iuuenilia carmina fecit  
Struma, ferox laudem non sine laude tulit.  
Quando fuit iuuenis, puerilia carmina fecit:*

*Replicuit*

*Replicuit versas fors odiosa vices.  
Quando senex fuerit, faciet quæ carmina? certum est  
Carmina, quæ semper nulla fuere, fore.*

### In eundem.

*Ingratus ille, quem videtis, est canis,  
Non furis hostis: ater ipse fur est.  
Canes canem vorate: qui meam, meum  
Panem vorauit, & latrat farinam.*

### Pasquinus.

*Per varios casus, per mille volumina rerum,  
Et bruti interdum barbara Chersa soli,  
Venimus, ut magnam possemus visere Romam.  
Vidimus, at Roma turpe cadauer erat.  
Quid mouet ergo illam, si mortua demones intus  
Iam possunt anime sic simulare vices?  
Mentiris: nam animarum Orci, larvæq; voraces  
Munera sic anime fingere nulla queunt.*

*Extremo in senio, duraque in limine vitæ,  
Quam mala turba grauem, quam dolor esse facit,  
Turba mala heu longe Lybicis immanior aris,  
Tetrior immitti fulminis igne dolor:  
Quis putet Aoniis ludentes collibus auras  
Ingenium ad numeros posse lenare meum?  
Possunt: nec fors exiliis cumulant amaris  
Mentis honorata, iudicii que fugam.  
Diuinum ostendit quoties Vitellia pectus,  
Ex liquido numeros fonte rigauit amor.  
Hinc canimus: nec opus Musis tam sancta canentis  
Pectora, se Aonias sufficit vna Deas:*

## De ingrato Struma.

Rogas, quis is sit in meis libris canis,  
 Quem vocavi Nocticorui, quem voco Aegothelen?  
 Is Struma quidam est, gracculusq; Aesopicus,  
 Turgidus panonis aura, gemmisq; pennis,  
 Superum, inferumq; saturi odij meta vltima,  
 Qui meum panem vorauit, & laurat farinam.

## In Nostradamum.


Credula quid speras: quid spectas pendula verbis  
 Gallia, Iudæa qua blaut arte furor?  
 Tot regum veterum spoliis, tot onusta recentum,  
 Hoc tua clara feres ludere scepra scelus?  
 Nonne vides linguam impuri nebulonis inanem?  
 Huncne tuam pateris ludificare fidem?  
 Vtrum suilius, pectusne nocentis Agyrta?  
 An tu, que tonies falsa fouere potes?  
 Quod si es tam facilis, nolis ut velle dolere:  
 Saltem non etiam posse dolere, dole.

## De orbitate studiorum ad Lutetiam.

Si possem lacrymis conceptum equare dolorem.  
 Conceptoq; tuas equare dolore ruinas,  
 Flebilibusq; piis lacrymis equare Camænas.  
 Et flerem & canerem tantum, tantumq; dolorem,  
 Quanta tua immerita est facies miseranda ruina:  
 O mater studiorum, almi veneranda decori  
 Regina. hæc quondam, heu seruo nunc obsita luctu.  
 Sed neq; mihi satis ad lacrymas est flebilis vnda,  
 Nec sat suppeditare valent se corda dolori:  
 Nec super ad lacrymas tantas operosa Camæna.  
 Olim & magniloquis florentem Diua cateruis,  
 Et raram angusta gestantem fronte coronam,

Vt

Vt memini, ut video auulso nunc corde iacentem,  
 Orbamque & viduam, & caelesti lumine cassam  
 Informis trepidare infamia lumina mortis  
 Vt video, ut memini, ut me grauis excutit horror.  
 Illa etiam quondam, que se ostentare solebant  
 Premia lauricouæ non sat laudata corona,  
 Premia veridicis spirata afflatibus aura,  
 Omnia sunt terrori, intentant omnia mortem:  
 Obruta dum tetræ mortales carceris umbris  
 Luctificis se subtraxit spes fracta periculis.  
 Magne pater qui consiliis, qui fulgure mentis  
 Promisti inuictis nos robore firmaturum,  
 Vsq; sub igniti metuenda piacula mundi,  
 Aspice nos, te sancte pater tua signa secutos.  
 Eripe leiferis, sumus heu tua membra, ruinis.  
 Nec patere antiquum diuini luminis hostem  
 Longius insultare, tuisque illudere regnis.

  
 I V L I I C Æ S A R I S S C A -  
 L I G E R I T H A V M A N T I A  
 A D  
 D I V A M C O N S T A N T I A M  
 R A N G O N I A M .



*Decus immensi rarum Constantia mundi:  
 Quale potest fieri foemina, quale Dea:  
 Aspice letali confectam vulnere mentem:  
 Numine sic potuit vivete iussa tuo.*

*In te abiit, totusque meus, tibi militat ardor:  
 Dum tua ficta aperit nomina verus amor.*

Ad Thaumantiam.

*Rarum opus, atque antehac nulli res cognita Fato:*

*Queque tui similis unica, parque tibi es.*

*Celestis facies sub qua natura pependit:*

*Atque opere obstupuit Dædala victa suo:*

*Mollia sidereos demitte ad carmina vultus:*

*Sit satis hos misero sepe negasse mihi.*

*¶ Illa quidem mæsto lugent mea vulnere cantu*

*Flēbiliter, tanta vix satis apta Dea:*

*Te tamen eductam patrio Thaumantia calo*

*Hæc eadem mundi docta per ora ferunt.*

*Exemplum ergo mei divina mente sequuta,*

*Ipsa tui in speculo hoc ne capiare caue.*

Mutatis omnibus me non mutari.

*Quacunque atherio circumplectuntur amictu,*

*Sunt sueta alternas omnia ferre vices.*

*Aspice quot tenero variantur vere corolla:*

*Horrida quot gelidis bruma rigessit aquis.*

*Indica Santonicis mutantur flamina Cauris.*

*Et ponente fero flant Aquilone Noti.*

*Nec minus ipsa etiam Gangetide pingitur aura,*

*Fuscula quæ tacito procubat umbra polo.*

*At mihi letiferis post saucia corda sagittis*

*Constanti dominus pectore urget Amor.*

*Quid mirum? si non mutas crudelia corda:*

*Muventur quare dulcicia corda mihi?*

Te defuncta, me non superfuturum.

*Desertas ubi despicias Thaumantia terras,*

*Candida sidereo stella recepta sinu:*

*Si misero, quæ fila secat Dea, parcet amantis:*

*Me vivum sine te, quo velit illa, mori:*

*Contra ego suspiciam angustum Thaumantia calum:*

*Quo sine te moriens vivere morte queam.*

Si animus nunquam quiescet, perij.

*Si placidus somnus fessos afflaru ocellos:*

*Fessos, qui nequeant fulmina tanta pati:*

*Pectora damnata deponent tædia vite:*

*Linetur & ingratus languida corda labor.*

*At animus vigili crebrescet saucius igni:*

*Regnabitque novo numine flamma vetus.*

*Excindor. Quæ conditio durissima rerum hæc:*

*Si datur in media nulla quiete quies?*

Interitus ex tua hilaritate mihi  
vita est.

*Cum placida es, liquidoque nitens Thaumantia vultu:  
Tetrica pacato sanit in ore Venus.*

*Turbida fulmineos ubi pectore colligit ignes:  
Lenis ab ignigeno fulgurat ore lepos.  
Quid faciam? primis qua meta sit ultima votis?  
Queve anceps animum temperet hora meum?  
Cui precer, O? mihi perpetuus in turbine mortes.  
Nam te hilari vera est vita, perire mihi.*

### Thaumantix cantus.

*Cantillans Dea caelestes dum pronocat auras:  
Et roseo ignitos explicat ore modos:  
Dulcia flexanima miratus carmina lingue,  
Inconsulta animus ebibit aure necem.  
Tum seipsum fallens paulatim elabitur: & iam  
Iam moritur: nec scit, quid fuit inde mori.*

### Ab eadem diuersus euentus.

*Candida concreto terram nix obruit imbris:  
Atque stupent progo flumina stricta gelu:  
Lumina demisit celsa Thaumantia turri:  
Liquitur hæc solitis illa citantur aquis.  
Ast mihi, quem rapidis torrent hæc lumina flammis,  
Torpent de generi pectora serua metu.  
Infelix: si diuerso naturæ tumultu  
Me quatit: quodque est, non ego id esse queo.*

### Tu sola cura mea es.

*Cum meditor dominisque ardescunt pectora curis:  
Factaque surripitur mens aliena sibi:  
Aspiciens me illo dulcis Thaumantia risu,  
Quo terram, pelagus, sidera, cuncta trahit:  
Furor, ago, rapioque tuas, ait, improbe curas:  
Tunc ego: te ne igitur tu tibi diua rapis?*

Donatus

Donatus annulus me vinctum habet:

Thaumantia libera manet.

*Felix, quod veteri spreia matrice metallum  
Agnosci domina regna beata meæ:  
Infelix, quod caelesti mox luce relicta  
Nostra tuis factis membra minora capis.  
O potius felix, cum pristina iura prioris  
Sortis habes: nam sum, quod mea diua fuit:  
Quid? si quod domina est, ego sum? non conquerar ergo?  
Si tu me vincis, illa soluta manet?*

### Oculi Thaumantix.

*Nocturnum mea sufficiens Thaumantia calum  
Auxit flammigeri maxima signa poli.  
Quodque rubens in virgineis ardescit arctis:  
Ignea quodque truci corda leonis habet.  
Si crescunt vestris caelestia sidera: quare  
Luminibus pereunt lumina nostra tuis?  
Dominæ scuitia.*

*Ne mea sis: postquam per te concordibus astris  
Quæ mea sunt, miseris disperiere viis.  
Ne tua sis: postquam per te discordibus iris,  
Quæ tua sunt, misere disperisse facis?  
O tua sis potius: tua quæ lux imperat astris,  
Fratos referet in meliora Deos.  
Ne mea, ne tua sis: ego sum tuus. atque ut ames me:  
Exultem si odis, sic periisse bonum est.*

### Muneri mittit suspiria sua.

*Hæc tibi carnifici suspiria condita flamma  
Largus Acidalio de grege mittis Amor.  
Excipiens placido facilis Thaumantia nutu.  
Hæc serui gelido munera conde sinu.*

*Horrescis? nec turba placet male perditâ? senti,  
Qualia crudelis pectora nostra facis.  
Somnia.*

*Dormio: tunc vere censentur commoda vite:  
Cum facilem ostentant somnia sacra Deam.  
Euugilo: tunc ridentur mihi somnia, quando  
In nihilum celeri vana abiere pede.  
Somno quin vigilans, atque omnia dulcia fingo:  
Irritaque inuitis misceo monstris modis.  
Plus error placuit: plus illo viuimus: ille  
Vel domina inuita me facit esse suum.*

*In lusu latrunculorum.*

*Qua turmis præmissa cohors pro turribus alius  
Explet inexplent iussa cruenta ducis:  
Efferaque horrificis in cadibus ardet Amazon:  
Arciger & sparsas capiti auarus opes:  
Quis putei imbelles audere Cupidinis artes?  
Ab decuit teneras abstinuisse manus.  
Ille ubi fulminea sedem sibi legit in arce:  
Ex illa domina fulgurat arce Dea.  
Me miserum: qui disperi sine milite victus:  
Quid mihi tot contra tela parata putem?*

*Male affici ab irata, peius a facili.*

*Cum procul averso dura est Thaumantia vultu:  
Liquitur in festâ fusa medulla face.  
Lactea captiuo si vinxit brachia collo:  
Pectora Leihæo diriguere gelu.  
Ilicet exitio est, tantum exoptare bonorum:  
Et peius tanto tangere posse Deos.*

*Ratio cum appetentia.*

*Multa mihi in mentem veniunt per munia vita.*

*Protinus*

*Protinus ut valeat cedere iussus Amor.  
At mihi quæ in mentem veniunt, de mente recedunt.  
Quid quod, si ipse velit, nolo ego, cedat Amor?  
O monstrum inuisi, atque horrendi immane furoris:  
Si neque velle queam: si neque posse velim.*

*Ad Hirundinem.*

*Iam redit, & reducis repetens vestigia veris,  
Quæ lacerum genitrix Daulia luget Ityn.  
Querquera barbarico meditatur carmina planctu:  
Atriaque artificis pendula figit ope.  
Impia si veteris desles malefacta furoris:  
Ab fugias domine pectora cruda meæ.  
Næque immane odium potuit te armare tyranni.  
At seruum, ac fidum hæc perdere læta potest?  
Dulcia seu gelida queris diuortia bruma:  
Heu fuge: nam gelida hic nil nisi scuit hiems.*

*Omnia fiam, ut prope illam sim.*

*Dum vehitur segmentato Thaumantia curru:  
Ah fierem irapidis orbina facta rotis.  
Seu leuis Asturco glomerati mollius orbes:  
Cur non sum Phrygia stragula picta manu?  
Deficio, ah fierem caelestia verba loquentis:  
Verba, quibus pellax cuncta venenat Amor.  
Omnia sim potius: sed non esse ipsa potis sim.  
Saxea nam Caesar pectora ferre nequit.*

*De niue importuna.*

*Cum fueram nostros visurus crastinus ignes:  
Demisit cano Iuppiter orbe nives.  
Abstineo: an celi irati commito periculis,  
Quæ constat flammis ignea vita mihi?  
Ibo: geluque meis tabescet ab ignibus, aut me*

*P 3*

*Extinguet. Victor, aut ego liber ero.*

*Ad Caurum.*

*Cœre ferox: nam te gelidis meivende procellis*

*Exercet madida Camabris ora fœga:*

*Excute nimbiferos pluuioso stamine currus:*

*Precipitesque minax fer violentus aquas:*

*Lenta quibus inquat placitos Thaumantia colles.*

*Huc referens nitida fronte serena diem.*

*O leges placidas, o miri comvoda cal:*

*Si mihi, tot stringens nubila, suavis eris.*

*Redeuntem rure soli comparat.*

*Vnde serenatum Vulturni in turbine celum?*

*Tam cito nimboſi cur ſtupere Noti?*

*Cur ſibi diſſimilis, melior ſe ſplenduit annus?*

*Inſolite rerum que redire vices?*

*Te ne ergo ex agris ad nos Dea deſtinat inber?*

*Diurnum quo reſers lucida rure pedem?*

*Sol minor hinc pluuias, ac nubes diſtulit olim:*

*Maiorem pluuiâ huc nunc ſigat una meum.*

*Mifer annus, ſi vt mihi, ita eius  
ver hiems fiat.*

*Quid tibi cum ſyluis, & primi floribus anni?*

*Ver media ex oculis iarget in vrbe tuis.*

*Ver aliis, mihi triſtis hiems: miſer ah miſer annus:*

*Si cogare pari conditione ſiui.*

*Ad Thaumantiam.*

*Si ſpectes, qui tam celſo potiatur honore:*

*Nulla eris alterius: tota futura tua es.*

*Sancta Venus fac, ipſa ſui capiat amor:*

*Sentiat & quanti ſit, necis eſſe ream.*

*Comparat*

*Comparat manus ſuas cum  
dominæ manibus.*

*Hæc manus, & manu hæc: rigida hæc, hæc mollior um-*

*Qua leuis æſtivos temperat aura Notos. (bra,*

*Hæc manus, hæud manus hæc. placida hæc, crudelior*

*Leuiferaque omni ſanior vna cruce. (illa,*

*Hæud manus, at mors hæc, nō iars manus: impia quado*

*Serua e captiuo pectore corda tulit.*

*Si ſpecto, interij: ſi tango, aut ta: gor ab illa:*

*Nec mors, nec pœna iam mea nomen habet.*

*Thaumantia exoptauit in ſe morbum,  
quo laborabam, transferri.*

*Cum miſer indormito languerem tabidus igni:*

*Decolor affluas diluit aura genas.*

*Priſtinæ e vegeto fugit nitor aureus ore:*

*Seuuit horrendis mortis imago micis.*

*Ergo precum quam nulla cohors, non obſita ſtetu*

*Lumina, non rerum compeſſere vices,*

*Flectens ſidereos in me Thaumantis ocellos,*

*Se optauit potius talia monſtra pati.*

*Ne eueniat tantum ſcelus, ah rex ſupplicis, ah Dy.*

*Que ſimile huic ſolers vis reparabit opu?*

*Tum melius, me vnum (parua eſt iactura) ſperire,*

*Quam ſimul in te, me teque perire, duos.*

*Apparatus precum.*

*Pollicitus mi ego rara precum pigmenta daturum,*

*Cruda quibus voto ſe daret illa meo:*

*Diſpoſui fidens numeros, ſuadeque medullam,*

*Fultaque ſupplicibus mellea verba modis;*

*At postquam accessi domini ad fastigia vultus:*

*Excidit ancipiti diruta lingua metu.*

*Tum pallor tamen, & irpidi herentia signis*

*Ediderant animi supplicis ora notas.*

*Has capies pro capivis Thaumantia verbis,*

*Quæ se ad divinos prostiuvæ pedes.*

*Aut si verba iubes: cum tu subduxeris illa,*

*Et teneas: melius ipsa referre potes.*

### Ad violas hiemales.

*O bis felices viola: quas serior annus*

*Extulit: & dominae quas tetigere manus.*

*Ab misera: effugisse hiemem satis esse putatis;*

*Quas novus immenso Sirius igne premit?*

*Affectus aduersum tempora nubila.*

*Cum pluit obducto mœret Thaumantia vultu.*

*Regnaq; nimbiferi ditat opaca Ionis.*

*Ecce pluo lacrymis: totum hunc sum versus in imbrem:*

*Et mortem spectas: seu, serena meam?*

*Nullius temporis mutatione mutor.*

*Crastina cum referet soluos Aurora labores:*

*Ipsa dies mihi erit nil nisi tota labor.*

*Vesper adest: soluetq; graui iuga dura labore:*

*At qua sera grauem finiat ora diem.*

*Nil ego sum: mihi si proluxa mollior hora*

*Nec noctem nox, nec lux ferat vlla diem.*

### Dominæ saltatio.

*Dum mea diua ciet numerosos mascula saltus:*

*Et quatit audaci picta asarota pede:*

*Edidit argutos liquido quot corpore motus:*

*Tot duce sensi animum corde micare modis.*

*Si cer-*

*Si certis igitur seruum moderaris habentis:*

*Cur voluit: cum tu vis pepulisse, sequi.*

### Thaumantia corollæ.

*Quæ mihi composuit verno de flore corollam,*

*Perpetui veris ipsa corolla fuit.*

*Viderat in proprijs carpentem latus Adonis:*

*Nec vetuit, Venerem dum putat esse suam.*

### Thaumantia sole fulgidior.

*Hibernis longe mea lux infensa tenebris:*

*Quæis premitur sero tempore fusca dies:*

*Tristis erat, mihi querenti, quid mœsta iuberet?*

*Exulis huc, inquit, lumina solis age.*

*Ab istos igitur legito Thaumantia vultus:*

*Quos timet, aut luci credidit esse satis.*

### Irata ex calumnia supplicat.

*Si merui, peream: miserum perisse iurabit.*

*Quin si tu veniam des, dare nolo mihi.*

*Mortem oro: tædet cali conuexa tueri.*

*Hoc pretium? hac fidei pignora ceria mea?*

*Et repisse potest diuina in pectora dira*

*Suspicio? at nequit in mea dira lues.*

*Si raras æquare tuas Thaumantia, magnum est,*

*Virtutes: illas exuperare, quid est?*

### Eodem argumento.

*Ab ne aurum pete: sic diris madet illa venenis*

*Diuino satis est oscula ferre pedi.*

*Sive pote est lacrymis, siue est pote sanguine, falsam*

*Eluere inuisam suspitione fidem.*

*In lacrymam aut sacro vertatur flumine sanguis:*

*Aut totus venis exeat ille meis.  
Si fieri mea vita nequit tibi testis amoris:  
Quod reliquum est: fidei victima sancta cadam.*

Ad oculos suos.

*Si nequit amentem mihi vita auferre dolorem:  
Aufferet ab nimis est fallere, si sat erat.  
Quod superest: Diu De eque omnes: ast finiat amens  
Et vitam, & vita tristitia facta dolor.  
O oculi, iam non oculi: sed ianua duris  
Fletibus effecti ianua lata meis:  
Jam mihi non oculi, iam non mihi lumina, verum  
Opiata toties vis tenebrosi necis:  
Si per vos morior: vobis cur vita superstes?  
An cum meta perit, semita tua sum?*

Subuculæ cum maculis, striis,  
anfractibus.

*Divinos tenui ductos sub tegmine textus:  
Quæ vos composuit pingere docta manus?  
Quod solidum est, tegit incomperiti arcina recessus:  
Detegit e plagulis se manifesta fides.  
Divinos vere miro sub tegmine textus:  
Si, quæ vos facit, est talis & ipsa manus.*

Ad Lycen seruum.

*Dentibus ex eboris fulvum collegerat aurum:  
Quod rara ad laqueos neceret arte Lyce.  
O quid agis: si captivum me splendor adegit  
Solutus: quid facient retia facta mihi?*

Quæ mihi dixerit Thaumantia.

*Quod volo, cur nequeo? crudelis abistere flamma:*

*Non faciam, tanta hæc ut mihi damna parem.  
Quod queo, cur nolo? crudelem crescere flammam:  
Non faciam, ubi ut hæc tædia tanta parem.  
Illud onus, quod sponte fero: hoc invita reciso:  
Sed quo plus lentor, hoc sit mihi maius onus.*

Ex lucidis labiis atra verba.

*Si flamma est oculis, iaculentur lumina flammam:  
Si nix est manus hæc, nix ego tactus agam.  
Aemula si roseis splendent scunt labra pyropis:  
Cur mihi de verbis nox ruit atra tuis?*

Morbi & amoris incommoda.

*Inter mille neces, & duras facta tyrannus  
Tristia, mi surda quæ parat aure dolor:  
Idalios ne etiam regnare Cupidinis arcus?  
Cui nardus miscet brachia, myrrha caput.  
Ausus es, hunc clamorem inter, huncq; inter odorem,  
Mollibus assuete o nequiciose choris,  
Huc hilareis teneræ matris pretendere flammam:  
Mortuq; extincti perdere corda viri?  
Aetivum: crescat, potuit si crescere mors hæc.  
Aut si non: saltem sit satis una mihi.*

Omnia fio, & nihil sum.

*Si figio quis me sequitur? si cedo, quis urget?  
Si fleo, quis cedit? si patior, quis agit?  
Quin morior: neq; sic scio, qui me interficit, ergo  
Omnia sit ne aliquis fiat ut ille nihil?*

Si gelu incendit, flamma reparabit.

*Quod mihi vernantes Thaumantia læta corollas,  
Tot fera lascivus fulgura misit Amor.*



*Fulgida luteolis ignescit Calicula flammis,  
 Quaeque ab luce rubens Flammae nomen habet.  
 Pallidula viola, quis vos Deus ignibus vssit?  
 Quisve dedu gelidis ignea fuita rosis?  
 Huc ad me, vos si illa suis flammantia ocellis  
 Frigida, fas, flammis posse redire meis.*

*Qui eius esse possim.*

*Tota es pulchra tibi, tota effera, tota cruenta,  
 Tota mei pestis ultima, tota cinis.  
 Tota tua es truculenta tuis pro moribus istis:  
 Ergo ego diuersis, qui tuus esse queam?*

*Ab ea & totus, & semper.*

*Nulla mihi potius felix illuxerit hora,  
 Quam non sis felix o mea Diua mihi.  
 Immo aliud: mihi qua felix illuxerit hora:  
 Si non sis felix o mea Diua mihi?  
 Sis felix mihi: sic felix illuxerit hora:  
 Quin fueris omnis temporis hora mihi.*

*Ad Fortunam.*

*Quae rerum series violentis nexibus arces,  
 Hocque adeo imperij nomine dicta Dea es:  
 A duro si non pigeat me forte dolore  
 Felici infontem sancta lenare manu:  
 Nulla tibi extali pinguis cadet hostia cultro:  
 Num mors, num nidor vos facit esse Deos?  
 Sed faciet claram super omnia numina Caesar,  
 Atque Deam: qui te credidit esse nihil.*

*Mors vitam dat amanti.*

*Audebo? an dubiam terrebunt vulnera mentem?  
 Atque mihi, me ut amem molliter, hostis ero?  
 Consilia omnia conclamata, & victa peristis:*

*Vobis-*

*Vobiscum & pery, non pereundo, simul.  
 Quod desiderium petis, spes agra negant:  
 Et quos vita dolet, mors parat atra dies?*

*Silentium a magnitudine.*

*Magnum, & mirandum, ac rarum te opus esse Deorum,  
 Nos monet incessus, frons, latus, ora, manus.  
 Lingua mea est mortale sonans, mortalia corda:  
 Illa pati decus hoc, illa referre nequit.*

*Tessera inter me & Thaumantiam,  
 Stella.*

*Stella tui desiderium si ferre queam: si  
 Vlla mihi sine te nox bona, Stella venit:  
 Ne mihi nox, mihi ne stella nox luceat vlla:  
 Nox Stella sine sit, sit sine luce dies.  
 Quid loquor infelix? cum me mea stella relinquit:  
 Fit stella sine nox, fit sine luce dies.*

*Caelo quoque imperat.*

*Ingratam facili caelo mutauimus oram:  
 Cur igitur non sunt pectora versa tibi?  
 Quam temere optavi mitem auscultare precantem  
 Qua non & celi legibus una subest.*

*Aequata bona malis.*

*Quaecunque aetherus etiam equiparanda triumphis  
 Si qua ibi, si qua alibi sunt potiora bona:  
 Quaecunque infernis etiam ameferenda ruinis:  
 Siue ibi, siue alibi sunt grauiora mala:  
 Cuncta tuis: mihi sola dedit Thaumantia, cuncta.  
 Hec dare quis potuit? Quis? nisi sola Dea.*

*Velo cum careret, opposuit manum.  
 Velum aberat: quare ut tegeret Thaumantia vulnus*

Opposuit nitida candida vela manus.  
 Quas non ergo necesse que non sum monstra precatuꝛ.  
 Quando fieret aridus igne cinis.  
 Frustra illa opposuit: frustra sum monstra precatuꝛ.  
 Perpetuo vigeat lumine leuis obex.  
 Et minor immensus, manus & translucida: quare  
 Nec potuit regere hæc, nec valet ille regi.

### Hora tædia ex absentia.

Te mihi curia diem totum que sustulit hora,  
 Hora fuit toto longior illa die.  
 Curia die 10:0 fieri ut mihi longior hora:  
 Sic hora breuior mi mea vita fuit.  
 Longa abit hora, dies manet: hic fit longior illa:  
 Nam mihi vita redit te redeunte mihi.

### Commodis pereo: quid fiet mœrore?

Audebam: fractis gelidus pavor obstuit ausis.  
 Dicebam: oppressit dicta parata metus.  
 At pia quo miseros consolaretur amores,  
 Porrexit facilẽm commoda diua manum.  
 Et retigit, & flamma fui. Quid fiet ab ira:  
 Si de clementi stant mala tanta Dea?

### Ad oculos suos.

Si vestrum est, varia visum componere luce:  
 Sum cæcus vestra cur ego factus ope?  
 An decuit modico miserum me lumine tangi?  
 Nec magnas propius velle videre Deas?

### Inconstantiam meam ab eius fastu.

Si nolo: quisquam faciet me velle negantem?  
 Si volo: quisquam me cogere, nolle, volet?  
 Si nolens volo, nolo volens: tu Iuppiter audis.  
 Non satis alterius criminis esse reum?

Ab ab qua misero me in se transformat amore:  
 Illa sui similem sic facit esse leuem.  
 Lusus fictus.

Dum roseo peterem promissa suauia ab ore,  
 Obtulit inuicta fronte superba genam.  
 Obtulit: & pepulit: demissoque inuida vultu  
 Indidit in gremium sidera nostra suum,  
 Si dare velle tuum est, Thaumantia blanda negare:  
 Cur non das igitur, cum mihi Diua negas?

### Libatus calix.

Nectareum sapidi laticis libarat honorem,  
 Illis, que vincunt pura labella rosas.  
 Tum misero dedit inde mihi. Dijs, Iuppiter, omnes,  
 Pectora qui liquida sicca leuatis ope.  
 Quid faciam? verti potuit si nectar in ignes:  
 Crescereque e gelido dira liquore sitis?  
 Huc date precipites currus Phaetontis anhelis:  
 Quantaque sulfureis cum furit Aetna iugis:  
 Damnatæque polo flammas Phlegethontis auari:  
 Eque Iouis manibus fulmina: cuncta bibam.

### Ab ea fio & omnia & nihil.

Si mihi lauricomis es decus immortale furoris:  
 Quique ex te numeros ambit, habetque suos:  
 Quare ubi nostra oculis ardescunt lumina vestris,  
 Muta precum primo limine lingua silet?  
 Soluitur in tenues liquefactus spiritus auras:  
 Atque abs te factus omnia, fio nihil?  
 Lingua, quæ filendo noluit vincere,  
 laudando vincat.

Non sum animi dubius, quam me crudelibus astris  
 Extuleris laus per mea fata dies.

*Sed qua temporibus, qua magnis imperat horis,*

*Debit insanas corrigere illa vices:*

*Dissimulat: senasq; timens Rhamnusia flammæ,*

*Pergit adoratas velle fouere faces.*

*Quid reliqui faciam facta interperdita Diui?*

*Que mihi subsidio numina vana vocem?*

*Si cessere Dei quid erit mortalibus ausis?*

*Aut quid sperem opibus sistere posse meis?*

*Lingua faue: leuius grauis hæc fortuna feretur.*

*Quæq; semel poteras vincere, vince diu.*

Armilla mihi e meis curis connexis  
contextæ a Thaumantia.

*Quas mihi carnifices gauens ferit improba curas:*

*O me felicem, si nisi cura fuit:*

*Verum perpetuas quas fabricat impia mortes,*

*Se se acuens futis in mea fata suis,*

*Artifici ignotos his addens ordine nodos,*

*Inuicem manibus fortia vincla meis.*

*Quid sperem mortalis? opem cui ferre recusat*

*Et Venus, & Veneris bellua tetra puer,*

*Vel parete Der: mihi vel monstrare precanti,*

*Hanc qua possitis arte domare feram.*

Lufus non fictus.

*Me inclusit cum lacteola Thaumantia Phyræ:*

*Et nuda expresso lumine frontis, ait:*

*Ludite felices Amathusia turba columbi:*

*Atq; vna attonitos misceat aura duos.*

*Brachia non edera, non vincant oscula concha.*

*Cumq; tua inuideas dulcis Adoni Dea.*

*Ab nescis mea diua? an si scis, improba ludis?*

*Non sum hic intus ego, es si mea vita foris.*

Omnis

Omnia ei studere.

*Nonne hæc lingua iruces iussit crudescere turmas?*

*Que tenero vultus lumine muta stupet.*

*Nonne hanc extimui Veneti fera dextera dextram?*

*Que modicis digiti pulsibus icta tremitt.*

*Nonne hæc fulmineos riserunt corda tumulus?*

*Que tenui verbi turbine victa cadunt.*

*Hæc tua cum fuerant, fueram tibi: nunc miser absunt;*

*Seq; student domine velle parare sua.*

Vespertinus color igneus cum  
aura frigida.

*Et ferus color est, & feri temporis aura.*

*Ista tibi, misero conuenit ille mihi.*

*Hinc ignem, inde gelu aspicias: simul omnia, verum hoc*

*Differt: quod me abs te tam procul esse iubes.*

Verfus, quibus mihi respondit Thaumantia.

*Mente pia, ac sanctis precibus venerare pudorem.*

*Sic stabit mihi, sic seruet ille tibi.*

*Ipse suum spirat constanti pectore calum.*

*Ni meus extiterit, nec tuus esse potest.*

Oculorum nimia vis.

*Flammigeros huc verie oculos Thaumantia, flammis*

*Flentia quo sicces lumina nostra tuis,*

*Parce diu tamen o radios intendere: nanque*

*Non iam non oculi, sed cinis ater erunt.*

Etiam amorum esse dominam.

*Reginam orabam Venerem, Venerisque pharetræ:*

*Vt mihi Thaumantem sub sua iura darent.*

*Annuit: at facilem lufi spes irrita nutum:*

*Atque Amor oblitus velle redire, fugit.*

*Anne igitur liber domitis regnabo tyrannis?  
Quid si hæc illam, illum, te, tua, cuncta domat?  
Lulus fictus.*

*Surripui trepidus canto duo basia furto:  
Et totidem audaci vis mihi aperta tulit.  
Et duo sponte dedi, furim & duo sustulit audax:  
Et duo vi rapuit: & duo sponte dedi.*

*At misero irata est: at calum territat armis:  
Gratia cui tamen est aqua relata pari.  
Pœnitet? & tumidis oneras pia fata querelis?  
En tua reddo tibi, tu mea redde mihi.*

*Me vnum mei erroris caussam.  
Ignea que picto fulgetis sidera calo:  
Et nox sideris ignibus vda comes:  
Sape meos vobis narraui perditus igneis:  
Sape tibi fletus semina dura mei.  
Debebant similes ardenti: lumina flammæ:  
Debuit hæc lacrymas vda fouere meas.  
Cur aliena moror: me desero? Sidera nolens  
Captiuum: memet cur miser esse volo?*

*Magnitudine Thaumantia me  
esse inopem.*

*Si quaesita mihi in media lux nocte fuisset:  
Lux foret in media nocte reperta mihi.  
Nunc lucis quero in medio mihi sole decorem:  
Et vis est animo noctis oborta meo.  
Infelix: si alios studio defectus inani  
Ludis: meque inopem copia sola facit.*

*Thaumantia venatio.  
Ecce nemus vigili venator voce lacescit:*

*Atque ferox domina pondere sudat equus.  
Hinc tibi turba fugax, hinc magni fulminis ales:  
Ab misera, quo vos quo fuga vertet aues?  
En ego, cui placidi pars commendata laboris  
Maxima, cui parent retia, penna, canes:  
Quis credat? sibi quis fuerit crudelior? a me  
Ausugio: & pereo splendida præda Dea.*

*De eius velo.*

*Sive quatit liquidas rapidis afflatibus auras,  
Atque niger gelidas proruit annus aquas:  
Sive aperit nitidum terris sol aureus orbem,  
Et roseum rutilo subuehit axe diem:  
Sidereos misero mihi cur regis improba vultus  
Improbæ? qui poterat regna negare Iouis?  
Acole magnanimis tolle hæc vela impia Cauris:  
Vre pater flammis serica texta tuis.  
Sive nequis: habeas animi suspiria nostris:  
Aut vras rapido pectoris igne mei.*

*Monile corallinum.*

*Lucida sanguineis bacata catena corallis  
Scintillat, serui tincta cruore iui.  
Regnabis, sic vinceta meo es qua sanguine? qui se  
Sanguine sic eodem vincio, seruus ero?*

*De curis meis.*

*Si pia furata es nostras Thaumantia curas:  
Nam quid iam fuerim nescio, quid vè siem:  
An mihi diua iuas cessisti prodiga curas:  
Vt mihi quid fueris, quid cupis esse, sciam?  
Ab satius nescire. mala hæc sunt præmia nostra  
Hoc vita decus est, viuere velle tibi.*

Dubito an eam lenem viderim.

Fulmine Saturni natum quæ fecit manem:  
 Illius ut flammâs dispulsi igne suo:  
 Cuius luminibus summum sidera lucem:  
 Cui tremefactus Amor totus inermis eras:  
 Demisi placidum trepida hæc ad carmina vultum.  
 Nescio si verum est: vix ego credo mihi.  
 Aut vidi, aut vidisse puto, nam lumine tanto  
 Nec queo, nec spero posse videre Deos.

Idem utrique fatum.

O gravis, o gravis amentis malefana furoris,  
 Quæ sunt ausa aures verba ferire meas.  
 Cum tu, inquit, (nam fata volent) me amiseris: illa,  
 Quæ sim, quæ fuerim, deteget hora tibi.  
 Quo fugies? quæ terra pedes ignota fugaces  
 Excipiet, quæ eadem non sit aperta mihi?  
 Errasti: si te amittam, me amifero. Qualem  
 Vtrique, aut neutri d: feret hora diem.

Pelago similem, sed crudeliorem.

Est scævum mare, & indomitis superæstuat iris:  
 Datque hominum misera corpora multa neci.  
 Ast & idem placido perfert commercia vultu:  
 Atque vaga patitur tergora dura trabis.  
 At tibi cur dederat tantum Cytherea decoris:  
 Vt scires etiam spernere posse Deos?  
 Spernere quin nihil est: amissos perdere? seu  
 Hoc solum pelagi restat iniqua tibi.

Quare nequeat cessare.

Decretam numeros, & sacri nominis auram  
 Emeritam in gremio ponere diua tuo.  
 Iam nunc terra parens, iam molles aquoris unda,  
 Quæque

Quæque crepant pennis aëta præpetibus,  
 Cognatique tibi lucentes ætheris ignes  
 Thaumantis faciem, pectora, verba sonant.  
 At semper sibi succedens novus institit ardor:  
 Formam infinitam sic sine sine cano.

Ad eandem.

Vive diu felix numeris Thaumantia nostris:  
 Contra, vitam oculis tu mihi redde tuis.  
 Si tibi ego, mihi tu vitam pensabimus: ab: cur  
 Cum vivo tibi, non vivis & ipsa mihi?

Lufus fictus.

Audcho: an patiar tremefacta mente repulsam?  
 Absistam? an repetam corde micante fugam?  
 Attrectabo: vel infami si fulmine calum:  
 Vel si tartareis ignibus astra manent.  
 Vicinus. At qualis tamen hæc victoria? victus  
 Stabam antehac: victor nunc sine Marte cado.

Vndecunque domina.

Cum tua terrifico stipata protervia vultu  
 Disicit insidijs pectora nostra suis,  
 Muta prius, tum vocales solvuntur in auras,  
 Et sunt iris ora deserta tuis.  
 Cum placida es, faciliq; nites Thaumantia nutu:  
 Hæc eadem ignescunt lusibus ora novis.  
 Musarum domina es: si dura, siue benigna,  
 Siue pavor celebrat, siue amor acta tua.

De lauru aurea.

Tortilis inflexo simulata hæc laurus in auro  
 Ostentat magnæ numina magna Deæ.  
 Veram ignis poterat crepitantis perdere flamma:  
 Purior huic veniet semper ab igne decor.

*Sic mea, quæ potuit consumi tempore fama,  
Maior ab illius lumine semper erit.*

Non cuenta, sed ipsam scæuire.

*Si refero, quæ me perimunt, quo torqueor igni:*

*Pauca, ait, hæc patieris, si numerare potes.*

*Si taceo, & tacito moriens incendor ab astu:*

*Inquit, paruus amor pauca referre docet.*

*Cur? quoties pereod? neque sunt hæc, causa doloris.*

*Sed mala quæ non sunt, tu facis esse mala.*

Carere & oculis, & mente, quam  
per hæc petire.

*Quid patiar misera damnata incendia mentis?*

*Si nequeo tantum lumina ferre tua?*

*Illæ tamen miseranda (nefas misere expetit vris:*

*Inque oculos oculi semper abire mei.*

*Ite hinc turba ferox, fugitiua, ac nefcia pacis.*

*Si sine te fuero, tunc ego totus ero.*

Irata petire, secundiore interfici.

*Quæram, quod non inueniam, sed querere vellem,*

*Et reperire pie dulcia verba Deæ*

*Inueniam, quod non queram, nec querere vellem,*

*Ab miser iratæ tristia verba Deæ.*

*Non queram, non inueniam, non querere vellem,*

*Non reperire volens illa, vel illa mihi.*

*Tristia me interimunt, occidunt dulcia, cur non*

*Vel mora presidio, vel fuga tuta venit?*

Gravius est mihi non augere amo-  
rem, quam ferre.

*Quod queo, cur nolo? crudeli absterere flamma.*

*Non faciam, tansa hæc ut mihi dona parem.*

Quod

*Quod volo, cur nequeo? crudelem crescere flammam.*

*Non faciam, tibi ut hæc tædia tanta parem.*

*Illud onus, quod sponte fero, hoc quod sponte recuso.*

*Sed quo plus leuor, hoc sit mihi maius onus.*

*Eius violentiam fulmine præstantiorem.*

*Si inquit hinc dominam crudelem turbidus imber*

*Excitere: & frustra vota precesq; uli:*

*Aspice me, quicumque ferrox tua fulmina torques:*

*E: valeant flammis flamma regnatis.*

*An potis in gelido non est tua pectore flamma?*

*An ne tuum præ illo fulmine fulmen aqua est?*

Quare in mœrore læta canam.

*Dixat amor, creuitq; simul creuere querela.*

*Cur desunt igitur tristia verba mihi?*

*Dulces seuitæ, molli discordia lapsus,*

*De domina insinuant nil nisi dulce loqui.*

Ad animum suum, uti se viciscatur.

*Vade anime ultricis moderator forsitan hora:*

*Quæ domine obiciet pectora cruda tibi.*

*Illæ subit furting; suis lentam ignibus vire:*

*Et discet: faciat qualia corda mihi.*

Sibi ipsi aduersari.

*Si vinco, me libertas interficit audax.*

*Quæ fugio, heu miserum, nolo carere malis.*

*Virtus, materies fædi sum dira triumphi:*

*Seruitiumq; fera mortis imago premit.*

*Hoc pretium insani miserum, atque immane furoris:*

*Vt mala cum fugiat, nolui habere bona.*

Palinodia post iram, pro sexu foemineo.

*Quæ vecors animus, dementi tortus ab ira*

Expressit stolido pectore verba furor,  
 Aspirans domine nitidis victoria pennis,  
 Et iussus placido corrigit ore pudor.  
 Tu ne es principium generis? tu ne altera rerum  
 Semina? quam equali fors tulit aqua viro?  
 Per te etiam felici orbi lux vera refluxit:  
 Humanosq; recens exiit ore Deus.  
 Ancipitiq; stupens animo Natura pependit:  
 Candidaque ignota lex noua creuit ope.  
 Lex legis fractura modos, durosq; rigores,  
 Amissi referens ardua regna poli.  
 Te sine non potis effecti consistere mundi  
 Machina, sed leui turbine capta ruat.  
 In te disposuit lenis concordia mentis,  
 Qui tribuit cadis semina cruda viris.  
 Ille ex se elicit caelestia munera forma  
 Miris composuit membra beata modis.  
 Quid moror? immensum posset cum posse iuuauit,  
 Postquam te fecit, condere velle nihil.

### Thaumantia Venere pulchrior.

Si mihi nequitas faciat Venus aurea, quantas  
 Si quantas Veneri trans mare sudat Amor:  
 SorDESCANT STUPIDO CAELESTIA LUMINA, nec mi  
 Thaumantis placitas deleat alma faces.  
 Hoc est cur, raperet mihi me vi Cytherea negantem:  
 Non se, sed dominam pratulit illa meam.

### Ad Cupidinem,

Perfide, quicumque es gemini moderator amoris,  
 Ignea quique facit vulnere, quique fugat:  
 Prima mihi inducti lenta fastidia vita:  
 Tunc, cum didici viuere velle meus.

Non

Non veniam peto, non requiem, non candida pacis  
 Munera, non duro colla soluta iugo.  
 Huic ostende tui quam magna potentia regni est:  
 Si, ve mei nolis, at miserere tui.

### Mors vtrisque.

Disperisti amens, nisi te misere, inquit, amarem:  
 Cur peristi igitur, cum misere, inquit, amo?  
 Quid dicam, aut, taceam? mors est, te diua carere:  
 Mors est, te, cum tu sis mea vita, frui.

### Silentium pro omni ratione.

Irrequieta grauis raperent cum flumina lingua,  
 Quaeq; homines faciunt, quaeque dedere Dei,  
 Deficiunt medio cur sustentata cursu?  
 Et secat audaces spes odiosa vias?  
 Ex infinito cumulo quis defore credat  
 Pauca? mari e magno cedere gutta ne quis?  
 Sic melius, ne turpe mihi sit pauca loquenti:  
 Dicere sed potius cunctas, silere meum est.

### Inter contrariam perniciem.

Quid faciam? dico, an fileo? si dico, peribo.  
 Sunt etenim ardentes omnia verba faces.  
 Si taceo, interius clauso miser igne cremabor.  
 Quae mors haec, quae sit bina parata mihi?  
 Thaumantia, & responsio.

Si nostri diuinus amor te, ut conciris, vris:  
 Et diuina decet sine carere bona:  
 Quid petis? ab nunquam ius sit tibi corporis huius:  
 Nam tibi praeterea quid dare posse puem?  
 Si tu sum factus, sic in te abs teipsa recurris:  
 Sic hoc diuinum est: tu tibi diua dabis.

Omnia spernens, omnia est.

Inuictos Hyale nixu mirata lacertos:

Illa, ait, o felix quam tetigisse volent.

Delia sublimem me in equo stupefacta sedentem,

Nescio concepit qualia vota sibi.

Candida Niconoe numeris permulsa decoris,

Exoptauit ab his nomina ferre sua.

At te qua nam facta virum mouere superbam:

Omnia pra te una que facis esse nihil?

Defecere hominumque artes, artesque Decorum.

Ergo cum te orbis est minor, orbis eris.

Quo plus fugit, plus fugat.

Auia lasciuu sunt hæc umbracula Fauni,

His habitat densis hirta Napea iugis.

Sylvarum decus his crispatur Hamadryas auris.

Accinit huic querula cæsia Nais aqua.

Ergo etiam vitreum vocat ad commercia calum:

Dum ridet Zephyri captus amore locus.

Ipsè volens veneror vernantia numina Nymphas:

Syluestresque animi certus adoro Deos.

Tu modo diua tibi has nuper quas struximus aras,

Atque incensa auge numine thura tuo.

Despicias? ab me ab cur absentem interficis absens?

Atq; fugas magè me, quo magè dura fugis.

Nulla domari flamma.

Aspice Sol, rutila regis qui luce colores:

Et reuclis reduci flammeus orbe diem.

Aspice, qui rapidas iacularis Sirius auras:

Squalentesque audis ignibus vris agros.

Non pudet? en vestras ego solus adurere flammâs

Audeo.

Audeo: nec satis est illa, vel illa mihi.

Plus pudeat: Thaumâs cunctos quod riserit ignes:

Atque meum gelido pectore cruda necat.

Splendor, & Stemmata.

Si sola es, quam lux rerum mirabilis ambit:

Nec patitur similes gloria tanta Deas:

Si rerum ad lucem cunctis tibi substitit orbis:

Atque stupent opere tota elementa suo:

Qui sperem, ab temere, tantis assistere flammis?

Quidve anens animi sub mea fata ruor?

O calum, tibi cur licuit non esse minorem?

Aut cur maiorem non licet esse mihi?

Ad Garumnâ.

Torna Pyrenæi soboles operosa furoris:

Siqua soluta citas nix tumescit aquas:

Sic tua perpetuo componas flumina cursu:

Sic magni superes vota superba Padi:

Parce, o, terrifico præceps crudelescere fluctu:

Quamque vehis dominam sentiat unda Deam.

Audisti pater: & lento pius equore lambis.

Que manet arberios ripa beata pedes.

Quid dicam? nitidosne times stupefactus ocellos?

An quatit ignoto lingua diserta metus?

An nosti patrio caelestia numina calo

Debua, nunc iuri subdita nulla tuo?

Amanti misero vitæ pretium,  
perire obliuione.

Postquam diuina afflauit me spiritus aura,

Que Basentiâs ludit operia iugis:

Que male me cepit cunctarum obliuio rerum,



*Ab cur non etiam me capit illa mei?*

*Nunc memini me fulmineis succumbere flammis:*

*Atque negem precium hoc esse, perire, mihi?*

*Amoris mei, odij tui præmia.*

*Ne mitis, ne sæua preces Thaumantia nostras*

*Despice: vel vestros despice diua Deos.*

*Consuenerè Dei deponere molliter iras:*

*Si demissa vident supplicis ora rei.*

*Quod si proculpa nimium damnabis amorem:*

*Ex odio qua sit debita noxa tibi?*

*Comparat se perdicibus, & lepusculis.*

*Perdita fulmineæ conspecto turbine penna*

*Callida se tenui pulvere rexit auis.*

*Vtque canum lepus insidias exterritus hausit:*

*Ancipites acuit tum fuga anabela pedes.*

*Infelix: cur sponte sequor mea fata? volensque*

*Me fugio: & facio ut sim tua præda mei?*

*Hostem Cupidinis, quam amicum.*

*Audi tu Venus, & Veneris tu filius audi:*

*Seu domina es, domina seu puer es, dominus:*

*Si facitis plus sæpe mali, si semper amicis:*

*Et nati, & matris tutius hostis ero.*

*Annuli Thaumantiæ.*

*Ardescit socio rutilans adamante pyropus:*

*Sic animo articulus conuenit iste tuo.*

*Aeres fulminei faculas iaculantur ocelli:*

*Frigida stant duro corda retusa gelu.*

*Quia in me illa, ego contra me.*

*Quod minus est in te, plus in me cernitur esse:*

*Quod*

*Quod plus in te, in me cernitur esse minus.*

*Si minus hoc fuerat, fuerat sat: verius hoc sit:*

*Quod totum in me, in te cernitur esse nihil.*

*Quis potuit sanos sufferre fidelius ignes?*

*Quæ potuit seruo durior esse suo?*

*Quæquam in me tota es, tanta est discordia: ut in me*

*Fædi dissidii sis quoque causa mihi.*

*Non raptum a Thaumantia, sed vltro  
fese obtulisse.*

*Si quicquam ex animo fieri pote, quod placeat: quin*

*Vel plus quam placeat, auferat atq; animum:*

*Auferat inuitum placide, ducatq; volentem:*

*Atq; sinu Veneris collocet in medio:*

*Hoc abs te factum est, o maxima diua Dearum:*

*Me inuitum ut nostris sensibus eriperes.*

*Non videor tamen esse mihi, cui iniuria facta est:*

*Cum te visa olim desierim esse meus.*

*Quin a me ad te abij sapiens, meq; ipse reliquis:*

*Ne tuus hic in me, sed meus in te habitem.*

*Thaumantiæ pietate interire.*

*Mortem ferre videns oculis Thaumantia duris:*

*Hoc credo, nostras tum miserata neces:*

*Auerit: parsitq; auidis exurere flammis:*

*Letifero ergo subit mors sociata gelu.*

*Quæ fugiam mala: si pietas mirissima diris*

*Afferat interitus fata cruenta mihi?*

*O porteat riualet odisse, an amare.*

*Illus sum, ac spe defectum me cruda reliquis:*

*Atq; alius potitur (& fero) luce mea?*

*Dic regina Venus: liceat ne odisse siuentem:*

An quem Thaumantas amat, me quoque amare iubes?

Iras comparat.

Iratum sibi me fleuit Thaumantia, qualem  
 Ergo putes animum supplicet esse meum?  
 Fundat mexhaustos tua dextera fulminis ignes:  
 Inque caput calum corruiat omne tuum:  
 Hoc minus est, omnique minus formidine culpa:  
 Et culpa, & poenae, quid minus? immo nihil.  
 Nam si irata (nefas) mihi sit Thaumantia: mors hæc  
 Sit lenior, mihi quæ sic aliunde venit.  
 Sin potui furere huic (Dij Dij meliora) furorem:  
 Quæ nam mors, quæ a me sic venit atra mihi?

Proditum se a Thaumantia.

Aurea spes, verum lato spes aurea quondam,  
 Tartareis misero nunc numeranda malis:  
 Respice me, quoscunque petis fugitiua recessus:  
 Si piget ad me iterum falsa referre pedem.  
 Respice: & infano oppressum miserere furore  
 Amentem sine vi, corde sine, atque anima.  
 Extulerat me ingrata tuo Thaumantia ductu:  
 Ut casu infelix nunc grauiore ruam.  
 Accipite infamem immortalia secula famam:  
 Vixque ipsis posthac credite cuncta Deis.  
 Qui potui cecidisse prius, quam stare viderer?  
 Perdereq; ab superi, quæ bona non habui?  
 Perdideram meis sum, ut fruere celestibus auris.  
 Nunc amisi illas, me nec habere queo.

Thaumantiæ vis fato potior.

Si qua vis vis si qua viget sub numine magno:  
 Numine, quod Fati numina cuncta regit:

Expri-

Exprimere (hæud lacrymâ, hæud posco pia pectora) tan-  
 Verbum unū: au (osi) murmura pauca peto. (1477)  
 Dij magni, magni Indigetes, genus omne Deorum:  
 Iam nunc credam aliquod vos genus esse Deum.  
 Sed si cuncta domat solo Thaumantia nutu:  
 Quis vos? non illam, dixeris esse Deum?

Ad eandem.

Si possum sine te Thaumantia viuere: possum  
 (O utinam) sine te sic quoque diua mori.  
 At sine te possum nulla si morie domari:  
 Quomodo nam sine te viuere, vita mihi est?  
 Et crudelis abis? nec sunt mea damna dolori?  
 At saltem sit, non posse dolere, dolor.

Resipiscit.

Has etiam laceras vdis singultibus auræ  
 Compositio fingi carmine iussit Amor.  
 Nec pudet inualidis fessos anfractibus annos,  
 Me miserum, dura sub iuga ferre Deæ.  
 Pectora qui potuit vecordibus vrere flammis,  
 Quæ ferus insana Mars furiabat ope.  
 Credidit ipse parum sibi, ni potiore triumpho  
 Fortia constantis vreret ossa viri.  
 Si venia locus: humanumque piūque furoris  
 Vesani pretium sit, meminisse mei.



IULII CÆSARIS SCA-

LIGERI ARÆ FRA-

CASTOREÆ.

Ad Famam.



*Iua frænatrix animi ruentis,  
Auius aui redimita pennis:  
Quæ bonos celi patrij beatis  
Ignibus aquas:*

*Sæculorum alium decus imminentum,  
Temporum vidrix, domitrix locorum,  
Mortis deletum reparans, tibi ipsi  
Fama superstes,*

*Cui nouos tentus aperire cantus,  
Cui nouos audes numeros? quibusnam  
Nixibus? si non nouus exciteur  
Alter Apollo?*

*Nam satis non sit vetus ille Phœbus:  
Vel satis si sit: comitem volentem  
Hinc agens Fracastoreum dolenti  
Abstulit orbi.*

*Dive supremi caua templa cali,  
Dive deuexæ sola dura terra,  
Cuncta nature ratione certa  
Pignora librans.*

*Si nouem castos animos sororum  
Tecum habes: prisca viuauis ama*

*Spiritus, quamam tenues sequetur  
Voce Camœnas?*

*Ergo tu nobis eris: et ego nostrum  
Pectus implebis, tibi te canendo,  
Vnicam prima, vltima post Maronem  
Meta canentem.*

Ad Charitas.

*Quis mihi versiculos  
Sponie natos, arte nulla  
Pexos, suaves non laboratos dabit?*

*Qualia Pannoniis  
Lata campis pullulascunt  
Auri flagella creta sarmento suo.*

*Qualis acidalio  
Rore tincta, rore cali  
Mucrone rupto turgida emicat rosa.*

*Vos lepida Charites,  
Transmarina tu Venustas  
Afflata Phœbo concitante numina:  
Ferte pedem faciles:  
Ferte gemmas corollas:*

*Afferite canium stebili mollem sono.  
Ecce Fracastoreus,  
Vester imperator ille,  
Ille ille vester imperator unicus,*

*Letitiam patriæ,  
Vltimum diem suorum  
Clausit, futuris sæculis poeticen.*

*Ad cælestem mentem, quæ regit nos.  
Fœcunda cali rore vena fœcundi,  
Cui cedit almi suavis unda Parnasi.*

Nanque illa terra bruta de sinu surgens,  
Mendace vatium mente fibulorum  
Dicit furoribus, ueniasque stridentium:

Tu sancta proles aetherisque, calisque,  
Ducens supremas e Dei sinu flammæ,  
Parem parenti te induis, vehens tecum  
Cunctarum onusta seminarium rerum,  
Quæ concitantur mentibus beatorum.  
Nunquam fathiscis, V inuidum in bar longe  
Contentius sit, quo magis laborasti:

Te te explica ergo V irgo sancta, sublimis:  
Ut vatis alti pura fumus exornes:  
Ut vatis alti manibus parentemus.  
Nanque ille talis, tantus & fuit vates:  
Ut voce dici non nisi Dei possit.

#### Ad Parcam.

Quæ reduces perorbes

Dina deuoluis trepida tenuia fila vitæ,  
Conscia Parca fuit,  
Horridi fati, precibus non habilis, ministra,  
Te caput in nocentium  
Posse bacchari scieram, morte iubente, nostrum.

Ast genus in Deorum  
Posse, quis tecum pepigit? quo tibi iure factum est?  
Ecce iacet supremum  
Nunc decus terræ, & patrij pignora certa calis.  
Sidera quis reuoluet?

Quisve naturam propriis principijs recludet?  
Heu lacrymosa rerum  
Secula: heu vana caries, cura metusque vitæ.  
Ne liceat deinceps

*Amplius*

*Amplius nasci: quoniam viuere posse, mors est.*

#### Ad Auroram.

Matura mater, uividis quæ rorulenta guttis  
Ocellus auro fulgidus nascentis es diei:  
Olim videbas alterum terris micare solem:  
Nunc duplicem miraberis polo nitere Phœbum.  
Illustre numen Castoris postquam occupauit illum:  
Qui nunc tenebras posteris, luctum suis reliquit.

#### Ad populos arbores.

Electrifere Phætoniades  
Olim mollia membra puella:  
(Nam vos pius esse coegit amor  
Cortice duro.)

Quando ad tumuli lacrymosi notas  
Magnique parentalium vatis  
Liquidos verat effundere fletus  
Inuida radix,

Rigide teneros quæ cohibet pedes:  
Audite piæ o piæ numina  
Tristi rudibus numeris obsitas  
Voce querelas.

Vestrasque rogo mittite lacrymas,  
Quas auricomis tumidas radiis  
Circum viridantia ferta rogi  
Sarca reponat.

An Sarca sacris scatebris incitum,  
An notus & immanibus inferis,  
Et carus superis Benacus  
Numine raro

Solis vobis incognitus est?  
Ille est Latij magni Aganippe,

Nerei pater, & soboles idem.

Vbere vena

Is vestra libens brachia ditans

Aique ad lacrymas, aique ad debitos

Tumulo fletus, larga alimenta

Suggeret undis.

Tunc Herculeis picta laboribus,

Tremulo pede nutantia folia

Helices amula, varum nitida

Tempora cingent.

Threnus.

Si desiderium, & lacryma solamen esse possunt:

Solamen possum tum dare, tum accipere.

Si desiderium, & lacrymas solamen auget ultro:

Cum desiderio augere queo lacrymas.

Ast hac si damnum frustra reparare cuncta certant:

Ah quid lancinat hoc, illud, & hoc animum?

Ad Fracastoriam animam.

Verona flet. Natura luget: ordines

Omnes Deorum, qui citos orbes rotant

Inmane quantum lacrymantur, & gement:

Mœstam sororum nemiam chorus cantat.

Pro voce Phœbus mœsta fert silentia.

Suffirat omnis orbis, ut meta ultima

Via occupavit Castoris magni dies.

Et abstinere me iubet luctu pudor?

Quod nostra parui Musa momenti nequit

Aequare tanti tam feras damni vices.

Cuius serenis o recepta sedibus

Anima, quietis alma compos aurea,

Quid si corolla lucidis texta rosis,

Violag<sub>3</sub> mite veris balantes decus.

Puris canistris ferta complexu rudi

Manes corymbi tortiles placant tuos.

Mea despiciata hinc exigentur carmina?

Allocutio.

Virginum decus sororum:

Natura quantum facereq<sub>3</sub> & pati potest.

Quale nec fuisse quondam

Latura nec post esse credo sacula.

Haud parum tuis trophæis

(Quis hoc, quis amens posse speret, aut putes?)

Sed tamen non improbandum

Admitte magnum numen hunc lyra sonum

Pignus inflammati amoris,

Quo sauciata stare mens nescit loco.

Seq<sub>3</sub> stringit, urget, aufer:

Percussa thyrso qualis auium nemus

Euius furens fatigat.

Simul furit, simul stupet, simul fugit.

Senticeta nulla cursum,

Prærupta nulla, nulla tardant flumina.

Blanda donec vis soporis

Fessos resoluit, & simul vinxit pedes.

Epicedium.

Qui Fracastorei Phœbum diuina carentem

Audieras, quid enim queris in hoc tumulo?

Terram terra premit, tellus tellure grauatur,

Perq<sub>3</sub> suas repetunt sese elementa vices.

Ille olim sancto capiebat pectore calum.

Nunc capitur calis: inde petendus erit.

## Ad Benacum.

Corniger pelagifreme,  
 Mincij genitor sacri,  
 Qui liquentibus agmina  
 Explicas vaga lymphis.  
 Tu feris, pater, Alpibus  
 Deuolutus ab intimis,  
 Mitiore frequens vado  
 Dorsa barbara mutas.  
 Mille tum scatebris tuis  
 Viuidis virides comis  
 Naides tua flumina  
 Rorulenta recentant.  
 Tu sacras Heliconij  
 Collis equiparas aquas.  
 Quin eas magis anteis  
 Fronte plenior aureo.  
 Par quis est, erit, aut fuit  
 Gutturis liquidi sono?  
 Est tamen soboles tua  
 Pura vena Catulli.  
 Nam mihi penitus sedet  
 Mente relligio pia  
 Numeri vnicum, & ultimum  
 Nominare Maronem.  
 Cede turgida Græcia.  
 Non habes quibus excites  
 Mortuam tibi gloriam.  
 Comparatio vana est.  
 Ergo nunc pater optime  
 Cum Fracastoreus sum

Nectar

Nectar in liquidas aquas  
 Calitus tulit haustum,  
 Quæ prius cupidis viris  
 Imminebat adorea  
 Sustulit dubiam bonus  
 Cum bono aliter palmam.  
 Heu ubi, heu ubi nunc es? heu  
 Quo sequar Genium meum?  
 Non datur? lacryma hic lacus,  
 Hacque flumina sunt.

## Ad auiculas, aquas, ventos.

Dicite siluicola cohors,  
 Quæ remigiis vaga præpetibus  
 Peragratis varia loca.  
 Dicite io hyali latices  
 Turba fluentisoni gregis.  
 Age ubique hospita, ciuis ubique.  
 Saltem miserescite vos  
 Lubrica liquidi soboles atheris,  
 Caua qui colitis specua.  
 Qui suspensi fluctibus, illos  
 Suspenditis: atque fretis  
 Tunsitunditis illa vicissim.  
 Nostri ingenij genium  
 Vbi qua quæram? misero quis iter  
 Monstrare volet, vel sciet?  
 Natura parens incluta rerum  
 Si ille abs te abiit, nec ibi es,  
 Nunc feliciter ille ubi regnat:  
 Te dimidio minor es:  
 Nec nos solos funera tangunt.

## Lessus.

*Ecquis tristibus exitus querelis  
Audet esse pius, piisq; votis  
Arydo dare lacrymas sepulchro?*

*Ecquis preteritū memoret decoris,  
Nunc spectans lacrymabilem ruinam  
Amens percitus impiis querelis  
Diro carmine provocare calos?*

*O utrum miseri eligemus? utrum?  
Neurva nam neq; candido poeta  
Sunt conuicia concenda celo:  
Nec est fletibus ille dignus ullis  
Qui factus modo particeps olympi est.*

*Mille hic ocius excitemur aræ,  
Verbenis nitida, innubaq; lauru.  
Vnum numen in omnibus canendum.*

## Ad animam Fracastorij hyporchema.

*Vigilia, lacryma, lacryma  
Bibula miseria canere iubet aliquid.*

*Supera domicilia terrens,  
Nitidula, rutilior anima radio.*

*Sacra noua, noua Dea cape hæc.  
Homo dicat ea tibi minimus hominum.*

*Sed utiq; bene tibi volens  
Tibique data bona lepida lepide amans.*

*Paria quibus alia alibi  
Neq; video, neq; ego habeo, neque scio.*

*Canere tua valet Erato hoc,  
Et ea facula animi aquibigena, cui*

*Vegeti agilia loca poli  
Modo facile patula gremium aperiunt.*

Amœ-

## Amœbeum.

sc. *Dic Parnase decus Dei,  
Qui dulci numeros flamine temperat,  
Cum sis sat tibi, & arduus,  
Cur maiore quatis vertice sidera?*

PAR. *Dum Fracastoreus sua  
Vita compos erat, me quoque compotem  
Feci, multus, & impotens  
Nunc diris animus fluctuat æstibus.*

sc. *Quin ergo potius puem  
Illo Diue tua funere gloria  
Funus compositum: neque  
Ausurum viduos tollere vertices.*

PAR. *Dum terras coluit meus:  
Terras me proprius collibui pati.  
At nunc cum petiit polium:  
Vel toruus repetam, vel placidus sequar.*

## E I C O N.

*Vt vis corusca fulminis tela trifulca vibrat:  
Concua terra pauet: calumque conscissum gemit:  
Tum bobus adiunctis iugi demit arator onus:  
Enumeratq; gregem pastor pauore pallidus.  
Septentrio ut rerum potens nubila raptâ fugat.  
Per loca suda redux sol lucidum ostentat caput.  
At vos tenebris obsiti, nimbificis tenebris  
(Sol pater ecce periit) quando videbimus diem?*

## Ad Solem.

*Molis sidere a decus  
Fulgide orbis ocelle  
Micantis alme  
Arbitrer aura.*

Vita lucigena dator  
 Flammeo vage curru  
 Cui cunctus vni  
 Militat ether:  
 Nam flammis animas tuis  
 Corporum genus, alta  
 Caligine arrum  
 Noctis opaca:

Deleri tua lumina,  
 Et cum lumine numen  
 Cur mortis iclu  
 Passus iniquo es?

Quis Fracastoreum tibi  
 Reddet? unde resurges  
 Spes, tanta rursus  
 Posse parari?

Audi, que tibi nunc canat  
 Saucium cor amore,  
 Et dicat ipse  
 Mæstus Apollo.

Illum si e lacrymis meis  
 Magni in templa Tonantis  
 Non sustulisti  
 Turbinis igni:

His mors exuuiis ouans,  
 Te nitentior, ambit  
 Maiore lustrans  
 Lumine terras.

### Ad animum Fracastorij.

Diuine anime ætheri temperator orbis.  
 Hæc inter ubi sæcula degeres beatus  
 Nunc certa videns lumina visionis alma:

Num

Num præterita te capit aura sacra lucis?  
 Ecquid te beat aurea fama, cui iam  
 Par nulla fuit, nec reor hinc parem futuram.  
 Vnum excipio sedulus vnicum Maronem.  
 Cui thuricremas mens mea prouoluit ad aras  
 Se lustrat, & a triniis expiata surgit.  
 Ten' nostra iuuant otia, ludibria, veni?  
 Quos carpit, & auget vario gloria ludo.  
 Inscitia quos nebulis circumuolat atris.

Anima excipulis omnibus expedita, sanctis  
 Nunc plena epulis: hæc, tua que fuere quondam  
 Et nunc mea sunt, te nihili pendere cerium est.  
 Tantus tamen est ardor, & incitatus æstus,  
 Quem desiderium fouet, & cæcus amoris  
 Flammæ radius, te ut tamen hic esse velimus.  
 Si sit licitum huc animum redire sanctum.  
 Verona patens lepidus clari orbis ocellus  
 Sic te luget, & animum despondit ademptum,  
 Vno vidua ut, vidua est omnibus relicta.

### Pæan.

Quis noua, quis o vetera carmina, quis expediet?  
 Que leniant mihi doloris æstum.  
 Non siticem, aut biforis autor habilis moduli  
 Gingris acatis acer urat aures.  
 Phœbe pater, & patris amœna comes alma cohors  
 Vos vos vocat, vos ambit hoc sepulcrum.  
 Pæan age, Pæan ades, ecce tibi quam tumulus  
 Blanditur, auctus aureis corollis.  
 Huc edera trunciuaga, tu viola pallidula,  
 Tu lutea splendore picta calibe  
 Alma rosa, que veneris alma monumenta geris



Notisq; testans Naidum querelas  
 Mitis hyacinthe patulis niger hians calathis,  
 Sic furvus atro conuenis dolori.  
 Colligite floripara, que decora prata  
 Verbena castas impliciq; laurus.  
 Et date: datis penitus additeq; vota precum  
 Sint grata magni manibus poeta.

## Ad Fracastorium.

Cum damnum attonitus nostrum fleo:  
 Nequitq; fletus esse par dolori,  
 Tum spargo trepidos pro lacrymis numeros:  
 Cum specto attonitus numeros tuos,  
 Pudore fracta Musa conticescit,  
 Et spargo tepidas pro numeris lacrymas.  
 Cum mens, & pudor, & meritum tuum  
 Pugnent: es ergo fletibus canendus,  
 Et spargam mistos cum lacrymis numeros.

## Monodia.

Plenus vnde nouus mihi, plenus ingruit ardor?  
 Vnde sufficit ipse se, quem periisse putabam?  
 Nam nec Aonidum chorus, nam nec ætheris alii  
 Spiritus misere fouet perditum: simul atque  
 Phœbus, & comites Dea chara numina Phœbi  
 Cum Fracastoreo suo se extulere sub astra.  
 Tum satis, satis & super cantitasse videbar,  
 Cantitasseque, fesseque & consecrassè canendo  
 Inclytum caput. Ipsa iam se negare dolebat  
 Tota materic penus. Nam quis adderet illis  
 Aureis titulis: quibus flore pingitur aureo  
 Omnium Deus artium: meta sola canentum:  
 Me citum tamen buc, & buc raptat acer amor, quem

Non

Non potest labor ullus, aut quis quies quaterere ulla.  
 Me scio nihil arduum, me nihil dare clarum,  
 Has nisi lacrymas piæ: hos pios nisi fletus.  
 Quæ solent pueri quoque, ut dona perditâ plorant.

## Ad vitam hanc.

Heu falsa quies, irrequieta, bulla inanis  
 Miserorum lacrymosa face ludibria torrens  
 Se qui tibi dedit, tibi seseque reponit  
 Zephyros capturientem plagulis exinuatis.  
 Hunc arguet hora, ultima momenta recludens,  
 Modo Fracastoreum que retulerunt in olympum.  
 Credam tibi ego? non faciam. nec fidere fas est.  
 Pereunt si sacra rerum, repetunt si sua Diui.

## Melos.

Non si ruentis fulminis impetu  
 Stridens minaci murmure fumida  
 Demissa toruo flamma calo  
 Acrias pepulisset arces,  
 Aut qua superbis flexibus incita  
 Valles sub imas Vindelicæ ingi  
 Ancena serpens ob saltata  
 Vis Athesis furiosa lambit.  
 Tam mœsta planctu turbida ciuitas  
 Lugeret atris obruta fletibus:  
 Suspiriosa nec querelis  
 Calicolas oneraret vdis.  
 Vt fracta vatis funere maximi  
 Secura tanti facta periculi  
 Posthac: parem visura nullam  
 Heu patrij decoris ruinam.  
 Dum rara floris dona poetici

*Pictum furorem dotibus omnibus  
Vrumbusque singularem  
Fata Fracastoreum reposcunt.*

*Iue incitari conscius aetheris  
Micantur ortu lucis ab initio  
Ad occidentis usq; metas  
Vultus in emeris quadrigis*

*Novis reflexit sidera curfibus  
Nova reposta lege recessibus,  
Accessibusq; unfractibusq;*

*Addidit imperium, atque ademit.  
Natura totos pandidit huic sinus,  
Seq; ex remotis explicuit locis,  
Vi huic pararet ab aëtarum*

*Principia, atq; elementa rerum.  
Hic imperatis inducitur fera  
Cum morie pacem legibus arduis  
Fecit: vel intulit reuinctam  
In nitidos spoliis triumphos.*

*Hic solus inter Ausonios Lares  
Non visitata, nec tenui iuba  
Spiravit altum, sed venustum  
Miscuit alterutrumq; viroque.*

*Verona mater, quid tua vulnere  
Demens retracto? qui lacrymas tuas  
Consoler? Heu solamen vnde,  
Quod mihi non habeo, reponam?*

### Confecratio.

*Ante aras redolentibus  
Sertis implicitas, quem potius canam  
Quam mirabilibus consilijs qui cecinit Deum?  
Atq; Dei progeniem concelebravit almam?*

*Hic*

*Hic deductus ab ultimis  
Naturæ numeris ad superos globos,  
Omnes curriculis disposuit, quanque suis, vias:  
Non quasi qui disceret hæc, sed quasi qui doceret.  
O miris hominum modis  
Egreffe ingenium. o omnibus artibus  
Maior, pro lacrymis, pro teneris fletibus accipe  
Quas tibi sacris ederis rite sacramus aras.*

### In eius picturam.

*Aspice, quam sacri splendent sidera vultus,  
Morsq; manus docta lumine victa silet.  
Hic etiam caneret: sed non diuina canenti  
Affluere e muto verba colore valent.  
Quin umbra tua hæc, te vero ars nulla, sed alto  
Carmine te, nisi tu, fingere nemo potest.*

### Item in eius picturam.

*Postquam letiferis immittis legibus aui,  
Cuncta quibus rapida mors rapit atra fuga,  
Caelestes magni vultus cessere Maronis:  
Nullaq; tam faciles sistit imago Deos:  
Quod superest, Fracastore supplebit inanes  
Sola inter cunctos fida tabella, vices.*

### Epitaphium.

*Hic situs est Fracastoreus Hieronymus: urna  
Quem capit, hic cepit pectore cuncta suo.  
Sidera digessit: reuocauit funera: rerum  
Naturæ imperij conscius, atq; Dei.  
Aut Heliconiadum fontem sibi sustulit omnem.  
Aut tumulus vertex hic Heliconis erit.*



IVLII CÆSARIS SCA-

LIGERI NYMPHÆ

INDIGENÆ

A D

NICOLAVM SALERNVM

BERNARDI

F. Q. F.

**P**ost tetricū vario defessum funere Mariē,  
Partaque consiliis otia lenta meis, (lis  
Te quoq; ab exhaustis nō uno robore bel-  
Magne Salerne iuvat pace videre frui.

Hic igitur molli mecum requiesce sub umbra:

Et quater iratum cetera mitte Iouem.

Dum Dea magnanimum præfert Rangonia pectus:

Perpetua & Musus unica mente fouet.

Inter tot proceres, inter tot numina reges,

Immensa Musus unica mente creat.

Illius ad calamos, & potas rore cicuias,

Rore suos Phoebus quo rigat almus agros,

Candida mellitas Nympharum turba Camœnas

Cantat, & Aonios prouocat ore modos.

Illa meis spolians squallentia pectora curis

Purgata optatos flectit ab aure sonos.

Siquam tu tribuis, siquam mihi nominis auram

Aut mecum, aut post me fata datura manent,

Vnius in gremio, ac vultu concepta sereno,

Vnius atherio spirat ab ore Dea.

DRYA-

DRYADES.

Diua Violantilla Bonromæa ab Ethruria,  
pro cuius persona canit Ias, & Auge pro di-  
ua Camilla Scalampa.

IAS. *Semicaper tenerum si ludit arundine carmen,*

*Obiectu nemorum lento secretus ab astu:*

*Cur tacite sedeant Misse vocalibus antris?*

*Ille caprum tanta capiet si premia laudis:*

*Ipsa agnum accipient. Illi si cesserit agnus:*

*His caper ad sacras hærebit cornibus aras.*

AVGE. *Pieris attonitas calamo si mulceat auras*

*Ias ubi est? ubi dulce cauis concentibus antrum?*

*Illi si tepido spurent mulctralia lacte:*

*Cafeus excipiet meritos tibi mollis honores.*

*Cafeus illi si cedat: tibi mulctra paratur.*

IAS. *Arcades amnicolis pastores pascite syluis.*

*Pascite: & Aonium teneri deducite carmen.*

*Non soli pascetis: amanti & nostra Camœna.*

AVGE. *Arcades Ausonios pastores claudite saltus.*

*Claudite: femine & sua sunt quoque premia laudi.*

*Non frustra claudetis: auent & nostra refert.*

IAS. *Ad veteres Bandellus auos, patriosque Penates*

*Traicit, insani veritus nihil æquora ponti.*

*Alma parens pelagi spumantibus edita cani*

*Fluctibus: hic misere nam quid speremus amate?*

*Ille vel infestis calum cum soluitur hædis:*

*Vel cum deuexo surgit Nothus æthere: vel cum*

*V de præcipiti superant Atlantides imbri:*

*V tetur placidi genio maris: ut mihi fauas*

*Perpetuo tempestates malus ille reliquit.*

*Mollia pacto spirabunt flamina plausu:*

f

Vixque ausint fragilem temere tentare carinam.  
 Lamberè cura illis, atque oscula figere puppi.  
 O fierem mare: verum obstat mihi torridus ardor.  
 Ipse senex posito ventorum murmure Nereus  
 Excipiens facili virides Nereidas aura  
 Incuuet tacitas tenero sub pectore flamas.  
 Hec suspecta meos perturbant numina sensus.  
 An non sic quasitus Hylas? ubi raptus in undis  
 Nequicquã comitè Alciden, dominumq; fefellit.  
 Ille ter inuisas pulsauit nomine sylvas:  
 Hic mentita illi ter reddita vocis imago est,  
 Ter miser hic animum falsa spe lusit inanem.  
 Inde suas pecudes pelagi de gurgue Proteus  
 Ostentabit: & alluciet te ad innumera pastor:  
 Vt generã undisonis Phorcynidos implicet vlnis.  
 At te torua nimis ne vrant male monstra tyranni.  
 Mille ouium tepidis coit in conuallibus Arni.  
 Mille Arni ad ripas totidem cum matribus agna  
 Ecce tibi obsedere hirtos procul abdita montes  
 Retia: qua raro nemus interlucet hiatu.  
 Aura, que leuibus nostras spes ducitis alis,  
 Hac precor integro referatis carmina tractu.  
 Ias ad Hesperij pelagi vada lenta sequuta,  
 Ias te Bandelle feris in fluctibus esset:  
 Sed picea metuit flagrans incendia puppi:

AVGE. Dulcius ergo apibus blado cum murmure capta  
 Florilega vernis in salibus omnia limant:  
 Aut tener argutis Zephyris cum sibilat annus:  
 Aut maturus ager Cererem cū fluctuat: aut cum  
 Saxa petens rigua pinguis strepit Ollius herba.  
 IAS. At tibi qua paribus dictabat Dia cicutis,  
 Dia tibi, tu syluicolis ab arundine Faunis:

O, mac

O, memora: nomenque tibi tua secla propagent.  
 AVGE. Bina tibi Bande. te eodem sub terminè mala,  
 Quæ furi præcepta, acido pubentia succo,  
 Horrida non grãdo, non improbus obtudit imber,  
 Iam rosas splendore tuas imitantia malas  
 Inter acus tenue, atque in stramine condita molli,  
 Maturum procul huc ducent a sole colorem.  
 Spermis an hæc diuine puer? Extra aurea mundi  
 Limina, qua se nox numeroso sidere condit:  
 Abdita erant raro felicia stipite mala:  
 Mala etiam veteres pascebant rustica ciues:  
 Regiaque his olim concessit victa puella:  
 Ab diuina nuntis: tua si mihi pectora vincant.  
 Et facient: nisi portemus me fallit imago.  
 Sunt siquidem coniuncta pro sub matris amore.  
 Non temere coniuncta: sibi quoque gaudia discunt.  
 Non solis sibi sunt: sua nos quoq; munera signant.  
 IAS. Qualis amatrices ederas amplectitur vlnis:  
 Vlnus amans ut vestitur pallentibus vuis:  
 Sic tua Pierio conspirat fistula cantu.  
 AVGE. Blandus ut arenti fessis messoribus astu,  
 Tonsa Paratonias ubi ventilat area fruges,  
 It Zephyrus pluuiaque agrum solatur hisanem:  
 Sic mihi fonte tuo crescunt Aganippidos vnda.  
 IAS. Quid tibi ego hoc ingens vaies pro munere donet?  
 Ne committe via fera te noctis in umbra.  
 Hic pecori cythos, hic mollia gramina tauris.  
 Nec graue, quod tegetes nullo sunt culmine. quid  
 Nec viola tegetes, nec lilia culmina curant. (tut  
 Grexque tuus iusto virili requiescet Hylacte.

f 2

Orcas.

Sub Lyces persona Camilla Scaligera di-  
ui Bonifacij patris natalia canit, & Titi  
fratris mei interitum in clade  
Rauennati deflet.

T H E R I L L A.

*Hanc prædam, fessosque canes sub tecta referto:  
Adde gradum Talarisca, proges ita grandior umbra  
Et pastu vocat, & tectis blanditur apricis.  
Ostentans iremulis roseum inubar Hesperus undis  
Balatum excierat stabulis, tum funida ibura  
Extructis congesta focis, circum undique ducta  
Mordebant edereque vagæ, laurique virentes.  
Ipsa autem foliis apij lugubris amari  
Hæc memores inter lacrymas diuina profudit  
Verba Lyce, sacrasque manu simul obtinet aras.  
Frater, ubi es ne? ubi tranquilli me vomeris usus  
Aspiciat patrij vitreas prope gurgitis undas  
Arguto rapidos astus lenire susurro?  
Frater, ubi es ne? ego te gelidis in vallibus illum,  
Illum ego te in lustris, inter spelæa ferarum,  
Quæque vocant duri primo sub sole labores  
Effingo: faciemque tuam super omnia duco.  
Candidus ipse autem celestibus antris  
Duceres, umbriferasque domos super, & super alta  
Limina. Quique truces salienti grandine nimbi,  
Quique gregem sequitur lupus ipse, gregemque sequuntur  
Fuscinus, a vestris longe malus exulat oris.  
Aureus ecce autem superis insignior agris  
Armentum tota cedens tibi Lucifer aula  
Solatur gelido truncas mœrore querclas.*

Distentis

*Distentis pueri depellite maribus agnos:  
Depulsis curate suos in prandia fasces:  
Nec praefisos fidis errantes cogite claustris.  
Dira prius pecori curans contagia pastor,  
Nunc Deus, ex alto miserans acerbit olympo.  
Hæc fratri diuina Lyce, diuina parenti  
Quas quibus ætherias hilarasti cantibus auras?  
Hesperere, quando oriens alias illustrior ibis,  
Letus ubi excieris magni natalia patris?  
Patris, cui tantum debem mea carmina, quantum  
Pinguis fidereis turgenti gramina guttis.  
Lucefcet: lucemq; suo vehet aurea curru:  
Qua dulce vincta prius pater Hirpius altera lux est.  
Nunc etiam leuior fessos regit umbra iuuenocos:  
Dulciaq; agricolis spirat sacer otia pagus.  
Nec lupa iam vitule perurbat somnia: nec iam  
Facta parens lacerum lugebit bucula natum.  
Ipsæ etiam querule posuerunt murmura valles.  
Tum freta degenerant fructus oblita priores:  
Blandaque ad Halcyonas vertit sua pignora Nereus.  
Sudat apis bona mella: bonus bos curat aratra.  
Hirpius alpigenis aris fauet: Hirpius aris  
Cum fauet: & bona mella apis: & bos linquit aratra,  
Ecce nouus tibi ridet ager: te sepibus imis  
Purpureæ salices, rigida te montibus orni,  
Et segetes, auræque leues, atque antra loquuntur.  
Omne tibi longo dicet genus ordine laudes,  
Inter aquas, si nauta vagus: si messor, in aestu.  
Nympha Hamadryades, alia, ad natalia patris,  
Numina odorato capient sibi munera libo:  
Non tamen ulla meo vis vestra carebit honore.  
Vere feram flores, croceos in messe maniplos:*

f 3

*Et pingues vobis sudabit vinitor uvas.  
Thestylis, fer mihi thura foras, fer mascula thura,  
Verbenaſque ſacras, immortalesque amarantibus:  
Exulet ut profugus luſtratis faſcinus oris.  
Atque ſupercilium læuum ſaluſ optima proles,  
Flos gregis auricoma foxtura propaginis agna,  
Ne fontes turbate. ſitum nec Phœbus in æſtu  
Colliget, occultive ſales: nec Sirius ardor.  
Ne ſtabulū ſpectate metu. nec flabra, nec imbres  
Diuina ſub luce dabunt bona tempora clauſtris.  
Aſpicias, ut dexter candenti nube coruſcat?  
Sopitoſque ſacer quando cinis excitat ignes:  
Pinguis collucent nitidis altaria flammis.*

## NEREIS.

Pro diua Lucretia Gonzaga Pyrrhi  
filia canit Talarifca.

OCNVS. *Huc age ſuccineos per eburnea colla decores  
Lumine capta tuo ludens cui ventilat aura:  
Huc age, qua ſimili frondeſcunt crine cupreſſi.  
Sic tua perpetuo renouetur flore iuuentus.*  
TALAR. *Sic mihi flore nouo ſplendeſcat mollior atas:  
Sic vaga ſuccineis alluſerit aura capillis: (omen.  
Hinc fugiam, quo me Ocne vocas? mihi diſplicet  
Diſplicet omen, habent feralia ſigna cupreſſi.*  
OCN. *Aſpice quod crebris operit labruſca racemis.  
Atque procax Elices decor immortalibus umbris,  
Vtraque ut obduxit paribus cõplexibus antrum.  
O vtinam locus ille meos ſic ſugat amores.*  
TALAR. *Quis ſcit, an ille trucis carulis deformibus uſa  
Deſtinet extremas nobis morientibus horas?  
Quid properas? ſeris ſœtat labruſca racemis:*

Virgin-

*Virginemq; Elices ſteriles imitantur honorem.*  
OCN. *Intonſi montes, celfas quibus annuit arces  
Iuppiter: & propius conſurgere fecit Olympum:  
Cur veſtros mecum ſpernat Talarifca reſcuſus?  
Quæ patrū aſtrigero conſurgit ad æthera vultu.*  
TAL. *Hei mihi quam teneras ledit fera ſemita plantas.  
Atq; ingum ſuperare, graue eſt: teneriſque puellis,  
Ac ſeſſis operoſum, alio deſcendere cliuo.  
At quos hic referunt ſatyros habuere petuloſos?*  
OCN. *O maris indomiti, o inexuperabilis æquor:  
O regnum inſeſte Veneris, toruūque minantis,  
Siqua tori virgo faciles contempſerit ignes:  
Luſibus o noſtris molles date lioris algas.*  
TAL. *Heu meiui maris undiſonos inſueta tumultus:  
At non & Venerem, indomita comes vna Diana.  
Virgineique pedes lenta laſſantur arena.  
Inſeſtumque ferunt ſauis rapioribus æquor:*  
OCN. *Ergo ad perpetui molliffima murmura riuſ  
Huc ades o Dea: ſic noſtros extinxeris æſtus.  
Sic mea conſimili manantia lumina ſtetu  
Videris, & noſtri forſan miſerebere caſus.*  
TAL. *Mater vbi tegetes ad ſolis lumina ſiccant?  
Linaq; preſſa cauſ Berœ domat horrida lymphis?  
Ab ah ne toruos mater calcauerit hydros:  
Quos equidem audiui toto inſidiarier æſtu.*  
OCN. *Dux gregis inſeſto meditans fera prælia fronte,  
Aut mihi Cyprigenas gratis monſtraueris artes,  
Blanda quibus faciles habeas ad vota capellas:  
Aut valido oranti mihi diſſice tempora cornu.*  
TAL. *Corne loquax, caſtique tori ſeruator honeſte,  
Cui nihil ad Veneris fœdiſſima gaudia notum eſt:  
Inſtrue, quo caſtos Ocnus ſeſtetur amores:*

*Et viridis niuidum vitæ servabis honorem.*

OCN. Ergo etiam vitæ nostræ geris anxia curam?  
*Ab satis: ab nimium, si spes, vel sola, super sit,  
 Condiat immanes mihi quæ sub pectore flammæ.  
 Sæpe etiam in melius sese fortuna retor sit.*

## N A I S.

Pro Diua Hippolyta Taurella canit Ægla.

*Ite meæ procul vltima secus prærupta capella,  
 Dum gelidum rapidos differt hinc mane calores,  
 Ad virides cytosos, & potum rore salutum.  
 Post ubi sub stabulum sero de sole reducet  
 Hesperus: & grauido superabitur ubere limen:  
 Angitia manibus saturos mollissima somnos  
 Populus, & positus consternet culinus aristas.  
 Interea Musæ moriens quæ dixerit Andis  
 Benaci decus, Eridani flos, Mincias Andis,  
 Cum longum misere curis tabesceret aëris:  
 Dicite, amat repeti syluis miseranda Can.æna.  
 Subde rotas pigro præpes Matrua diet:  
 Quæ cantum querulis tereti sub rore creâdis:  
 Nunc nobis lacrymas geris: extremasque querelas.  
 Dum veteres sylvas felicia numina, dumque  
 Prisca peregrinis exercita questibus antra,  
 Teque meæ semper tantum mihi conscia vocis,  
 Denia quæ rudibus respondes pulsibus Echo,  
 Alloquor, hoc certum est: mutam non fundere vitam.  
 Hibernis Herfille puer mihi durior umbris:  
 Acrior iratis catulis, immittior Austris,  
 Vsq; etiam ne animam miseram hanc? quando omnia sordet  
 Munera? Quid violæ? quid suauæ rubentia mala?  
 Veni lecta ferens puris electra sub antris*

Cura

*Cura Deum, gaudens viuacibus Ollius alnis,  
 Benacusque pater tereti præcinctus oliua,  
 Amnicolas salices, glaucisque umbracula bacis,  
 Luenteisque addens corylos, selectaque fraga.  
 Hac, ait, Herfillus quorum capiatur amore.  
 O rosa, & o nostros luctus imiue Hyacinthe,  
 Fortunare puer: sati tu victor acerbi  
 Exerces notulis post tristia funera luctum.  
 Teque legit placida miseratus voce viator,  
 Atque agiles Nymphæ, atque vda conscia noctis  
 Sidera, quæ cælum numerofo lumine complent.  
 Me vero quisnam statuit modus? aspice tantum:  
 Nunc etiam iuidis vacat altum fluctibus æquor:  
 Aeriaque silent Alpes, syluæq; conuulsa.  
 At non in nostro silet acris pectore cura.  
 Latior exacto mitescit frigore bruma:  
 Auumnusque acidum Baccho duce temperat annum  
 Nec curas matura Ceres, nec bruna remittit.  
 Quam satius grauidos dilecta armenta per agros  
 Pascere? qua patrias salices lætissima stringunt  
 Flumina: & uberibus Sarce salit uuida guttis?  
 At tibi ne niuidi sordescant nonina ruris:  
 Et Satyri sylvas habitant, & Naidæ antra,  
 Et Venus, & salus iaculis Diana fatigans,  
 Et qui te forma pulcher referebat Adonis.  
 Aspice, quineuans toruo qui murmure senit,  
 Dives arundinei torquens Padus incita fontis  
 Cornua, per sulcos varia diuerit ab urbe.  
 Hic bene compositis circum sua retia varris.  
 Aut acres iaculo sectabere feruidus apros:  
 Aut certa pauidos agnabis arundine cervos.  
 Est mihi Lampigenes animoso pectore proles,*

Lampigene audacem gemino quam viuida nixu  
 Terrorem tulit, & vastis dispendia syluis.  
 Despicis hæc? & adhuc crudeli pectore perstas?  
 O Pan Pan: seu te gelidi pineta Lycæi,  
 Seu iuga Penei demulcent, seu iuga Pindi  
 Depre- sum: quid enim frustra tua perdit arundo  
 Aut humilem caprea, aut furum genus acre luporum?  
 Nil illa meruere: leuis lupus: ista capellas  
 Pestis agit: pecus Herfillus, pecorisq; magistram.  
 An ne hi, quos olim Clytæ narrabat amore?  
 Nulla illam in triuiis vigilantem luna fefellit.  
 Iam tum etiam teneras æquabam vertice aristas,  
 Horrescens hedi lusus, frontemque procacem.  
 Ut furis: ut frustra furis: ut mens te ægra retorsit  
 Andis? & hæc tua cura bouum? tua cura peculæ?  
 Ah nescis: patrios tibi linguens bucula lucos  
 Absentis desiderio confecta iuueni  
 Auia, ne quicquam syluis nunc errat opacis,  
 Infames heu propter aquas: ubi riuiulus hæret  
 Degener, & turpat putres inflexibus vluas.  
 O pereant pecudes: nihil est Herfillus in illis.  
 Herfillus tantum curans mea vulnera, quantum  
 Aut estum Padus, aut venienteis litora fluctus.  
 Ah toruis potius stent ferrea pectora tauris.  
 Nempe iacet Palsurus: habent violaria fontes,  
 Fontes ferta: rigens iacet ino carduus agro.  
 Nec semper de se speret te forma superbium.  
 Occidit agricolis Titan, & nascitur idem:  
 Et reparant vetuli Phœbe dispendia vultus:  
 Populus æstiuo bicolor spoliatur honore:  
 Dein viduum reduci vestitur fronde cacumen,  
 At nostrum breue ver quæ post hæc bruma reducet?

Nobilior

Nobilior violis, hiberno mollior Euro,  
 Lenior arenti flumino, me Sirmius ultro  
 Sollicitus petiit, atque tuas flens obicit iras.  
 Sed prius Odr: sinus glaciales vinitor vnas.  
 Ad gelidum Boream prælis calcabit acernis:  
 Mitus erit sobolis prædoni Caspia tigris,  
 Prædoni tigris, misere Andi Herfillus amanti:  
 Quam quisquam incedat nostro prælatius amori.  
 Hanc lunam, atque isthæc cedenia signa, tuumque  
 Numen, & heu seram te stator, longæque minore,  
 Dum gratum tibi sic, accitam vulnere mortem.  
 Et iam Tithoni fallacibus excita curis,  
 Pallida, ne, bona diua, meos horresce furores,  
 Non ipse horrescit leui puer auctor acerbi:  
 Lucem alius, portat nobis Aurora tenebras.

## POLITIS.

Sub Macares persona Diuam Corneliam  
 Turrianam ciuem & seipsum canit.

Nymphae, Sarcidae Nymphae: quibus aethere largo  
 Resida mellifluis succrescunt pascua guttis:  
 Hæscæ pia miseri Alconis seruate querelas.  
 Irrisu tumido Macare mea basia vultu,  
 Sordidaque increpuit: nec spem fugitiua reliquit.  
 Pastor amas? ego pastoris labia horrida tangam?  
 Tangam ego? non faciã. quid enim cum sordibus urbis?  
 Abstineas atramque manum, setosæque menta.  
 Me miserã: ut metuo, manus hæc ne me inquinat atra.  
 Ne toruo ex oculo fugiat mihi sanguis ab ore.  
 Atque roget me mater, & iracundus Orontes.  
 Tum male me hic habeas: mater me expellat ab urbe.



Et cogar truculenta habitare cubilibus vrsa?  
 Vt pauida hoc iter ignoro, quod ducit in agros:  
 Vt paueo tacitis suspecta silentia lune:  
 Vt dura timeo non sueta, quiescere terra,  
 Parce feris oculis nostros offendere ocellos.  
 Heu quam terribili feriunt tua lumina pulsū.  
 Rusticus es. teneras temerasti vocibus aures.  
 Vix mihi præ horrifono possunt audire tumultu.  
 Ibo ego ad Alciboen, magicis quæ cantibus atram  
 Eluat agresti contractam e corpore labem.  
 Sic ait, atque abiens gremium ter conspuit imum.  
 Ter spuit, & tacito secum ter murmurat ore.  
 Nec modo, ut aspicerem, veritū capui. hoc placet ergo,  
 Dina Paphū, diua Idaliū, Golgonque, Amathuntaque,  
 Et Cnidon, & sedes Erycinidas, atque Cythera  
 Quæ colis: ac miseris rapidas feris improba curas?  
 Illa igitur tibi ne ut placitos obiecerit agros?  
 O vti nam & vestris illuserit ardua regnis,  
 Ausu meas tecum pariter disperdere flammæ.  
 Ergo alius videor nunc iam mihi. nunquid & illa  
 Vera canunt? V eteres homines mutasse figuras.  
 Nam memini: a stabulis vestigia lenta sequenti  
 Circia transuerso secuit pede iramitis orbem:  
 Et verso celeres stupefecit puluere plantas.  
 Pastores ouium, teneræque propaginis agnum,  
 Nonne ego sum magni Theramedæ filius Alcon?  
 Quem vos formosum, quem Dii dixere beatum:  
 Dii patri Indigetes, nostrorum numina auorum.  
 At næ egomet dura felici sorte palastra,  
 Inque fero castu, inque ancipiti decursu  
 Compositam retuli victrici fronde coronam.  
 Ipsa me quercus, ipsa cum frondibus umbræ

Aut hilarem calamo, aut somno fallente laborem  
 Demulserè caput placide: irepidisq; choreis  
 Fregerunt rapidum tardis sub solibus astum.  
 Ipsa eadem quercus, ipsa sine frondibus hora  
 Laxarunt tepidas brumali frigore luces.  
 Ah ah hoc Dryades crudeliter ulciscuntur:  
 Vt sibi prælato sic insidientur amori.  
 Quid volui miser? ergo illis in mœnibus vrbes,  
 Quas placidis iactant componere legibus orbem:  
 Sauciam, talesque ut alant in pectore mores?  
 Me illa ferum ut vocet? o tam ferrea. quin tamen agri  
 Vltro etiam violam, vltro alios fert salus odores.  
 En cui assiduis sterilescent fœtib; anni.  
 Ferre pecus pueri, pingues de matribus hœdos  
 Ferte urbi. nonne illa pares sic reddit honores?  
 At tibi, quæ inuisos mortalibus incutis ignes,  
 O patri referens immittia semina ponti,  
 Passa urbem pastorales contemere tedas,  
 Quas tu caelesti thalamo præferre solebas,  
 Par pretium eueniat: spernat te ut pastor amantem.

## N A P A E A.

Sub cuius persona Diuam Berenicam  
 Lodronam matrem flet Diuus Be-  
 neditus Scaliger pater.

Aestiuam præceps annus sublegerat horam:  
 Vitrea cum tepidis coquitur vindemia saxis.  
 Aeger agens pecudes prope signa recentia pastor  
 Aelinus, ingrato canit hæc suprema sepulcro.  
 Este boni manes, humilem qui calitus aram  
 Cernitis. an vobis quoque, longo perdita luctu  
 Iugera, sordida sumi? certe hinc mihi candidus annus

Lata Ceres, letus vestigia torſit lacchus,  
 Sicubi erat philomela, aut ſicubi dulcis acanthis,  
 Aut ager in mœrea mœſtum ſilet: aut piger attris  
 Heu ſuaveſta modis inceſtat culmina bubo.  
 Pro leni Zephyro, miti pro rore, nec agros  
 Abſtinuit vexare gelu: duroſque labores  
 Heu maleſperans fallax eluſit aueris.  
 Atque ubi iam flores conſeuerat Ocnus hiantes,  
 Ruſcus, & hirsuti poſuerunt cœdia vepres.  
 Ab etiam inſuetum nemus, & deſerta queruntur  
 Liſora, nec factus auſa meminiffe, nec auras  
 Halcyones mœſte lenta ſpatiantur arena.  
 Septima ſollicitat ſalutis Aurora quietos,  
 Aſpirans æſtuum agricolis, blandosque labores,  
 Ex quo amens animi, & aqua proiectus in algæ  
 Ne quicquam numero ſerienteis liſora fluctus.  
 Scilicet huc lacrymas, huc noſtri pectoris æſtum  
 Deducunt cura: & ſimilis maris urget imago.  
 Me circum aitonitis armentum paſſibus errans,  
 Armentique ferox pater, & tutela futurus  
 Non aperit frontis veſtigia prima minacis,  
 Non matrem in tenera ſtupidus reminſcitur herba.  
 At nec molle latus neglecto fulſit iſibco  
 Ipſe tui deſiderio, ſœnulia propter  
 Alta iacens, ſalfis perturbat lumina guttis.  
 Tum miſera, & nato amiſſo mœſtiſſima mater  
 It nemora, & tetricos ſqualloribus obſita dumos  
 Queſitum, ab quoties falſa eſt in murmurẽ ſyluæ:  
 Et ſinxit ſibi, & errorem laudauit: & vdis  
 Ad ſe inuitantes deſpexit voribus herbas.  
 Fortunata, quid increpitas loca deuia? quid fleſt  
 Aut illum tugury illeclum mollibus umbris,

Aut matris memorem, aut captum formidine ſyluæ,  
 Iner ubi labuntur aquæ, flumenque ſonorum,  
 Certa ferent feſſum veſtigia, ne bona riuum  
 Neglige, forſan & inſtabulis te querit apricis.  
 Mater, felici mater decepta dolore,  
 Te nunc turbat amor, te nunc vocalibus antris  
 Redditus ad gemium fallit ſonus, haud minus illum  
 Turbat amor: fallitque cauõ ſonus editus antro.  
 At me quis caſus ſequitur? quæ præta reducent  
 Te profugum Berenica mihi caput? unde dolorem  
 Aut ſiſtam, aut quantum ſatis eſt in peſtora ſumam?  
 Et dura rupes, & rupibus obruta duris  
 Secula, quæ longum ſuperando vincitis annum:  
 Numquam ego nam poſt hac ſuffixum corde dolorem  
 Lemero? nunquam ne aſpectu perfruar? eheu  
 Heu ubi, quæ Aſſyrium quondam ſpirãſtis oliuum  
 Oſcula, pallidulis ab nunc obſeſſa labellis:  
 Ingenuſque nitor pallenti aſſtatus ab umbra.  
 Vos coryli teſtes, & vos miſiſſima lauri  
 Numina: vos iuncti perplexo vimine qualli:  
 Quæ meſſes, aut quis tepidis ſpumauerit alucis  
 Autumnus: quæ purpureis fiſcella caniſtris.  
 Quo cantu ſyluæ demulſerit: aut quibus alto  
 Curſu præcipites numeris frenauerit amnes,  
 Quas lamas, quos iriſguos conſeuerit hortos:  
 Quæ laureia, quibus cœnacula ſepia cupreſſis.  
 Ab nimis infames feralia ſigna cupreſſi,  
 Me quoque, me ſignate, nec vlimi vitibus abſunt,  
 Nec truncis edera, nec amatis flumina ripis.  
 Nec ſine me dilecta greges Berenica reliquit.  
 Heu quoties pauida pecudes, ſtupideque capella  
 Puribus in ſtagnis rauca, limoque paluſtri

*Insomnes duxere pigra formidine noctes.  
 Rore etiam pasta morbos traxere sub altis  
 Sordibus: & rigidis scabies grauis hastæ in armis.  
 Tristes reliquæ, quando nil dulce super mi:  
 Vobis grammei spirent aconita recessus:  
 Sacraque destituant ieiuna pabula vacca:  
 Letalesque bibant pestes, viridesque colubros.  
 Flaua nec absistant gelidis examina taxit:  
 Si merui miser, atque oneri durissima vna est.  
 Commamem natum curabas perdita mater:  
 Perdita mater: an & meruit puer aureus ille?  
 Et meruit puer ille: & eras tu perdita mater.  
 Et nunc ille cauo nequicquam abiectus in antro  
 Vulnus alit lacrymis, ægraque incendia mentis.  
 Atque greges, atque arua ferox, lucemque perosus  
 Arida cænofo soluit ieiunia riuo.  
 Aspice, te meditatur, habet, quas destinet aras.  
 Et te digna Pales. & tu Pale digna, nec illi  
 Non tecum gregis, aut sulci reddentur honores.  
 Candida perpetuis pariter celebrare ludis:  
 Diuitibus grauidi pariter sub lucibus anni  
 Pura coronatas circum cadet hostia fruges.  
 Saltabunt tibi: turba tibi noua carmina decet.  
 Te segetes Berenica, greges Berenica saluant.  
 Sis stabulis bona: sis grauibus incunda racemis.  
 Tu modo diua tuis aspira lenior aris:  
 Æternumque meo salue, ac vale incluta luctu.*

H A M A-

H A M A D R Y A S.

Pro Diua Constantia Rangonia, quæ defleat  
 absentiam diui Cæsaris  
 Fregosi mariti.

*Illæ ego cærulea genitoris consita ripa.  
 Aurea Nympha tamen terris, Nympha aurea calo,  
 Felix Hesperius, felix Aganippidos auris,  
 O, ubi lenta mei quæram vestigia Teuthi?  
 Anne etiam aeriæ rigidis ceruicibus Alpes,  
 Et iuga cantabricis nunquam viduata pruinis  
 Stant tenero speranda pedi? quis finis eundi?  
 Forsan & ignota penetravi puppe Britannos,  
 At quibus Oceanum fama est senire periculis?  
 Dic Benace pater, tumidum qui furoris in æquor:  
 An super ille queat infamibus esse procellis.  
 At tu, qui varios Nereo duce volueris orbes  
 Diue refer genitor: nostros ubi videris ignes:  
 Sine prope est pelagus seu fluminis accola ripa.  
 Eheu quam similis nostro est tua lympha marito:  
 Si ille aut cæruleus foret, aut si tu aureus esses.  
 Non reditura fugit: sic non rediturus abiit.  
 Quisnam ergo huc rediens implebit nuntius aures?  
 Fortunata soror, nostros que Nais amores  
 Inuenisse potes subterlabentibus vnâis.  
 Quod si frondosis latet in conuallibus ille,  
 Atque mari, atq; amni procul auius: heu mihi quantum  
 Qua quæram? quas sola vias insistere pergam?  
 Infelix metuo, nequa illum barbara Circe  
 Abstulerit: tamique operis tot perdita textus  
 Nequicquam patriæ, atq; mei monumenta pararim.  
 Diua Deam nitido tacitam que lumine noctem*

*Vincis, & innumeris excelsa anfractibus ambis:  
 Dic quibus in latebris abscondit adultera Teutum,  
 Impia: que nostras ausa est sibi quærere tedas:  
 Impia, carminibus qua illum immutarit Hiberis.  
 Sic tibi nocturni redeunt ex orbe laboris  
 Larminus Endymion inflectat letus ocellos.  
 Annuit: & iremula visa est crebrescere luce.  
 Sic erit? At vos o liquida, viridesque sorores:  
 Ni vester misera dominus reddatur amanti:  
 Supremo satis hac vobis sint murmura planctu.*

ADAM.



ADAMANTII CATEL-

LITVMVLVS.

IDÆ

FIDEI, CONSTANTIÆ,

FEROCIÆ, VENVSTATIS,

LENITATIS ADAMANTIO

LEPIDIS. CAELLO

IVLIUS CAESAR

SCALIGER

P.



*V*is putet effœta reprimẽ ad limina vita  
 Atrato amissum carmine flere canem?  
 Fleuimus & tenera Aonia de rupe sorores  
 Auxerunt fletus flumina fontus aquis;  
 Quin natura, dolens frustra omnibus aribus olim  
 Tanta opifex iterum posse redire sibi,  
 Luget: & attonito lugens mœrore, stupefcit,  
 Tantum Atropo immiti ac licuisse nefas.

*Adamantille tenellule,  
 Fessi delitiæ senis,  
 Vultus percipiens heri,  
 Vocis præueniens notas,  
 Verno sidere blandior,  
 Quod lenes Zephyros vehit,  
 Me mi pene fidelior,*

Olim heu. Nunc ubi tot bona  
 Deleuit rapiens dies,  
 Inuexit subitus dies  
 Mœrores nigricantibus  
 Curis, quas lepidis modis  
 Ablegare sueueras.

Puro candidior catella cycno,  
 Seniente proteruior puella,  
 Que optat, quod timeret, & timet, quod optat:  
 Quo caret, cupit, impotens habere:  
 Ast illo, quod habet, cupit carere:  
 Idem ardentior impigro leone,  
 Quem refers animo, ut toris iubarum:  
 Cita fulminis acrior sagitta.  
 Idem blandior omnibus cachinnis,  
 Quos lasciuia procax quatit Neæra:  
 Quo te proripis? aut cui parabis  
 Blandum assultibus impetum retortis?  
 Cui tot ludicra, morsuunculaeque?  
 Cui tam gratus es omnium futurus?  
 Quis dabit tibi suauitates?  
 Quis in auriculas leues susurros?  
 Inuidit ne Hecate meos amores?  
 Et te candidulo tenellumque  
 Pulchritudinis emulatione  
 Quaesuit superare regna Ditis?  
 Age cane tener anime catulum,  
 Vbi mera Venus erat, ubi viuere Fides.  
 Age sacra lyra socia numeri  
 Repete, quod alibi facis, agilis opifex.  
 Nigra tamen ea vehe, qua abigeres

Propitia

Propitia precibus ab hilaribus Elegis.  
 Ita modo tibi, mihi, mihi & aliis  
 Lepida anima Atropos agit auida lacrymas.

Possum fundere fletum,  
 Et producere funus:  
 Ius præstare sepulcri,  
 Et vasanus haberi:  
 Possum spernere luctum:  
 Et contemnere funus,  
 Atque ingratus haberi.

Hæc, vasania vera:  
 Illud, flos pietatis.  
 Si vulgus procul a me:  
 Et plusquam sapientes.

Tantum est. Inter utrunque.

O qui fuisti flosculus catellorum,  
 Quosunque terra condit, aut alii viuos:  
 Sive Arcas in venatibus feris princeps:  
 Seu se Diana cum iugis suis iactat.  
 Seu Melita primas concupiuerit laudes:  
 Te nanque genii comparare Nepruni,  
 Est impudica mentis, & foro capta,  
 Insanientis, duriter cerebrose.

Astræa mitis, & Gigas procellose,  
 Quamquam recepti siderum in chorus, flammæ  
 Maleficiis infamibus canes vestri.

At tu catelle, vere rex catellorum  
 Idemque vitam flos colentium rerum,  
 Lux delicata, corculumque Natura,  
 Cui tam superbis versibus parentiamus:  
 Postquam dolentem sic herum reliquisti:

Quo te migrasse dixerim? quibus diris  
 Onerabo fata fascibus querelarum?  
 Illis ne dicam luctuosus inuitis,  
 In mente grata, in aureo meo versu  
 Perennitatis regna te repturum?

Tu ne es ille feroculus  
 Siipator lateris mei:  
 Seu campos peterem, siue domi manerem?

Tu ne es viuida formula,  
 Tui lex sola, merus modus  
 Natura meditantis rabiem leonis?

Quae te robore fortior,  
 Maior corpore quae fera  
 Tantillum regredi compulerit sequentem?

Tu seuas hiemis minas,  
 Spreta delictis tori,  
 Mecum tam patiens, quam rigidus iulisti:

Seu nos eliceret dies  
 Extra limina noctibus  
 Seu libros sererem, aut excuerem profundis.

Pernox frigore sub fero,  
 Quo sum debilis, assidens  
 Lucubrantem animo, & pectore pertinaci.

Quare quod prius hausierim  
 Te custode, fauente te,  
 Hic dependo libens, ac potius repono.

Si mihi tecum reliquos in annos,  
 Quos ferum Fatum miseris parauit:  
 (Nam bonos sanctae pietatis expers  
 Lancinat atrox)  
 O decus rerum lepidum mearum,

Proti-

Protinus tandem licuisset olim  
 Esse securo, neque cogitanti  
 Vulneris huius:

Tu grauis gratum senij leuamen  
 Lene, curarum dominus ferarum  
 Vnus, & solus comes extitisses  
 Parue Adamanti.

Nunc quid incusum hic homines, Deosne?  
 Quem monebo tam calidis querelis?  
 Quae te queram, inueniamve nulla  
 Merce redemptum?

Heu quasi extares, quoties vocauit?  
 Error heu quantum placuit misella  
 Sicut amissam vitulam, aut iuuentum  
 Bucula quarit.  
 Illa si dumos virides lacertos  
 Audiu motare, micat repente  
 Auribus, fictum metuens metum, & vanam  
 Anxia siluam.

Animula tremula, misera loca subige fuga.  
 Quid aliud auro? lacryma pia vocat.  
 Perit, & abit animus: ut is obeat ibi,  
 Latet ubi lapide gelidulus adamas.

Mihi dicte pater almae, mihi dicende quietis,  
 Tacito qui pede furua bona noctis  
 Reduci substituis grata diei.  
 Age linguens animarum Triuia regna silentium,  
 Vitrea desidis aspergine Leibes  
 Animi peruigilem tange recessum.  
 Decimus Phæbus equis me celer afflauit anhelis:

Totidem candida noctes soror atras  
Lacrymanti reparato tibi orbe.

Adamantulus amorum comes alinus lepidorum  
Abiens, nec redimendus pretio ullo  
Renouauit fera diri mala luctus.

Igitur si veterum dicta virorum sapientum  
Orionis sine probro canem ad astra  
Retulerunt: tibi fulgebit & ille.

At o altis noue flammis date ciuis, heri ab ore  
Numerosum modicantis cape luctum,  
Niuida afflans querulum barbiton aura.

Martis habens Narbo monumenta, terror hostium  
Frons fida Galli limitis, regni decus:  
Sic tibi Doris aquas a face puras liberet:  
Et munda lenis Nereus lambat vada:

Marmora mitte mihi, quibus sepulcrum construam.  
Nanq; hinc Carystus, Africa, & Luna est procul.  
Si rogites, tumuli cui comparetur splendor hic:  
Adamantio caellulo, & cordi meo.

Dic age, dic caelle:

Ecquid es maestus, miserum cum dominum relinquis?  
Est tibi sensus ullus?

An simul molles anima hinc in Zephyros recessus?  
Unde igitur serena

Tanta vis mentis liquida in corpore delicato?  
Articulis soluta

Vox representans vegeta defuit una lingua.  
Hen quor( inane fatum)

Turgida fastus hominum nomina iaclitabunt?  
Si bene credo: nullis

Artibus tecum meritos, quos nego, comparari

Qualis

Qualis labori foemina perpeti  
Cum cessit, artus ut foneat suos.  
Nam virium exhaustis tenorem  
Nox pigra continuata luci:

Pensi futuri (sic decuit) memor,  
Quod aut herules insinuant mina  
Aut liberorum multitudo:  
Supposuit cineri fauillam.

Diu latebant exigua foci  
Prades, fideli regimine condita  
Mox impotentes excitata  
Flamma ruet crepitante vento.

Crementa miris tunc capiens modis  
Vultrix tyranno transilit impetu:  
Et saepe totas immerentes  
Improba depopulatur urbes.

Sic me parumper sub Genio poli  
Verni, serenum fideris halitu  
Abduxit a mcerore captum:  
Composuitq; animum quieti.

Mox ad vireta & lumina fleximus:  
Et pignoris nos admonuit locus:  
Cruce ex dolore fit, quod almas  
Delicias aliis parauit.

Matuta parens aurea lucida diei:  
Que saltibus arenibus, aridisq; lamis  
Humoris agens munera rosidi reponis,  
Terrore feras excute de suis cauernis  
Atq; agricolis operas fer laboriosas.  
Nostram pia mentem exue cogitatione  
Ne ignaua creent otia flammeos dolores.

Qui se comites fletibus induant medullis.  
 Nam pene sepulchrum obruit hic dolor misellum.  
 Cum e mente nocem non queo delere catelli.  
 Iam lata seges coniegit alta terga matris.  
 Cessit vitreus iam color a tepore veris  
 Fraudans roseo lumine flosculos nitentes.  
 Ecce manum poscit seges. Ecquid heu moror me?  
 Quominus esse virum me vel semel recorder?

Gravis agra, maligna dies  
 Fera carnificis filia fati:  
 Memorem quid amara mones,  
 Socio amisso, vulneris atri?  
 Coalescentia refricans?  
 Duroque inbes tumuli imperio  
 Mærore lauare notas?  
 Nec erit pudor, aut modus, aut requies?  
 Quin plus sat hoc esse putans  
 Me fleo potius, quod fleo catulum?

Postquam me nequeo præcipiti temperare luctu:  
 Et quo magis retro pedem, me miserans, refero,  
 Hoc tanto magis ille indomitus pertinax perurit:  
 Effunde habenas: lacrymas Musa vocata voca.

Heu quoties subit inperij decus obscurum rui nis:  
 Servire meq, conspicor:  
 Quis dubitet tum suprema mihi terminus in diei  
 Optare? nolle vivere?  
 Iuppiter, Elicij qui nomine nuncupatus olim  
 Non rite teniantes ruis.  
 Huc iua tela Deum, atq, hominū sator, abde seruituti  
 In pectus aliquod barbarum.

Hæc

Hæc mecum numero plangēs rogo. verum ubi catellus  
 Amissus in mentem redit:  
 Flectitur huc animi mollis fuga. Tam potest ineptus  
 In fortibus viris dolor.

Si passerem poeta luxit optimus:  
 Eluxit idem passerem.  
 Si Stella flevit alitem Dioneum:  
 Cessavit a fletu volens.  
 Nec forsitan inchoavit, aut ille, aut hic, ast  
 Fecisse amica sat, sat est.  
 At tu miselle serio, ac vero dolens  
 Depone personam canis.

Corporis pusilluli umbra, magna per vestigia,  
 Hic ubi maligna furæ regnant Proserpina,  
 Intererrans, non timebis horrida specus canem?  
 Qui trifauci regna voce fulminis quatit modo?  
 An Charontis vim minacem pertimesces murcidi?  
 Quando non habes minuti dona nauli, qua feras:  
 Aureusq, ramus ille desit, unde transeas.  
 Ergo tam ferox, & audax, quandiu dum viveres,  
 Offer illi nostra monstro tedioso carmina:  
 Aere quouis, & niellis aureis plus fulgida.  
 A quibus pacatus ille trans Stygem te subuehat.

Mens sacri Genij potens:  
 Tu poli superas iuga:  
 Tu sinus Stygios subis:  
 Et per omnia transuolans  
 Ludis intemerata.  
 Siquid ardet in aethere:



Torpet aut quid in infimis  
Candido imperio Iouis  
Ditis imperio nigri  
Conscia, eruta pandis.

Nulla te via lubrici  
Temporis cita præterit.  
Nec rigens mora detinet  
Certa dux, pia regula,  
Sancta lux rationis.

Quos tibi laqueos dies,  
Quæve retia texiit?  
Quas (malum) teretes plagas  
Ausâ tendere perpulsi  
Vt volens rapereris?

Sancta diua, potens tui,  
Et tui modus o Dea:  
Pone iam lacrymis modum:  
Pauca carmina sint satis:  
Si satis bene culta.

Oro mitte Catelluli  
Laudibus cruciare te.  
Nec senescere in hoc velis  
Tandiu: & muliebribus  
Fletibus temerari.

Catelle, sacra qui colis vagus loca,  
Vireta amœna, læta, læta pignora,  
Quibus remuneratur inchylos viros,  
Bona equitate sic fauente Iuppiter:  
Adi Catulli, adi Maronis hospites.  
Eos salute plurima obruas, meo,  
Tuoque nomine. Inde, si quis, unde, quis

Sies, rogare te veli: refer statim.  
Catellus, inque, Casaris. Sat hæc tennus,  
Maligna fama nanque quod supra est, tegis.

Libet rogare, quisquis audire expetis.  
Natura Neptuni gregem  
An fabricaris: aridi montis iugis  
Esse ut iuberet incolam.  
An penna præpes alii Iouis data:  
Vt sub undis lubricum  
Captaret anguē, aut lingulam, aut congrum, aut aprum.  
Non dixeris nugas meras?  
Quid me quietum, aut Martis, & socium, & ducem,  
Musisque sacratum caput,  
Abduxit actum in barbari celi loca?  
Vbi nulla pietas excubat:  
Sed furta, Bacchus, sica, grassator, Venus,  
Fraus, dira peieratio.  
Et præter hæc tot optimum in animum mala,  
Furor perennis litium.  
Quas qui abdicare debuit, dirus fouet:  
Vt sericatus ambulet:  
Laxe habitet: alta latifundiis tumens  
Multa extruat prætoria:  
Turgensque nostro sanguine eructet pagrum,  
Aut Attægena Hibericum.  
Tamen ferebam fortitudine, aut mora  
Obliuione perditâ.  
Quod cura si recurreret: præsto fuis  
Adamantij lepidum caput.  
Qui me moneret lentitudinis meæ:  
Cum se viderem tam catum.

Nunc, cum ille tristi morte captus hinc abiret:  
Me me reliquit me sine.

Primus ille, qui fuit,  
Cui condidisse cantione fletum  
Non inepta visares:  
Heu quas creavit mentibus ruinas  
Non ne oportuit prius,  
Considerasse, quam sibi placeret  
Mœstus in l'ra sua?  
Inuitat ad se planctus: at calentes  
Cantus occupans moras  
Lassus remittet, haud satur querelis.  
Quod mihi modo venit  
V'su, sed v'su inutili, impioque:  
Arduis ut omnibus  
Spretis, cauendo desileam catellum.

Si verum est, dubiis omnia solibus  
Deduci ad veteris somnia limitis:  
Vero nomine quod dixerimus, nihil.  
Accincta assiduis poena laboribus  
Quare ut perpetuis corda quatit bonis?  
Quod si credidimus vitam Adamantij  
Aevi curriculis & spatio parem:  
A vero male nos lusimus auj.  
Sin ei fors eadem, qua mihi contigit:  
Cur me discruciam? principis suis  
Acceptam merito si soluit fidem?

Infantiam quis ullus unquam credidit,  
Esse animi miseri medicinam?

Est:

Est: scimus id nos. Nam vel hic furor meus  
Immemorem memorem facit esse catelli.  
Illumque tunc, cum caninus, obliuiscimur.  
Vix bene dissidium hoc mihi credere promptum est.

Catelle norma candidi splendoris, & nitoris,  
Quicumque vibrans fulgurat a Bengala lapillis.  
Tibi unde nomen (ut reor) fluxit iubente fato.  
Idemque lacte purior, sum mitior columba,  
Simplex tiori quam nesciens fert in sinu puella.  
Catelle turbulentior leone vulnerato,  
Quem vis acuta perculit Massylie sagitta.  
Herique pernox assecla comesque lucubrantis:  
Quamuis gelu spumescerent stringente cuncta Cors.  
Vbi te lecorum queritem? quis hinc viam docebit?  
Tecum haud queo iam vivere hic, & absq; te molestum est.

Colore tincta noctis  
Canopica Syenes  
Vi vecta turba pictis  
Testaceis fascellis,  
Aut quas papyrus armat,  
Deuexioris vnda  
Incondito boatu  
Tristes modos cientes  
Suum canunt Osirim.  
Myrrha satum Cytheræ  
Vltura fortis aprum.  
Vi Aelinum sacrabant  
Iam Dorica Camœna.  
Vi mollis illa turba  
Stalagmiata Mida

*Borimum vocat puellum.*

*Quibus tuum ministras*

*Sonum beata Musa:*

*Sic nunc tuo poeta,*

*Qui te modis frequentat,*

*Modis inusitatis*

*Succurre larga: rore*

*Tuoque tinge labra,*

*Que sicca sunt vocando*

*Puillulum catellum:*

*Ne lacryma putent se*

*Plus posse ad irrigandum*

*Arentis oris oras.*

*Et preferunt seipsas*

*Liquidissimis Camænis.*

*Seu fecit atas, siue tempus asperum,*

*Quo tenebrosa faces rutilas quatit*

*Tijiphone sacra nocte, ciens male sana sorores.*

*Ad ultionis vltimum noue gradum:*

*Seu pouora grauis studij otia*

*Debita natura, consultius debita fatis:*

*Id vindicarunt tempus abscissum sibi.*

*Desierant celebres Aganippides,*

*Nec penitus nostris numeris auersus Apollo*

*Olim medullas seuus incendens amor*

*Me mihi surripuit male sobrio.*

*Mollia ium rigido dictarunt carmina Muse.*

*Quin vsque ad ipsum sepe duxerunt Deum,*

*Quem merito canerem grauibus modis.*

*Et non tam grauibus Heroas, & Heroinas.*

*At nunc superba mors triumpho nobili*

*Exiliens superato Adamantio*

*(Mirum) vt amara facit dulces mihi fundere versus.*

*Multa lusimus proterue:*

*Sed proteruior fuit mors.*

*Sic supinitas Thalia*

*Ex supinitate nata est.*

*Fata dira, seu fata,*

*Mors maligna, mors amara,*

*Redde mi meum catellum:*

*Aut fer, vt male audiat.*

*Musa delicia Iouis, nectarisque ministra:*

*Quod cum suauifonis fluens Hippocrenidos undis,*

*Spiritus creat arduos, arduosque poetas.*

*Non tuas tibi concidet turpis hircus ad aras.*

*Bacchus hunc olidum hauriat, fumidumque cruorem.*

*Queque viniuoro iacet turba victa sopore.*

*Nidorhinc male sobrios expatrabit ocellos.*

*Nec ficos tenera imbuet rapta bucula matri.*

*Illa quid meruit, precor? quidve vita bidentum,*

*Fiat vt leuior mihi, leniorq; Camæna?*

*Sed tibi dabo muneri, rara dona, catellum:*

*Si tu eum celebri dabis posse dicere cantu.*

*Si mihi Stygy Iouis furua Iuno remittet.*

*Præsidio sortis iniquæ*

*Scelestæ mors ausa fuit nefandum*

*Flagitium dira patrare.*

*Quid peius est, quam ruere impotenter*

*Alma parens quod orbis*

*Natura dans, consulit orbitari?*

*Si bene fit, quod fit, ut exier:*

*Quid, quod facit, ne, quod erat, sit ultra?*  
*Redde mihi sana catellum.*

*Aut te vocabo sobolem Megara.*

*Verona mater, orbis aureum decus siue siccis,  
Seu rorulenti marginem ultimum velis comparare.  
Ecquid pudebit inelytos Lares meos lenitatis?  
Quod mollicellum fleuimus fauente Musa catellum?*

*Regina vocis alma.*

*Que modulis concelebras gesta virum Thalia.  
Seu iendis excitare*

*Funditus e principijs semina dia rerum:  
Seu ducis ad martium*

*Virgo regens virgineum flammulo pudorem.*

*Est munerum tuorum*

*Flectere crudam precibus connubij insolentem.*

*O lacrymas suavi*

*Nectare mulce vario carmine temperatas,*

*Quas cogor hic calentes*

*Fundere nunc instituens ad tumultum catelli.*

*Momenta trucidis linida temporis:*

*Que perpetuis rediina rotis*

*Sine delectu, sine respectu*

*Crudeliter omnia consumitis:*

*Audite, rogo: & dicite contra.*

*Orbi melius nonne fuisset*

*Domino catulum superesse pio:*

*Quam nihil esse, quod aliquid fuerat?*

IV LII



I V L I I C Æ S A R I S S C A

L I G E R I H E R O E S .

A D

G V I D O N E M G O L A R

D V M B R A S S A C V M

P R A E S I D E M

B V R D E G .



*OBILIS Herou' numerosis aucta Camoenis*

*En redit ad notos te duce turba Lares.*

*Illam quidem eternis olim praeincta coronis,*

*Gaudebat tituli luce superba tui.*

*Nunc autem adscitis angustior aris,*

*Aut petit abs te, aut dat thura cremanda tibi.*

C. Iulius Cæsar dictator.

*Omnia qui solus fueram: cui Roma triumphus,*

*Roma parens, patriæ Roma nouerca patri:*

*Adsum Cæsar, ab extremo cui terminus axe*

*Summittit trepidum pronus utrunque caput.*

*Plus meâ mi nocuit pietas, quam Marius hostis.*

*Hoc, quod non potuit vis, scelus esse facit.*

*Ponite ferales animos turba impia, non me*

*Caditis, hoc Roma est, quod manus ista ruit.*

Cani Scaligero cognomen-  
to Magno.

*O natum imperiis sanctum caput: aurea sacli  
Vena boni: belli & pacis vierque parens,  
Cognatio inuicta o virtus contermina calo:  
O par magnanimo dextraque, mensque Deo.  
Delitia humani generis: spes ultima rerum,  
Quas fera fors fuit turbine rapta quatit:  
Sancte, libens cape, quas tepidas tibi ponimus aras,  
Inclytique astrigena stemmata parva manu.  
Et patere exigua hac profugii quoque facta nepotis  
Surgere, qua veteri mole ruente, vacat.  
Nil summum stetit vsque. suo super omnia ductu  
Res euecta, suo pondere pressa iacet.*

Romulus.

*Plusquã hominem augustis meritis stupefacta vetustas  
Nostra refert magni semina Martus opus.  
Reddidi autis vetus imperium: noua regna nepotes.  
Tanta fouent, meta & viribus aqua Deis.  
Nomen iure fugent. sublato nanque Quirino  
Par nunquam sacris sedibus ullus erit.*

Numa.

*Immanis fuerat qua tetra licentia ferri,  
Libertas nitido nomine lata venit.  
Exque feris homines feci, exque tyrannide regnum.  
Ille dedit terras, ast ego iura Poli.*

Tullus hostilius.

*Hosticus ergo erior, tauri in pecudumque cruorem,  
Sacrificum in cultrum Martius ensis abiit?*

*Aspice*

*Aspice qua cali positus sis parte sereni  
Degenerem populum magne Quirine tuum.  
Fœmineis resides euerte recessibus aras.  
Monstrare, haud Romæ est, sed dare posse Deos.*

Alexander magnus.

*Materies ego virtutis: mihi ut illa vicissim  
Fomes inexploto: qui Ioue natus eram.  
Nec bello formidavi: nec pace quiens:  
Nec sensisse necis horrida tela puens.  
Vestro isto sed enim orbe mihi cedente priore:  
Alter hic a terris iam capiendus erat.*

Vlyffes.

*Cætera, que faciunt genis mortalibus orti:  
Talia sunt, fieri que sibi quisque putat.  
Ille Heros, de quo vereantur scribere: cuius  
Gesta verecunda sunt potiora fide.*

L. Martio.

*Pascere diuini clarissima tempora circum,  
Lapsa Iouis gremio, pascere flamma viri:  
Dum redit ad laceros melior fortuna Quirites:  
Atque suos noscunt signa recepta Deos.  
Exhibuit duo Scipiadas: bina hostica vicit  
Castra: duci Mauros inclyte da quod agat.  
Illos, atque alios elegerit aura senatus,  
Aut populi. Virrus hæc sibi sola parit.*

M. Marcellus.

*Barbare, quid temere, ac frustra tumido ore superbis?  
Fortuna instabilis non bene fretus ope.  
Vicisti, non Romanum, neque enim illa fugacis  
Colluuiæ, Roma est, integra restat adhuc.*

*Huc conuerte acies. en hæ sunt Annibal Alpes,  
Hic Roma, Italia hæc, Dextera nostra: times.*

Philippus rex.

*Materiam superavi omnem. da cætera: vincam,  
Hoc quod virtui fors superesse dedit,  
Transfudi in natum: inde fuit tam magnus. ab uno  
Mortali haud poterant numina tanta capi.*

Sicinnius dentatus.

*Si celerem verus vates cecinisset Achillem:  
Post farsæ celebres ille iaceret opes.  
Si mihi mendaci clausisset Græcia lingua:  
Vix satis ad dextre sit monumenta mee.  
Malo tamen prisca præferre insignia laudis.  
Non est Romanum fingere, sed facere.*

Mafiniffæ.

*Vnum constitui heroem describere: laudes  
Obtulit ad meritas se Mafiniffa suas.  
Virtutem, imperium tacitus contemplet: at vnus  
Non fuit. Hic longe plurimus, vnus, erat.  
Sortis tentator varia, victorque malignæ  
Cunctorum expressit omnia facta virum.  
Est, non est Regnum: est semper Mafiniffa. Triumphi  
Romani, ab Romæ pars quoque sæpe fuit.*

Hectori.

*Ne tenui ingentem heroem metire sepulcro.  
Haud tumuli tantum fors capit vlla virum.  
Bustum, Asia, Europæ iuratis sacra maniplis,  
Totius calæ cura, metusque Deum.*

Brenno Veronæ conditori.

*Magnanimas age, terribiles age Brenne phalanges:  
Incluta virtuti debita terra tue est.  
Transfer ad illustres felicia semina memés:  
Vnde Athesi inuideant regna suprema Iouis.  
Non potuere alta statui primordia gentis  
Nobiliore viro, nobiliore loco.*

Q. Fabius Maximus.

*Hostis Fortunæ est, non tu, non prælia terrent.  
Sortem æquam facias: signa parata: veni  
Temporis es seruus, dominus non noster. at illud  
Sit par. nos domini temporis, atq; tui.  
Nec tibi spem faciat socij temeraria virtus:  
Nanque illum contra, & te satis vnus ero.*

Antenor.

*Diis fretus, Diis indigenis: quibus vltima cordi  
Inter sua Deum sua fuere Phrygum,  
Dextere Asiam forti, iusta acria Pergama lingua.  
Victorem docui cedere velle mihi.*

Pyrrhus rex.

*Robore nulli, nulli animis, nulli arte secundus,  
Magno ter tanto maior Achille meo,  
Veras quero acies, & veri prælia Martis.  
Qui petat inbelles, malumus esse domi.  
Aut totum, aut nihil: At paruum, nihilo est minus, illud  
Dedecet Aeacidas, progeniemque Iouis.  
Nolim, exprobreter tenuis victoria Pyrrho.  
Vinci a Romanis, vincere penè fuit.*

Iacobus Sadoletus.

*Que teivis pietas infensor exulat aulis.*

*Vlro aula, ac penitus candida facta mea est.  
 Quæque forum umido furiabat perdita fastu,  
 Imposita est per me lingua diserta polo.  
 Hæc summa est: recte sapere, & bene dicere verum.  
 Sic solus iunxi cum Cicerone Deum.*

## Annibal.

*Sum ne ego, qui trepidas fractis ceruicibus Alpes  
 Institui ignoro tramite ferre iugum?  
 Sum ne ego, qui innumera confertis cæde maniplis,  
 Romanos docui scire pavere Deos?  
 Quando ego, qui Italiam fugio, sum pulsus ab hoste?  
 Victorem victo cur patria ore vocat?  
 Siccine me invidia ciues onerastis acerba?  
 Ut clam speratas subtraheretis opes?  
 Non potuit Romana manus, non sidera: sed fraus  
 Punica me Annibalem perdere sola potest.*

## Aeneas.

*Ire Deum reliquiæ: fato superstes, excise anima Asia:  
 Reposui patri officium: vitam patriæ: regnum mess:  
 Victori interitum: Latio auos veteres: celo Deos novos.*

## Camillus.

*Hæu quibus auspiciis populum positure Quirine  
 Fundasti valida mœnia parua manu?  
 Tristes reliquiæ, duri discrimina leti,  
 Defendunt rigida vix bene rupe iugum.  
 Ponere magnum erat e nihilo surgentia, plus est,  
 Ingentem moli restituisse sua.*

## M. Cato maior.

*Vnicus in toto Cato sum ter maximus orbe.  
 Talem habuere, forum, curia, castra, virum.*

Omni-

*Omnipotens mea lingua: manus dura omnia vincens:  
 Consilium felix: imperium sapiens.  
 Quæ sibi quisque alij tenuere amplissima: luxus,  
 Diuitia, ambuio: perdita visa mihi.  
 Libertas animi sine seditione: cupido  
 Pro patria: pro me non nisi turba, labor.  
 Iudicis actus variis, ita solvor ab illis:  
 Ut se accusator iam putet esse reum.  
 Vnus, talis eram. plures si forte fuisset,  
 Sic plures Romas ergo fuisset putes.*

## Priamus.

*Vos etiam cæco mortales carcere clausi  
 Audetis querulis fundere verba modis?  
 Aut minus esse rei, quam quantum ambire potestis:  
 Aut quantum vitæ sors superesse velit.  
 Plus habui, quam quod potui seruare. quid? ab plus,  
 Plus vixi, quam quod viuere debueram.*

## Scipio.

*Hesperios animos, inuictaq; robora gentis,  
 Quosq; dat indomitos Africa terra viros  
 Perdomuisse, aliquid mihi sit. Victoria, dura  
 Victorem Italie vincere, sola fuit.*

## Pythagoræ.

*Ipsa tacens species, senis ipsa tacentis imago  
 Obsessa æterne munera mentis habet.  
 Pythagoram melius Natura haud exprimit. & nunc  
 Defuncti sapiens umbra silere docet.*

## Achilles.

*Qui magna momenta Asia, qui fata parentum  
 Vici, & Romulidum semina dia ducum,*

*Quod calum adiecto mortali inuidit honore  
 Iuppiter, hoc per me nemine dante tuli.  
 Terrori herouum vita est mortalibus, ante  
 Feci ego, quam fierem, posse timere, Iouem.*

Aiacis.

*Cessantem ad naues qui prestittit vnus Achillem:  
 Cunctorum & cunctis prestittit vnus opem:  
 Hectoris e manibus seruatis mille carinis,  
 Qui Graiis reditus commoda tuta dedit:  
 Non redit ipse, hosti inuidius se vicit: & hic nunc  
 Hostica sic etiam mortuus arua premit.*

Orestes.

*Vltrices posthac populi cognoscite Diras,  
 Quæ sontum mentes exagitare solent.  
 Impia tota fuit mater, non totus Orestes.  
 Dimidium furiant: tota quid ergo nihil?*

Aristoteles.

*Ne perge, ne viator, hic sistas gradum.  
 Vltrane promouere posse te putas?  
 Hic meta mundi, hæc finis orbis vltima,  
 Aristoteles, haud totus, haud semis, neque  
 Tantilla tanti portio miraculi.  
 Magnine dicam interpretem clarum poli,  
 An æmulum? alterasque nature vices?  
 An super & hæc, & omnia alibi possumus  
 Quæ dicere, & quæ dicere hic non possumus?  
 Apprende mente: si tamen mentem Dei  
 Qui comparem par prendit, hunc solers capis.  
 Vnus super omnes singulis qui omnes fuit.  
 Penes Deos homo, penes homines Deus.*

Plato

Plato.

*Dic Plato, quid enim frustra mea carmina tentent  
 Astra subire notis aurea facta tuis?  
 Non nostrum est: non vlla tuum mortalibus ausis,  
 Ingenium, & linguam lingua referre queat.  
 Ipse tibi pretium solus: tu meta tibi ipsi:  
 Te que alius, nisi tu, dicere nemo potest.*

Benedictus Scaliger pater.

*Euerso patrio imperio, atque illustribus armis,  
 Scaligerum inuidi post opera alta animi,  
 Victum ab eo toties fatum superauit. & inde hæc  
 Reliquias tanti nominis urna capit.*

Saladinus.

*Innumeri hunc tulerant reges orientis honorem:  
 Aegyptum vt quaterent sub iug. a quisque sua.  
 Hoc etiam a Scythicis effusa proteruita campis,  
 Hoc etiam tenuit maxima Roma decus.  
 Quos fecit tumidos tantarum gloria rerum,  
 Et bellatorum copia tanta ducum,  
 Cogite: & occasum sero cum limite solem,  
 Quotque sub Arcto a sidera nocte micant.  
 Non viget in tenui Saladini gloria Marte.  
 Occasusque, oriensque omnibus vnus ero.*

Hercules.

*Nempe trucis iussu teterrima monstra nouerca  
 Hoc dextra inuidio robore pressa iacent.  
 Conde alios pater uxori bone Iuppiter orbis,  
 Quos vincam, aut merito iam mihi pande tuum*



## Lucaë Gaurici præceptoris.

*Post leges celi varias, ascriptaque mundo  
 Fœdera, post superis reddita iura Deis:  
 Quem vix siderei magnum cepere recessus,  
 Hoc hospes modico pulvere terra tegit.  
 Viuere dignus erat semper: sed vita futuris  
 Auctior, aeterno lumine vita fuit.*

## Narfes.

*Consilium, grauitas, popularis gratia, Maiors  
 Successus etiam post mea facta dedit.  
 Quot finem regnis posuisset Gothica virtus,  
 Huic finem ponens tanta ego restituo.*

## Cocles.

*Quis tecum Deus? o, quisnam fuit ille Deorum?  
 Quis Deus arma tua fudit Etrusca manu?  
 Quis tibi in humano diuinis corpore vires:  
 Mortalique animo cedere fata dedit?  
 Vellere signa iube: vestri Porsenna Quiritem  
 Vnum totius agminis instar habes.*

## Angelo Politiano.

*Ante, tuo quam te nossem de pectore, non te,  
 Aiebam, decuit Politiane mori.  
 Sine mori decuit: sed non decuisse fatebor,  
 Ab sic ab iuuenem Politiane mori.  
 At diuina semel noui cum pectora dixi,  
 Nec iuuenem, nec iam Politiane mori.*

## Ioannes Picus Mirandula.

*Heroas cur non implet Mirandula nostros?  
 Mortali scribi non valet ille manu.*

## Hermolaus Barbarus.

*Quid primum? quid postremum? quid denique dicam?  
 Quid scilicet? en instant cuncta parata simul.  
 Maxima nobilitas: facies diuina: supremum  
 Ingenium: sancta pectora: pura manus.  
 Solum id, quod nunquam fuerit, nesciuerat immo  
 Hoc, at cum caussis, non fore sciuit item.  
 Vnicus e calo cecidit: non tertius. Astris  
 Integer ut cecidit, integer astra petit.  
 Heu heu cur iuuenem rapuit mors inuida? vino,  
 Principis haud poterat nomine Roma frui.*

## Aesculapius.

*Pone tibi metas natura, pone recessus  
 Et Iouis, & quicquid Iuppiter esse potest.  
 Ille dedit vitam, mortem dabit. auctius hoc est:  
 Post mortem, vita do sine labe bonum.*

## Quintus Mutius Scæuola.

*Hoc patere, hoc: quod iure tibi debetur iniquo:  
 Hoc patere, hoc: quod tu debueras facere.  
 Sentiat hoc in sese olim Porsenna paratum:  
 Quod te precipiti numine ferre vider.  
 Magna nimis superis visa es, mihi perdita: nanque  
 Qua patria non es dextera, nec mea sis.*

## Petrus Bembus.

*Si probitas, pietas, grauitas, animusq; quietus  
 Cedunt iis numeris, qui Ciceronis erant:  
 Sic palmam ex Cicerone feram, sin gloria maior  
 Ex illis palmam de Cicerone feram.  
 Scæua C. Cæsar's cent.*

*Ne pellat te ingrata, quasi fortuna minorem:*

*Par magno, aut maior maxime Scava duce.  
Si tibi pro meritis aquos paritur honores:  
Castra det. in te uno castrag<sub>3</sub>, & ipse fuit.*

Ioanni Iucundo præceptori.

*Prima elementa mihi puero dedit ille tenello:  
Qui norat magni prima elementa Dei.  
Sancte senex, tibi parua pia fero munera lingua.  
Vestra illa has fruges semina iacta ferunt.  
At vos caelestes animi qui voluistis orbes:  
Qui si cesseris, omnia fusa cadent:  
Fessi estis? date Iucundo reget omnia solus.  
Restituetq<sub>3</sub> euam, si male fulta ruant.*

M. Antonius Turrianus.

*Suada, Venus, Nemejis, Charities, Sapientia, Musa  
Amplexæ in cunis pectora Turrioli,  
Pro se quæque sibi irabere, & contendere, verum  
Cum fors, visq<sub>3</sub> simul omnibus aqua foret:  
Arte superueniente, Venus, committimus, inquit,  
Vno assensu hominem, iudiciumq<sub>3</sub> tibi.  
Ille ferox gladium nudans, Hoc vicimus, aut vos  
Hunc mecum, aut totus cesserit ergo mihi.*

Nicolaus Arcicomes.

*Ille decus Latij, patriæ mellius alumnus,  
Cuius honorata est Roma superba chely:  
Calliope in gremio numerosa voce relicta,  
Quaq<sub>3</sub> nouos superat, quaq<sub>3</sub> laceffit auos:  
Dum Turrij laudes effusis ambitu habenis:  
Est factus Genio grandior ipse suo.  
Crescere qui potuit tantus? res mira, putetur,  
Quem caneret, factus plenior esse Deo.*

Nerua

Nerua.

*Post tot monstra hominum, post tot portenta Deorum:  
Accisa patria qui medeatur, adest.  
Accepere alij tua iam momenta tyranni  
Roma veius: potius hæc tibi Nerua dedit.*

Leonida & socij.

*Felices anima, magno quas Gracia luctu,  
Quasq<sub>3</sub> canat magnis Gracia leta modis:  
Magnanimo duplicem peperistis funere vitam:  
Hanc patria, vobis altera vera datur.  
Nec tam perpetuis decorat vos fama coronis:  
Quam vestro maior facta decore volat.*

Matthias Scaliger cognomento  
Coruinus.

*Romano inuictos deuici robore Parthos:  
Parthica nam generis semina Turcus habet,  
Romano intacta, est mihi gens deuicta Scytharum:  
Finitibus & passa est cedere torua suis.  
Bis tricena inij sub signis prælia, pulsus  
Bis sum, non victus: cætera victor abij  
Sarmata pro ludo est: terror legionibus, armis  
Germanus didicit dura timere meis.  
Plurima pro patria Caesar, pro se omnia semper.  
Vnquam pro me ego nil: omnia pro patria.  
Non mi est Hungariæ regnum: donamus, at orbis,  
Quam sic defendo, cætera turba mea es.*

L. Lucullus.

*Incluta facundos vicit sapientia Graios:  
Sunt deleta armis barbara signa meis.  
Illo impar Pompei, minor hoc, ne attinge triumphos*

*Ex Asia. Hoc, quod agis, actum erat ante mihi.*

**Belifarius.**

*Gens rerum domitrix, genus insuperabile bello  
Verierat Aeneadas in sua iura lares.  
Sed neque victa unquam duris discedit ab armis.  
Magnanimas augent aucta pericla manus.  
Fortem, felicem, impavidum qui vicerit: illum  
Quos titulos, quantum nomen habere decet?  
Gothicus, atque alio sit Iustinianus honore:  
Si sibi de capite detrahit ille meo.*

**Decius duobus.**

*Rari animi, & dubiis certissima robora rebus,  
Vel potiora omni laude, vel inuidia:  
Tempore qui prior est, prior an virtute: quis ergo  
Vel docuisse valens, vel didicisse volens?*

**Iacobus Faber Stapulen.**

*Inuidiosa utriusque sui sapientia mundi  
Mortalis, Stapula quem genuere, Faber.  
Facta alios, qui egeant laudis mea Gallia vestra.  
Nanque meæ potius Gallia laudis eges.*

**Diomedes.**

*Redde Helenā prado infamis. Venus improba mœchis  
Quæ dederat, nostro vulnere lasa fugit.  
Cadite vos alij mortalia corpora. Nam sunt  
Materies dextra numina sola meæ.*

**Palamedes.**

*Sisyphij comites, scelerumque inuentor Vlysses,  
Morte mea impuras excuturate manus,  
Si Troianorum exitum debetur Vlyssi.*

*Quo sine non unquam mœnia Scæa cadant:  
Adduxi: ergo dedi. Quid idem ergo fata dedere  
Exitumque illis, exitumque mihi?*

**Torellus Saraina & Paulus Aemylius.**

*Descripti patrium ignaris qui gentibus orbem,  
Et nostros patrij, qui decus orbis auos;  
Acer iudicio, ingenio Torellus amœno,  
Legibus insignis, nobilis historia,  
Condidit æternos merita genitricis honores:  
Scaligeros posuit, qui cecidere, lares.  
Non potui tamen ille suis felicibus horis  
Certius ignotos continuare duces.  
Quid faceret? toties vario fortuna tumultu  
Dum furit: & miseris incubat hostis agris:  
Tempus edax operit: populatur dira vetustas,  
Nominaq; & saclo gesta sepulta rudi.  
Paulus adest, qui facundo detexit ore  
Erua Germanis stemmata sacra libris.  
Magnanimo primum imperium deduxit Alano:  
Aquila quo Latias tempore fregit opes:  
Guillelmum vsque ad avum magni genitoris: at illi  
Nicoleos fuerat, quod fuit ipse mihi.  
Pro quibus, o, meritis quid iam, quid utriq; reponam?  
Reddere quid profugi sordida fata parenti?  
Nanque hos nec lacrymis pensandos esse labores  
Arbitror: & mihi iam nil nisi flere datur.  
Præmia vos ipsi vobis. opus omnia vincit  
Vestrum: quo patriæ reddita vita fuit.  
Solon Athenienses alloquitur.  
Cum te hominem facio, non sum Deus? ecce tyrannus,  
Quem venerare, vorat libera iura: dedi.*

Occupat is patriam: tibi patria tecta relinquo:  
 Tuq; ut agas ciuis, prouinus exul ago.  
 Non est exitium, patria ditior e carere:  
 In patria exitium est, lege carere, bonis.

Ninus.

Qui ieci veterum caelestia semina regum:  
 Vnde trahit claros ordo superbus auos:  
 Qui populi primus docuit fera pectora duri  
 Aut sponte, aut gelido ferre pauore iugum:  
 Orbis ades: merorig; Nuum celebrate triumpho:  
 Tam populi, quam rex. Hi metuant, hic amet.

Trigemini Horat. & Curiat.

Vtro animam inclinet vepidum victoria nostrum,  
 Nescio: virtutis nominis tantus amor.  
 Malo tamen nostros, quamquam ab sic vincimus: hostiu  
 Vincere sic potius, ut meruisse vites.

Augustinus Ghisius.

Heu cur magnam unam licuit non tangere dextram:  
 Cui me seipsa darent pectora, lingua, manus.  
 Naturam immensam rara est fortuna sequuta.  
 Mox socii certant vitraq; iuncta sua.  
 Magna dat hæc hæc magna iubet dare suscipit ille  
 Multa sibi quæ habeat, quo dare multa velit.  
 Privatus reges superat: spes præuenit omnes,  
 Quæq; facit populis maxima vota Deis.  
 Hinc magnum, est unum fecit Fortuna petentem:  
 Hic omnes, etiam qui bona nulla petant.  
 Scribens deficio: dando non deficiat. Vnum  
 Hoc sat habet, si se scit retinere sibi.

Hippocrates, Galenus, Auicenna.

Qua breuia argutis fuerant astricta libellis,

Tectaq;

Tectaq; concisis sensa profunda notis:  
 Et quæ Pergamens confusa ambagibus alter  
 Dissimili similis dat ratione senex:  
 Plebeiorum opus huc sub regia tecta recepi:  
 Sciret ut externo certius ore loqui.  
 Addita, quæ deerant: sunt ambitiosa resecta.  
 Appositoq; decens ordine lucet honos.  
 Oblatas tamen, at nec te miseranda mouebant:  
 Heu translatorum vulnera facta manu?  
 Atqui hoc supplicium tibi, cum laudata relinquas:  
 Quæq; palam damnas, clam sequerere miser.

Mummius.

Hectoris ingentis manes: si forte silentium  
 Agmina, mortalis vox subit vlla, Deum:  
 Quæq; Asia, quæque Europæ fuit vna sepulcrum,  
 Quæque sibi vastus magna fuit tumulus:  
 Disiecti veteres cineres, regnatque superba,  
 Maritigenisque frequens Troia renata viris.  
 Myrmidones periere: refer congressus Achilli:  
 Aeneadum pauit Tliessala terra iugum.

Des. Erasmo Roterodamo.

Tu ne etiam moreris? ab quid me linguis Erasme  
 Ante, meus quam sit conciliatus amor?  
 Tu ne etiam? cui iam paruus fuit orbis, ut alta  
 Expleres mentis fulmina torua tua.  
 Ergo sidereis postquam est subuecta quadrigis,  
 Atque Dei læto lingua recepta sinu:  
 Ille ego, qui insane ridebam vulnera mortis,  
 Conditaque Aetnae tela trifurca manu,  
 Ad quoduis stupeo momentum, ac terribus affo:  
 Maxima cum videam numina posse mori.

## Hicronymus Fracaſtorius.

*Os Fracaſtorio naſcenti defuit. ergo  
Sedulul attenda finxit Apollo manu.  
Inde hauri medicuſque ingens, ingenſque poeta:  
Et magno facies omnia plena Deo.*

## Io. Iouianuſ Pontanuſ.

*Millia multipliciſ canimul diſcrimina mentis:  
Vt nec Mercuriuſ ſe putet eſſe parem.  
Nemo unquam meliul tractauit premia pacis:  
Aut fortiſ docuit ferrea iura manuſ.  
Nulla unquam audiuit meliorem curia linguam:  
Nulla magiſ ſapidoſ ſobria menſa iocoſ.  
Et tamen ipſe videt, quot quantal attigit arteſ.  
Immo ſic coluit, autor ut eſſe queat.*

## Peretto Pomponatio præceptorul.

*Nunc iam vera videt fulgenti exceptuſ olympo,  
Principia æterno ſemine noſtra capi.  
Hoc tibi natura ſocio tuum deſiuit unum.  
Cætera nec cuncti ſic potuere loqui.*

Themiuſtocoſ Theſeuſ alloquitur, &  
Palladem.

*Coge vagum populum, ac Graium ſac nobiliſ orbem:  
Quo foueat veteret terrica Pallaſ auoſ.  
At tu diua, tibi patruum qua cedere cogiſ:  
Linguat ut auſpiciſ mœnia ſacra tuiſ:  
Id Theſeo: hoc patruo doneſ mitiſſima, ciueſ  
Ut pelago ſeruet. hoc quoque cede mihi.*

## Pompeiuſ.

*Cui priuſ imperij viriul dedit ardua faſceſ,  
Quam caperet mileſ iuſſa aliena rudis,*

Hen

*Hen domitor maris, ac terre, ſpeſ aurea cali,  
Hoc rapior, tegor hac, ſpirituſ illud habet.  
Qualibet ingrato præceptuſ graſſare tyranno  
Virtutiſ iotieſ turbine fuſa mea:  
Non poterat fortuna tuat offendere vires,  
Nec caderem. tandem dedecul ultra tuum.*

## Cn. Corneliuſ Cetheguſ.

*Floſ delibatuſ populul Corneliuſ, unuſ  
Magniloquul, ſuade pura medulla Dea.  
Hiſ meruit magni celebrari laudibuſ Enni  
Nec pro dimidio tanta ſuere ſuiſ.*

## Q. Cæditiuſ.

*Tutuſ abi: ſubduc legioneſ: Punica ſiſtam  
Signa ego: vel tantuſ, nec ſatiſ, hoſtiſ erit.  
Conſiliuſ do. doque animam, teget omnia virtuſ:  
Victoriſ domina hac dextera cluere valet.  
Pæne puta: ſi viſ Romanam excindere gentem:  
Quantuſ Cæditiuſ vincere poſſe priuſ.*

## Ennio.

*Pande ſinuſ age, nec lingua te ſubtrahere noſtra:  
Pande Helicon: pura ſoluite ſacra Dea.  
Tantuſ amor veſtri, tante proba gloria laudiſ:  
Vix aliuſ veſtraſ ut mereatur opet.  
Magne ſenex, cui torua grani ſonat horrida cantu  
Buccina bellaci cum crepat haſta manu:  
Dic Roma, dic Phœbigenul: te huic condere vitam:  
Hiſ donare ſacra ſemina magna tuba.*

## Traianuſ.

*Haſtenuſ indulſiſ ſceleri fortuna ſenatuſ.  
Hinc facieſ placido libera fronte redit.  
Non tu Roma mea eſ, ſed ego tuuſ. accipe leget.*

*Quas mihi des. doceas, atque docere simul.*

Prometheus.

*Hocine mortales vero pro munere vita*

*Redditis? ut ne sit fama secunda mihi.*

*Terra fuit, quod erui, quod & est, quod & estis: & istud*

*Euexi ignoti sidera ad alta poli.*

*Ignes exerui aeternos: sacra illa reclusi,*

*Queis sine Cimmerius nox silet atra iugis.*

*Pro quibus, ingrati, rostrumque, ferasque catenas,*

*Ac rupes totius fabula factus ago.*

*Me ne etiam in scenam traxistis: ut in pia duro*

*Turba gemens plausu verba supina daret?*

*Vanum nescio quem, diuum fecistis, Homerum:*

*Quem vestra in superos supra referre iuuat.*

*Me diuum, atque Deos qui vos fecisse ferar: me*

*Dementes vano sic lacerare probro?*

Bonifacio Scaligero patruo.

*Ergo legens de te scripsi que maxime rerum:*

*Tanta etiam ut valeant sollicitare Iouem:*

*Inueni didisique tuis, factisque minorem*

*Omnigenam linguam, magnificamque manum.*

*Quare que de alius summa omnia dixerō: in iis te*

*Principij ac finis iura tenere, tuum est.*

Pindaro.

*Ales olorini diuino carmine cantus*

*Vltima Pegasei meta seuera chori:*

*Nam quis te patrij liquida inter sidera cali*

*Consequitur? quis te posse tenere putet?*

*Te satis est quassisse: satis potuisse videre:*

*Est audire Dei, non hominis capere.*

Matthæus

Matthæus Bandellus.

*Dum teneros loquuntur dulcis Bandellus amores:*

*Ipse sui oblitus tela remisit Amor.*

*Seu canit Aonium fontem, fontisque Sorores:*

*Fonti ipsi ex vno lactea vena fluit.*

*Phœbus ubi insuetis tentat superesse Camœnis:*

*Bandelli insolita temperat arte lyram.*

*Hic totum prima repetens ab origine mundum,*

*Digerit in numeros cuncta elementa suos.*

*Rerum, ac Factorum, varusque interpres olympi*

*Arcessu faciles in sua vota Deos.*

*Infelix sacrum an felicitis comoda celi?*

*Si, quæ debentur omnibus, vnu habet?*

Xenophonti.

*O quem te in numerum, aut censura Vir magne reponam?*

*Quem docuit puras utraque Pallas opes.*

*Arma canamne inuicta Ducis? te ne Antica Pitho*

*Lucida nectareo verba parare sono?*

*Vtrumque. & dextra, & diuina fulgure lingua*

*Quæ dixit, facere: dicere, quæ faceres.*

Ioanni Cottæ.

*Intra in me Cottæ Genius, quem dicere conor:*

*Aut perit trepida mens tremefacta fuga.*

*Tu Latij Siren: ita cantu interficis omnes.*

*Nam tua qui legit, scribere nemo potest.*

Demostheni.

*Quidnam quis undisoni streperas prope gurgitis undas?*

*Qui sancti posses ponere iura Deis.*

*Vt ne feras populi insanas interritus aures?*

*Fallere. ut auscultent te, freta muta silent.*

## C. Fabritius.

*A me ad vos auri conuertite pondera, scitis  
 Qui vtius his: ego, qui nescio, quid faciam?  
 His membris quantum, ac quoties dominarier ausim:  
 Tam dominarier ausim auri etiam dominis.*

## Cæsar Fregofus.

*Cur non est patria natus Fregofus in aula?  
 Cui dederant veteres maxima sceptrâ Lares.  
 Cui fuerat totus bellanti debitus orbis.  
 Non potuit sola tantus ab Vrbe capi.  
 Cur, qui aliis peperit patrias, sibi de fuit vni?  
 Diuinum potius est dare, quam accipere.  
 Dum parat excidium excidius (ab dedecus) hostis  
 Terrius excepit proditum ab insidiis.  
 Qui reges domuit, qui Martem terruit armis:  
 In iusto poterat non nisi Marte mori.*

## P. Ouidius Naso.

*A me utinam inciperes ferus esse cruenta: nec atrox  
 Per cedes faceres ad mea fata gradum.  
 Si mea te mouit terricum lascina iuuentus:  
 Te iuuenem damnas perditus: exul abi.  
 Impia flagitiis squallent penetrata diris.  
 Damnatu superant nomina fœda rei.  
 Non te diuinum ingenium, non candida tangunt  
 Pectora, non Clario lingua secunda Deo.  
 Lactea molliuit veteres mea vena poetas:  
 Et rerum docuit pondera certa nouos.  
 Cum te laudarem, tunc sum mentitus. ob vnum hoc  
 Exilij fuerat debita pœna mihi:*

Homerus

## Homerus.

*Mortales, me etiam mortali semine cretum:  
 Et paria ausi estis credere futa mihi?  
 Ac non natura superatas carmine leges?  
 Versaq; in humanas iura superna vices?  
 Non homines, non me Musa peperere: sed a me  
 Principium Muse patre tulere suum.*

## Ludouico Cælio præcept.

*Descriptis V arro, coram qua sepe videdat:  
 Aut facile e patriis prompserat hausta libris:  
 V arronem extinctum magni sit reddere: maius  
 Illum maiorem condere: virumq; dedi.*

## Cælius Calcagninus.

*Cælius haud Romæ genitus, nec natus Athenis,  
 Non vbi Castalias vngula fecit aquas:  
 Arpinum equauit, patrem Stagira salutat:  
 Aut genui Musas, aut peperere suum.  
 Iudicium, ingenium, pietas, facundia, census,  
 Nobilitas, grauitas, gratia, forma, lepor:  
 Si quid prætere mortalem rariis orbem  
 Concelebrat, siquid sidera magna colunt:  
 Cuncta fui. Verum humano tam pectore maius,  
 Cuncta aliis dare, quam cuncta habuisse mihi.*

## Archimedes.

*Vltierius ne tende: tenes Romane, quod optas:  
 Vltima iam mundi machina tota tua est.  
 Occides: ne huius vincis dum lumina mundi  
 Possim inuictum alium iam fabricare nouum.*

## Mithridates.

*Qui decora imperij, aut magnos memorare triumphos?*

*Omnia que misera fors iulst atra fuga.*

*Immensi gesta alta animi, vegetumque vigorem*

*Hauriat illa eadem, que male ferre potest.*

*Vicit, cui dederant Diij vincere: non ea virtus,*

*Sed Fors, virtutem ludere dura volens.*

*Plus habeat laudis, quod me superauerit, vnus:*

*Atque ego, quod victo fata dedere, probri.*

*Magnus, quod tanto statuit de rege trophæum,*

*De me metitur, quicquid habere potest.*

## Turnus.

*Diis victus, non mortalis me dextra peremit.*

*Sed mea fors superis inuidiosa fuit.*

*Aeneam Italis si fas est ponere regna.*

*Cur potius Troia non ego regna dedi?*

## Aristodemus.

*Cæsar, amisso in clade Rauennati Fratrem  
ac mox Patre ante oculos, mori voluit.  
post multos annos legens apud Herodotum  
Aristodemi diuinam rabiem, renouata  
sui memoria seipsum in illo descripsit.*

*Virtuti si subscripsit Fortuna minaci:*

*Fataque tuum vires extimere meas:*

*Nec mors innumero quesita ab cuspe crudas*

*Vni irritanti est iniicere ausa manus.*

*Si turpe est potuisse, Dei quod velle negabant:*

*Nunc iterum miserum est, non potuisse mori?*

*Quid*

*Quid tecum tibi Persa ferox? Quem iudice mundo  
Mars satur obstupuit, mors tremefacta fugit.*

## Nestor.

*Quam temere Dux ille decem sibi Nestoras optat:  
Aucultare vni qui putat esse graue.*

*Haud capitum numero crescit Sapientia, verum*

*Pro cunctis Sapiens vnicus, hic sat erit.*

*Redde patri, Phæbo poscenti redde puellam:*

*Nullam adimas socio: Tu tibi Nestor eris.*

## Minos.

*Cunctantem arripuit velox sapientia linguam:*

*Hoc, quod vis bellus inbet esse domi.*

*Legibus ut ciues, hostes compesceret armis.*

*Hæc duo, que nobis sola dedere Deos.*

## Socrates.

*Bellua nullius capitis, quia multa dabantur.*

*Porro etiam incestas conscelerare manus?*

*Nec vetuit meritum, aut pietas? non inclyta virtus?*

*Ne non sis similis semper ubique tui.*

*Verte in te & ferrum, & lapides, gelidamque Cicutam,*

*Cæteraque infamis barbara tela necis.*

*Nanque oneri tua vita tibi est, aliisque pudori:*

*Sed mea diuinis pura, leuisque notis.*

*At tibi dire mori, qui nil sis, nulla potestas.*

*Et mihi non mors, sed vita secunda venit.*

## Constantinus.

*Imperij per me defectis partibus agri*

*Restitui Latio cor, caput, ora, manus.*

*Scire velis, quantus fuerim? quo vindice gesta hæc?*

*Postquam destitui, barbara Roma fuit.*



## Franciscus Ferrutus.

*Parua manus, sed dux ingens, nec robor a castris  
Vlla queunt modicis equiparare meis.  
Disceci obsidium, dein supplementa reduxi  
Per medios, qui non cedit, at ille cadit.  
Præsidium paucis deiecti, ex arcibus, ingens.  
Deiectus vix hoc credidit ipse sibi.  
Desinet esse Deus bellorum turbine Maiors:  
Ni daret hac illi victima tanta locum.*

## Anacreon.

*Blande senex teneri mollis moderator amoris,  
Mellea cui liquido nectare vena fluit.  
Lactea Pimplei saturant quem flumina fœtis:  
Que spectare licet, non euan bibere.  
Felix, cui licuit procul, o, spectare bibentem,  
Atq; haurire oculis ambrosium laticem.  
Millia multa leui sese qua murmura cliuo  
Aequant caelestis dissita claustra soni:  
Te sequor o blande fidicen numerose Camæna:  
O Phœbi, o Eratus corq; merum, atq; anime.  
Ipse lubens e iam latis mihi pauca fundis  
Semina per numeros sparge benigne rudes.  
Sparge pater, tum Pierius se iactet ab antris,  
Sicui par tumidis flat tuba cruda modis.*

## Antonius Montanarus.

*Arcana excipiens diuine incendia mentis,  
Compositoq; animo bibliotheca loquens,  
Rarus in hoc, patria nos Montanarus in vrbe,  
Fouit, ut in sancto pignora cara sinu.  
Magnum heroa (heros nostro malecognitus orbi)  
Noscunt reliquias sacula prisca suas.*

Non

*Non possum dare, quas animus conceperat, unus  
Inuictas laudes vincis ut ipse tuas.*

## Cyrus maior.

*Exemptum ex hominum genere, ac mortalibus ælis  
Proiecere feris, ergo dedere Deis.  
Si vester sum, cum exponis, dubis improbe pœnas.  
Si non sum, merito tu mihi seruus eris.*

Cyrus minor Græcos milites  
suos alloquitur.

*Quo diuersus abis? satis est pepulisse, reuerie  
Qua placet inuictæ Mars sibi Marte meo.  
Non frater, non me valida vicere caterua:  
Sed victrix, absens me necat ista manus.*

## Marcilio Ficino.

*Sancta anima, & calum tibi tu qua sepe fuisti,  
Spira in me rari flamina pura boni.  
Ter celi socia es: ter magni cuius olympi:  
Ter comes in gremium pulchra recepta, Dei.  
Cum suis ex astris: Diui momenta Platonis  
Cum capis: & nunc te cum Iouis aula capis.*

## T. Flavius Vespasianus.

*Nosce graues Decios: etiam cognosce Catones:  
Quin & Publicole mitia corda senis:  
Omnes pone simul, quid vis simul omnibus adde:  
Adde etiam post hæc addita cuncta fui.  
Me viuo ut populus tandem se posse negaret  
Vel memor esse boni, vel memor esse mali.*

## Domitius Calderinus.

*Ostendi panem canibus, saturi illico veri  
Exprobrant, siquid forte deesse putent.  
Incipite, inde sequar, vos si potiora videtis:*

*Iam meliore animo quæ sequeremur, erant.  
Tutum est ad pelagi scopulos vidisse natantem.  
Peiores scopulis vos reor esse maris.  
Audenti furor ille grauis, grauis unda pepercit:  
Vt foret, ingratus qui laceraret, aper.  
Affecta nau: facile est infringere clauum.  
At puppis tota hæc, totaq; prora mea est.*

## Iunio Bruto.

*Quæ mentis species, animi quæ robora tanti  
Abdita sunt brutis, ansa latere locis?  
Dissimulare, cati, fortis, pepulisse Tyrannos:  
Felicis, sapere est: vincere morie, viri.*

## Theodorus Gaza.

*Barbariem qui expugnauit, me barbarus hostis  
Expulsi at pulsus, sic quoque victor abij.  
Auexi patriam ex patria sub pectore sancto:  
Quæ miseranda cani prada futura fuit.  
Inuexi Romam in Latium. Cognosce Romam.  
Quæ belli nullo turbine capta, viget.  
Pro quibus, ah, meritis o rer scelerate Tyranne  
Qui cauda es, Roma diceris esse caput,  
Te viuente, vidente, iubente, miserimus illa  
Pauperie fractus, qua tibi regna canis,  
En morior. morior vero, qua publica cura est  
Cuncta pati, & melius post sua fata regi.  
Romule te iacta, iacta te maxime Theseu.  
Vestra est materies terrea: forma mea est.*

*Tito fratri, qui obiit in clade Rauennati.*

*Tunc etiam Hesperus, etiam lugendus Eois  
Heu fratris nomen frater inane mihi:  
Ergo etiam terris, etiam lacrymabilis auris*

*Amisso*

*Amisso vitæ lumine Frater abes?  
Frater abes, tecumq; rapis quodcunque relinquis.  
Nam tecum malum frater abesse mihi.  
Heu ubi sum qui tecum abeo, meque ipse relinquo?  
Si quod es, hoc ego sum: quod sum ego, tu esse nequis?*

## Dampetro.

*Dampetre Francigenæ lux felicissima regni  
Regnum ipse, Aony certaq; meta cbori,  
Occidit. & diuina alios quæ viuere fecit,  
Te haud potuit fatis eripuisse lyra?  
Quin potuit, quin eripuit, quin vicimus, haud tu  
Hac fueras dubia corpus inane mora.  
Mente grauis, vultu facilis: vis ne claris ori.  
Totus in expleto plenus amore poli.  
Sic moreris, sic hæc poterant peruisse, sed hæc sis  
Si poterant, poterant & peruisse Dei.*

## Io. Gelidæ tumulus.

*Qui toties animam Gelida mihi magne dedisti:  
(Nanque anima est, anima quin mihi fama prior)  
Si quantum accepi, quantum tibi debeo, pendam,  
Grata nec auersus deserat ora pudor,  
O anime huius, adhuc possis ut viuere, tecum  
Partior hæc, fati quas dedit aura, vices.  
Quod si non licet: at quantum licet, accipe famam  
Hinc tibi si qua tamen viuere fama potest.  
Quod si fama tibi es, nec nostro cedis honori:  
Sic sat, velle tibi, nec potuisse dare.*

## Democritus.

*Hanc aram tibi, Democritæ Abderita, sacrauis  
Scaliger, oprificis anteferende Deis,  
Quos temere coluit rerum inconsulta vetustas,*

*Qui falso quæritur sacula vana metu.  
 Quælis honorata quinquens Eleus oliua  
 Illustrat meritis se patriamque suis.  
 Sic tu natura immensa clarissime cuius  
 Legibus addixi tota elementa tuis.  
 Signa tibi cæli commerca tecta fuerunt.  
 Hæc factum voluit oculuisse sibi.  
 Cumque orbis varias peragraueris auius oras,  
 Obrinuisti alio regna superna pede.  
 Sunt infinitis mundis sua femina. Soli  
 Democritus nostro solus & vnus erit.*

P. Virgilius Maro.

*Mantua dat: Calabria rapiunt: reituleræ Maronem  
 Silua gregi: ruri femina: bella duci.  
 Humanorum operum numeris, & carminis alti  
 Exhaustis, tecum est iam mihi, terra, nihil.*

M. Tullius Cicero P. P.

*Accipite o Decij, o patria spes vltima victæ  
 Hanc animam in cætum magne Camille tuum.  
 Nanque ego nunc ubi opè nequeo iam ferre: quod ego  
 Non quod agent vestra huc libera in astra fero.  
 Obstiteram forti: imbelli dederam arma feroci  
 Displicui: nostra est alter abusus ope.  
 Ille tyrannigenis potuit malesobrius armis  
 Tollere tam lingua libera iura mea.  
 At tibi qui licuit? cui nempe ego tela dedissem.  
 Quis nam in me verti non pudet esse nefas?  
 Heu patria cineres: patria o morientis imago:  
 Non poteram non iam te moriente mori.*

Iulius Cæsar Scaliger, Anto-  
 nio Percinio autore.

*Dum grauis Heroos molitur Cæsar honores:*

*Et sua cuique seruata: genusque duci,  
 Ipse ubi sit dubio: Genios nam versus in omnes  
 Haud vna meruit sede tenere locum.*

Meum Epitaphium.

*Extulit Italia: eduxit Germana: Iulij  
 Vltima Scaligeri funera Gallus habet.  
 Hinc Phæbi dotes, hinc duri robora Martis  
 Reddere non potuit nobiliore loco.*

Benedictus Brugnolus. Somnium

non fictum de re tamen pe-  
 nitus ignota mihi.

*Vera canam: vos vera Dea spirante canenti:  
 Et date nectareos in mea verba modos.  
 Finieram heroos multa de nocte labores.  
 Prebuit inde leuem sobria mensa cibum.  
 Vmbra sibi hibernas bissex exegerat horas:  
 Membra quies molli blanda refecit ope.  
 Visus eram augusti sancta in penetralia templi  
 Audacem a primo lumine ferre pedem.  
 Latus ibi tumulos, tumulisque imposta trophæa,  
 Martiaque armata corpora stare manu,  
 Qualia Scaligero sunt conspicienda sacello,  
 Quod nostra antiqui nomine, signa caput,  
 Dum miror: celsæ vox est mihi reddita muro.  
 Si memini, murum hunc marmora pura tegunt.  
 Sum Benedictus ego: Brugnolum sacula dicunt:  
 Ipse tuum docui prima elementa patrem:  
 Et patrem, & patriuos, totamque ab origine gentem.  
 In quam sum accitus, Norica terra fuit.  
 Noricus huc a Leniaco me Cæsar adegit:  
 Cui genitor pacis nomina ferre dedit.*

Primus eo Latias adduxi candidas arteis,  
 Græcæque non noio tunc elementa sono.  
 Te quoque vix natum iremulus gestansimus vlnis:  
 Profuit & signid. vota, precesque tuli.  
 Heu quod non licuit, raram tibi iexere lautum:  
 Dum decus hoc aliis facta parare volunt:  
 Nec noctes vigilare tibi, nec condere luces.  
 Sors fame ad cunulum defuit illa mihi.  
 Dura pater, patrique simul sunt arma sequuti.  
 Me Veneta externo pulvere terra tegit.  
 At tu, per generis monumenta insignia vestri,  
 Quæque tibi a magnis gloria venit aus,  
 Eripe me ingratis o nunquam ingrate tenebris:  
 Et novus Heroo nomine surgat honor.  
 Ista simul, simul ecce casus de fornice muri  
 Exilit ingentis maxima forma viri.  
 Et porrecta meo circumdans brachia collo,  
 Hoc tollam, inquit, ego summa sub astra caput.  
 Magnus ego & celso surrectus corpore verum  
 Pectore tum toto grandior ille fuit.  
 Nunc quoque, cum scribo, trepidos rigor occupat artum:  
 Et stupida a facie lumina splendor habet.  
 Parce Brugnoli, mihi iam noua numina, manes.  
 Nulla aures tetigit nominis aura meas.  
 Cum pater exactos memoraret sedulus annos:  
 Possereor nomen forsitan habere tuum.  
 Te tamen, ut iussisti, habeo pro numine vero,  
 Sive opus est sacro carmine, sive focus.  
 Sancte vale: patremque meum, patruosque saluta.  
 Teque precor similem saepe redire mihi.

IVL.



IVLII CÆSARIS SCA-  
 LIGERI ARCHILOCVS.  
 FRANCISCI VALESII  
 REGIS VICTORIA AD  
 MARIGNANVM.  
 EX PVRI  
 VAMBIS.



**V**asperantis horridum Iquem Notis  
 Redundat alta regna per poli vigor,  
 Ferumque fronte concitat salum truci:  
 Et orba terra fertili Fauonio  
 Flet astuantis impetum grauem freti:  
 Agri tyranna febris Insubri Padus  
 Proteruus impotente fertur equore:  
 Pecusque, & alta tecta proterit simul:  
 Cauatque adesa subter antra margines:  
 Nec obstinata ripa frangit impetum.  
 Perit boumque sudor, atque rusticus  
 Perustus aret impio situ labos.  
 It immerentis, obstitus malo, gregis  
 Magister: atque voce lacrymabilis  
 Ferit tremente calitum domos prece.  
 Deis miserque cassa vota prodigit:  
 Aprica aperta castra donec aliis  
 Reduxerit vicissitudo temporum

Satis vagata sordidum refert pedem  
 Nivalis amnis iratum benignior  
 Relaxat arua iam tepor: nec amplius  
 Inerinis amnis inuiso stupet gelu.

Jouisve stivosa frigidissimis  
 Fatigat aura concitata, nec diu  
 Obesa rura stringit impotens hiems.

Vi evocante Tariatum venefica  
 Magus citata rhombus expedit sola,  
 Cum inhospitalis exerit strobes rogam:  
 Anusque Luna cornibus stans rubet:  
 Amœna sic vireta, sic suburbia,  
 Verenda templa caluum, ac Deos Lares  
 Inauspicatus occupauerat furor.  
 Superbus ergo cade sordida leo  
 Satis superque strauerat tuos greges,  
 Grauem torosa dum ciet metum iuba.

Phalangis ille densus, ac frequens globus,  
 Atrox Cateia, Bœticaque cuspides,  
 Tuam cruore nutriere Lauream.  
 Cruore parva pax. Quis audet impudens  
 Decora miles improbare vulnera,  
 Sacrum furore destinante sanguinem?

Reducta nanque qualis inter auia  
 Cit innotatus aridum fragor nemus:  
 Parata Francianus ardor agmina  
 Refregit. Otiosa prata iam pecus,  
 Inersque silua fronde nutrit ubera.  
 Funt aratra turgidoque palmis  
 Tepens anhelat vda cœspes ubera.  
 Tenella fronte, pruriente mugiens  
 Vagum iuuenta cornipes vocat virum.

Licebit

Licebit inter alta septa mox lupis:  
 Ouique iusta ruminare pabula:  
 Aleique diffluente lacte iunior  
 Meticulosus horridum canem lepus.  
 Apumque nulla dulcibus laboribus  
 Venena lucliuosa taxus ingeret.  
 Rarumve candidi vsque veris hospitum  
 Aprilem, ad alta dedala bibens cui  
 Aque fluena murmurantis, herbida  
 Hebes lacertus occulet caput coma.  
 Benigna vena gestretque languido  
 Sub estuante rustico canicula  
 Canis leuamen emicare fistulis.

Quis, o quis huc reueta sancit otia?  
 Libet videre fertiles domi rubos,  
 Forisque. Molle silua germinet primum:  
 Tereisque cocta stante baccæ frigore  
 Recuruet aduena hirta prole robora.

Videbit ergo diues impigrum dies  
 Negotiosi nauitam per aquora  
 Bono parare liberæ opes loue.  
 Fauebit aura: suppetentque pallida  
 Opes metalla: desinetque turbido  
 Timori Ethruscus esse scalmus equori.  
 Nec orba nactus arma solitudinum  
 Sinister ensis obuium patet latus.

O alta castra, lucidi o cohors poli  
 Videis inter arma comparem Ducem?  
 Per hunc potens trophæa diruta integrat  
 Vetus Martis ignei superbia.  
 Per hunc timere nemini scelus licet:  
 Minusque corda carnifex fodit metus:

7 3

Minus petulca cura pectus exedet.  
 Simul prementur impia probri visces,  
 Ferocientis atque contumeliæ.

Fugit micante pulla corde seruitus,  
 Et ultimas pererat exul insulas.  
 Et increpata liberalitas seni  
 Patente fundit usque copiam manus.

Quis obserata præ dolore pectora  
 Mero resignat? aut quis ad ciboria  
 Soporis ampla dona sudat uividis?  
 Refectus ultro liberalibus cadis  
 Adest benignus offerens puer scyphos.  
 Canensque functa uinitor mero sola  
 Capacibus refusa mista dolus  
 Vehit sonante vinolentus effedo.

Facessat vda quæ salicta perfluens  
 Nigris opaca fontibus rigat specum.  
 Amat madere pileata ciuitas,  
 Cohorsque militaris, & cohortium  
 Iam bus acer emulatio impetus.

Io vireta verberans frequens sono  
 Canet triumphus ante, quam nouum gelsu  
 Nouumque pergat inuicere lunium.  
 Reuerberata consonum canentibus  
 Imago vocis efferet caput vadis.

Videsne, purus ut vacet poli sinus?  
 Nec ore letus auctiore eat dies?  
 Vbi annuente sole verna sedulo  
 Senem bidente tondei hora pampinum.

Aue o quietis imperator aureæ,  
 Ruentis atque vindicator otij:  
 Apollinisque præses iniegettime;

Toga minister, atque Martis vnice.  
 Canenda cuius orbe farina plurimo  
 Feretur inter horridas tubas, ubi  
 Britannus astra pontus ambit vltima.  
 Sesostris ubi obstrepens laboribus  
 Colorat Auster arua nigra plumbeus.  
 Aue o Valesiana lux potens, aue  
 Tibiq; feruido ore supplicantibus  
 Ades, foueq; digna vota: saepeq;  
 Vocatus, ipse tue sentias Deum.

### Mellino Sangelasio.

Melline magni pectus inernum Dei,  
 Qui ignota plebi, grata caelesti choro  
 Momenta mulcet flexibus mitis soni:  
 Melline, regis cui patent aures sacre,  
 Qui Galliscanum temperat nutu solum:  
 Quid me imparatum cantibus raptas tuis,  
 Supraq; regna fulminum in calis locas?  
 Quasi receptum, quasi cooptatum, quasi  
 Vnum, & beatus, qui vident propius polum?  
 Diuina tangunt pectora, inuictam manum?  
 Forte hoc decebat, forte oportebat, neque  
 Sua ipse Phœbus luce postremum rigat.  
 At cur diploma cessat? hoc quid est rei?  
 Cur tot strepunt promissa, at ipsa res silet?  
 An iussa regis optimi, atque maximi  
 Oblimone eneclia deleri queunt?  
 Ah ah parata fors nocere fortium  
 Sorti virorum. Nunquid id verum canunt,  
 Bene, ac secunde rem gerentibus suam.  
 Absentem amicum deputari mortuum?

## In Loserium.

*Caso iuueni fratre Cyrena satus*

*Redintegravit mellis extincti decus.*

*Quacunque iussit ire Triptolemus Ceres,*

*Arista surgens plena curvavit caput.*

*Pomona tumido inflavit Autumnum sinu,*

*Et verna risu prata rident Chloridos.*

*Hiraa proles patre trino est edita,*

*Depleta terga ut face compleverunt meri.*

*Vber, meroque foeta surgit vinea,*

*V bicunque minxit Bacchicus Loserius.*

## De sciuro, &amp; vulpe super Borgia tyranno.

*Vulpes sciurum pauca rodentem videns,*

*Quae rapta paruo forte promebat penu:*

*Miser, inquit, atque iure te tabes edii.*

*Quid est, leonis unde contemnas opes?*

*Cui servitus debetur: & leges iubent.*

*Ibi nitesces: teque curabis probe.*

*His parva raucum murmur edidit fera:*

*Recte moneti, aut premium, aut odium, aut flagrum;*

*Aut exulis mendica fors, aut carcer, aut*

*Occulta mors, aut publicata sunt bona.*

*Quod res eo si forte fortuna redit,*

*Ut iurgiorum, & contumeliae tenus*

*Agatur: id vel maximo apponas lucro.*

*Aversus ergo vultus, & oculi truces.*

*Alienus ergo somnus, & quaesita nox*

*In sole medio, nocte pulsa de sua,*

*Emenda, spreta libertate, atque otio?*

## Ad Fortunam.

*Fortuna, sine es quippiam, sine es nihil:*

*Sine esse quicquam vel potes, vel non potes:*

*Te appello vel regina, vel spes, vel nihil.*

*Quae contumaci spiritus flatu irucis*

*Hunc deuenustas, huic venustatem paras:*

*Quis te gubernat? quis feras operas iubet?*

*Iubet, reguq; cur boni sunt mali?*

*Mali boni? male est bonis, malis bene?*

*Vel dicuo, vel dixero esse te nihil.*

## De Geor. Buchanani carminis venustate.

*Heri legebam nuper allatum mihi*

*Sapidum, tenellum, molle carmen, aureum,*

*Intelligendum vel puellis omnibus,*

*Si splendor, atq; puritas, decus, nitor.*

*Animum subire luculentum vllum queat:*

*Intelligendum non facile doctis viris,*

*Nisi mentis excitetur ardor efficax,*

*Sententiarum propter ardorem merum.*

*De me ut loquaris, ut ego de meipso loquar,*

*Intelligebam primulum ut simplex puer.*

*At ubi vir esse, ubi esse volui intelligens,*

*Vocis serena luce percussus tua*

*De intelligenti intelligens nihil fui.*

*Hoc te volebam sic monere: ne petas*

*Me velle respondere, non enim audeo.*

*Hocq; esse respondere, Non respondeo.*

## Ad mortem.

*Mors, quae superbos efficit humiles, feros*

*Mites: rapaces indices aequas bonis,*

*Bonosq; pravis: susq; deq; orbem vehis:*

*Quo te tulisti? quo ve nunc fugam capis?*

*Vbi latere intendis? aut ubi laetes?*

*Videsne regni limites vastos tui  
Furentis occuparier morbi inpetus  
Nec sanitati cedere, aut timere te:  
Sed incubare, quo semel coepit, loco.*

*Eia nitentis o triumphatrix via,  
Quae nos ad astra preparat vitæ modis:  
Contempta morbo hoc, & vocata tot meis  
Meis precationibus, duras moras  
Regina solue: atque e doloris vinculis  
Dissolue corpus. lege mecum agito tua.  
Ego te per arcta subdoli salus sola,  
Per alia ab hoste monis obsessi iuga,  
Per seua duri Nerei pericula  
Mulum, diuque, diua, quæ sumi: neque  
Vsq̄ quam petentem petere voluisti ferox.  
Quod si sit, auerferis ut nostris malis:  
Contraque semper vota grasseris mea:  
Mutabo. viuere appetam. ergo non venis?*

### De sua vaxcordia.

*Aduersus hostes Caesar imperterritus,  
Qui fulminantis murmur irridet Iouis,  
Et seuiantis tela fortuna trucidis  
Habet proterua mente pro ludo, ac ioco.  
Cur blanda amica voce terretur stupens?*

### De Crazonio & Merimnio.

*Auri colore tractus est Crazonius,  
Colore noctis tinctus est Merimnius.  
Aurum ille crassus, plusq̄ sexcentis, sitit.  
Hic ater atra mente iura venditat.  
Vterque fur est: caussidicus & iste, & hic.*

### Ad Nemesin.

*Rursum, nefanda facta quæ mundi ruis,  
Regina rerum Nemesis, ex aquo graues  
Partita cali patre cum summo vices,  
Descende calo. meque primum ex omnibus  
Rape, quate, cade, contrucida, dissipa.  
Discerpta iaceant membra, disiecta, obruta.  
Non est morandum. Nil merita sunt hac mali?  
At blanda condimenta mendacis soni  
Linguam, & furoris improbi dextram affeclam  
Disperde, veritatis hostes impias.  
Aufer memoria ex vltima mortalium.  
Aut cede totum vindicaturò mihi.*

### De Aulo.

*Suos olere vel nihil, vel & minus  
Pedes in aurem dicit Aulus Actio.  
Olere manult Actius pedes suos,  
Vel centies, quam pessimam linguam tuam.  
Pedes olentes nil, nisi pedes olent.  
At ista lingua, tartari atra sulfura  
Cui sunt parata. ni latrina fetida  
Ciuem suum iactaret, ac similem sibi.*

### Ad Boetianum Senatorem Burdeg. & Brassacum præsidem.

*Nuper volebam nescio quid ludere,  
Quod dictione lucida, ac molli foret.  
Ne semper arcto, ac scrupulo hærerem vado.  
Feci, refeci: rettuli in nouum modum:  
Nil expatratum est. sic labor frustra fuit.  
Factum, refectum, interpolatum, censitum,  
Recensitum, repumicatum, splendidum,*



*Comptum, apparatis umbilicatum notis,  
(Illum nihil inuere seruiles preces)*

*Igni seuera vindice excussit manus.*

*Musas vocauit. Phœbus inferus meis*

*Auersus est uocantibus. Nugæ, nihil.*

*Semper proteruus asperum versus sonat:*

*Et Celtiberam barbaraginem sapit,*

*Exul Latino lumine, & cultu, & sale.*

*Ergo Latinum lumen, & cultum, & salem,*

*Boetiane splendor, & decus poli,*

*Quod nunc Latinum vindicat decus sibi,*

*Tuque alterum eius haud minus poli decus,*

*Brassæ, lingue temperator inclytæ,*

*Vt attulisti barbaram in linguam meam:*

*Nitoris almi lene dicendi genus:*

*Dulcis refulsit aura mollitudinis:*

*Nec ito coacto versus infamis pede.*

*Quod si ito coacto versus infamis pede:*

*Hoc est: quod ipsi nectar omne absumitis.*

*At me ipse, si quid suauis dicturus velim:*

*Cogar utriusuis aurea lingua loqui.*

### De se.

*Ego me fouerem, nec fouere absterem.*

*Si me foueret, quæ fouere destitit*

*Adulterorum conditorium penu*

*Tritemulenta fossa macra, muccida,*

*Fucata, calua, lippe, lipsa, sulciferons,*

*Labiæna, ozæna, putridens, mustax, anus.*

*Commendat opus suum æternitati.*

*Perenne nomen, alta quod petis loca,*

*Petis, teneque, & ima quæque despicis,*

*Beata fama, lucidum poli decus,*

*Vitam niuente sole quæ vehis gradu,*

*Adeste, & vsque ad orbis ultimos dies*

*Mea ista collocare sede perpeti.*

### De suo fato.

*Pulsum, atque egenum, & alta spirantem, neque*

*Fractum superbis improba sortis minis,*

*Beata terra ferili excepit sinu,*

*Quæ utrinque utrinque pene cernit Nereæ:*

*Hunc peruicacis arma frangentem Noti.*

*Illum frementis spumeum Boreæ vadis.*

*Hic primum inepto frontis arrisit modo,*

*Cui ludus ante fueram, & opprobrium, Dea.*

*Heu quæ videntes caca mortales premit.*

*Hic mihi furorque Martis impius ferus,*

*Metusque spesque cadis hostium irucis*

*Deposita iussu blandientis otii.*

*Cæpique (quanguam fera vitæ munera)*

*Alia Deum quiete securus frui.*

*Ergo supinum, ac penitus inbiantem otio,*

*Quod in recessus iura natura inclytæ,*

*Impenderem: cuiusque particeps foret,*

*Et particeps, & autor Aoniæ chorus,*

*Amaræ fata morte bina me occupant.*

*Quæ mors dolori comparabitur fero,*

*Quo corpus omne est hospes, atque hostis sibi?*

*Quæ liubus mors comparabitur feris?*

*Quisnam dolor? Quenam exilij mora ultima?*

*Quæ dira Erinnyes? Tartari voragine?*

*Quæ indignitatem æquare possunt, ac luem?*

## De Vespis.

*Dignoscitur de tergoris coloribus  
 Quocunque viuit mite, seu ferum pecus.  
 Candore cycnus, auritate gracculus.  
 Leo fluentem barbarus crispas iubam.  
 Putastis abdidisse vos rasi lupi  
 Ne de colore nosceremini pili?  
 At ai cruore pauperum venter satur,  
 Manus nocentes, ora turgida arguunt  
 Filis resectis esse vos rastos lupos.*

## De Baræno.

*Quæstu relicto lueris Casar studet,  
 At Barænus, Casar hoc stulte facit:  
 Quæstum relinquere, & studere literis.  
 Nam sanguis & secundus est pecunia,  
 Et primus idem sanguis, & solus. Tamen  
 Neglectus est a Casaris superbia.  
 Nam quis putaret mentis hunc sane virum:  
 Qui ut paleat, fit pauper? Hoc buccis tumens  
 In compitis Barænus, in foro canit,  
 Stipatus orcipiscuis, Bruco, & Syro.  
 Qui cuncta dicta & facta habent venalia.  
 Hoc cum canit Barænus, illic illico  
 Latus cachinnis persrepat totum forum.  
 At Casarem mox ut videt nil pendere  
 Vanam insolentis Battali væcordiam,  
 Eodemque vultu excipere dicta barbara,  
 Quo consuevit laudibus mentem dare:  
 Miser Barænus præ dolore ruptus est.*

Carolo

## Carolo Seuino.

*Si commodabis, non habebis Carole:  
 Si habebis: at non tam cito, non tam bene.  
 Si tam cito: qui amicus erat, nunc hostis est.  
 Iactura tamen haud magna amici eiusmodi.  
 Qui amitti amicus vult, amicus non erat.  
 Tales amicos ergo malo amittere,  
 Quam aurum, qui amicus certus omnium est optimus.*

## In medicastrum stupidum.

*Stellata nebris Liberum tegit patrem.  
 Fulgetra torquet diphtheratus Iuppiter.  
 Obiitremendus Herculem ingentem leo.  
 Tu sub rudentis Arcadis lates pilo.  
 Illi insolentes gloria aliena tumunt.  
 At tu modestus pelle sub tua sapis.*

## De Rustico.

*Et legi & audiri olim ab homine nobili  
 Nil esse peius vspiam homine rustico.  
 Bonum, malumve dixeris, nil interest.  
 Nam rusticum cum dixerò, intelligo malum.  
 Nam rusticus suapte natura est malus.*

## In Tareram.

*Quod coccinatus, sericatus ambulat  
 Tarera agaso, turget, & buccis crepat:  
 Audi Tarera, quid mihi in mentem venis.  
 Hæc est saturodentis eruca, pater  
 Coccus pusilli vermicilli tinxit hanc.  
 Lanam pecus gerebat, & pecus gerit.  
 Quotiesq; mula te ad Palatium vehit:  
 Est officiosa mula, qua vehit patrem.*

## De voluptate.

*Socij voluptas quæ doloris est comes  
Non est voluptas cum dolore, sed dolor.*

Parodia in Vidorem, qui ex pharmacaria  
factus est clinicus.

*Maranus ille, quem fugastis hospites.*

*Ait fuisse pmsitor, nigerrimus:  
Neque ullius reinnulli globum caui  
Nequisse personare: siue Barbarum  
Opus foret rotare, siue Agaricum.  
Neque hoc negat proterna turba Pessuli  
Negare, patris atque sabbatarij.  
Vbi malus Maranus atra sordium  
Patente dicit expulisse ligula,  
Recocta mella, ne qua spuma feruida,  
Sonansve bulla sibilum ederet fuga.  
Gelata Francia, & calens Prouincia,  
Tibi hac fuisse, & esse cognitissima  
Ait Maranus: vltima ex origine  
Tua in senacula intulisse Galbana.  
Et inde erogata per vnaica  
Famem tulisse: leua, siue dextera  
Cibum rogare, siue vtrinq; cœperat.  
Neque vlla vota pharacalibus Deis  
Sibi esse facta. Nam verabat improbi  
Resecta posthac patris ex origine.  
Sed hæc prius fuere, nunc Galensca  
Cacatque sede: seque deuonet tibi  
Marante Vidor, & Marane Vidoris.*

## Ad amicos.

*Quo me vocatis arbitri arbitrij mei?  
An, vnde post referre non licet pedem?  
Quid si malignum vulgus improbat probos,  
Probetque facta, lege qua probet mala?  
Non non. Abesto quicquid ambit, quicquid &  
Ambitur, & periculi vt fiam reus  
Non ad forum ciuile, sed forum meum.  
Nisi impudenter me pudere non pudet.*

## De Arnolde Ferrono Attico.

*Ferronus ille, propter eloquentiam  
Puram, suauem, candidam, scitam, grauem,  
Quem ego vocaui iure primus Atticum,  
(Docti secuti indicauerunt idem)  
Est omnium professor acer artium,  
Quacunq; florent liberalibus viris.  
Reconditarum literarum cor, pater.  
Ibi nihil vulgare, plebeium nihil.  
Seu dicta pandit prisca iuris intimi,  
Seu vorticosos explicat nodos noui.  
Sine ex amœnis ambulacris aureas  
Opes reponit: seu Platonis abdita  
Diuina promit: seu graues lenis iocos  
Numeris coerces, Attico aspergit sale.  
Seu fulgurantis fulmen Arpmi stupet:  
Altrinsæcus tonabit, & docebit, vt  
Ei se apparauit emulato: em parem.  
Seu gesta patrum cyneo clarat sono:  
Tuis beatam lactei venam putes.  
Hæc magna, maiora illa. Candor igneus,  
Caleste pectus, cogitatio pia.*

Tum facta dictis sancta componit, stato  
Adamantina necessitatis ordine.

Hic dira vita tristis infortunia;

Quæ exterminarunt cuncta, meq; ipsum mihi,  
Sapientia & lepore condidit suo,  
Mentis, suadæ neclare abstergens situm.  
Perq; redimus iam mihi videor, mei  
Protector, autor architectus nominis.

### De mutuis laudatoribus.

Mulus benigne versibus bonos malis  
Appellat, & salutat, & gestit lenis,  
Pares Baranus indidem expectans vices.  
Contra benigne pauculi paucis eum  
Raro salutant gestientem versibus,  
Operas Barano sic reponentes parcos.  
Hoc est, quod aiunt. Mutuum muli scabunt:

Fictis amici & nomine, & versu, & modo  
Blande te ipsum, ac iurgide appellas vaser,  
Barane titillator astutus tui.

am hoc est: te ipsum mulus, haud muli scabunt.

### Doletus Iambos vitiauit. Iambus alloquitur seipsum.

Age, age, age lambe, lambe te te suscita:

Peie, cade, rape, trabe, contrucida, dissipa.

Adsum minaci luridum metum manu,

Et angue cinctam flammeo linguam gerens:

Sic me Doletum viuudum, & sauum, & trucem

Elanguidum fecisse? nec micam salis

Tue indidisse incondita farragini?

Ille exul abs te factus, & tuis procul  
neptiis asello ineptioribus,

Redeo tibi hostis acer: edicens, Canis,  
Ne me laceffas, nanque de nugis tuis  
Quid sentiant emunctiores iudices,  
Quibus acre acetum tersit anfractum aurium,  
Audire par est. In furentem insaniam,  
Atrum sine igne, ac luce te fumum vocant.  
Et corticem triedulla inanis putridum.  
At te catelli Barde mirantur tui,  
Linguntque purulenta carcinomata,  
Lactuca labias ut habeat pares sibi.

### De Arlo iudice.

Cur impudicos Arlus absoluit quia  
Ex impudico natus impudicus, &  
Per impudicum factus est index canem.  
Mater, sororque prostituta sunt lupa.  
Ille impudens, periurus, incestus, trifur.

### In Nigrinum.

Furatus ille iurget, est ergo malus.  
Sed pauperi donare non semper negat.  
Periurus ille fallit: est ergo improbus.

At subuenire pauperi solet libens.

Infamis ille proditor, sed premium

Hoc proditoris cepit, ut daret suis.

Horum nihil Nigrinus: est ergo probus:

Vir est bonus Nigrinus: at vinit suus,

Se mutuatur, seque commodat, sibi

Vni famelicosus, atque vni satur;

Inauguratus, dedicatus vnico.

Vinit suus sibi vni, & vnus vnico.

Nullum clientem, nullum amicum, aut hospitem,

Nullumve nouit aut prope aut procul Deum.

Stertit sibi, expergitur sibi, sibi

*Viuenta auaro terra nil peius creat.*

Curiosus.

*Omnes Bibinus indicat, paucis fauet.  
Multos honore priuat: hos facit suos:  
Hos abdicat: in his summa summarum est sibi.  
Ast in aliis qui est summa summarum sibi  
Regnans foris, sic intus est exul sibi.*

In Bibinum.

*Quare Bibinus omnibus fauet malis?  
Fatone fit hoc? patruus, fratres, pater,  
Soror, nepotes, omnibus fauent malis,  
Tulla, Cynoni, Ferequino, Luscio.  
An sunt ministri, cum pares fauent pari?*

In eundem, & Loserum.

*Inebriatur bis Loserus in die.  
Semel Bibinus, his quis ebriosior?  
Imo Bibinus nec fit ebrius semel.  
Non fit: sed est. & semper est illud semel.*

Ad Athesim.

*Athesis pater ruente qui toruum fuga  
Flumen fatigat: & pruinosus iugis  
Nives relinquens vultibus mita nouis  
Virentium tepente camporum sinu.  
Qua vagientem prima me excepit dies:  
Postquam negarunt fata sic fatis meis,  
Angoribus solutus ut possim frui  
Celi beati spiritu ad sacros Lares,  
Premens amœnos herbide ripe toros,  
Vbi vagienti prima mi illuxit dies,  
Illas deosculare tu ripas pater.*

*Quas obtueri nec procul misero licet.  
Et dic vetustis hæc Penatibus meis  
(Siquid relictum, o si qua fata quid sinant)  
Vt ad Garumnam fessus, & fractus malis  
Spurca ferorum factiosorum lue,  
Morbo, fameque, peste, litium cruce  
Nihil mei sum, nec futurus, quod fui.*

Clyti umbra Alexandrum alloquitur.

*Ades scelestæ: si potes pœnas dare,  
Des parricida. Te faces Alastoris,  
Sectetur atro Furia te Scygia flagro.  
Si non potes: quod scelere te vincis tuo:  
Et cuncta diro pœna flagitio stuper:  
Mernisse, nec dedisse, quia nequeas dare,  
Sit pœna pœnis vna maior omnibus.*





IULII CÆSARIS SCA-  
LIGERI HEROINÆ.

A D

Matthæum Bandellum.



Te meæ, Diua Diuum genus heroïna:  
Qua nouus Aonias Pegasus arcet aquas:  
Huc, ubi diuinus heros molitur honores,  
Et veros vates ipse poeta facit:

Iudicio, eloquio, ingenio Bandellus amœno:

Seu laus Musarum, seu metus ille fuit.

Qui, quot habet voces, tot habet sub pectore Phœbos:

Qui, quot verba canit, tot parit ore Deos.

Non poteras meliøre loco, meliøre recessu

Admitti: totum est, posse videre virum.

Spectari formosa volest? non aptior ullus

Est oculus: sanctas indicat ille Deas.

Audiri facunda cupis? non lenior ulla

Est auris: numeros huic dat Apollo suos.

Nec tu etiam frustra sperabis cruda virago.

Premia diuino laudis ab ore feres.

Tu quoque magnanimo constans Rangonia vultu,

Seu Dea, seu si qua sunt potiora Deis,

Diuino incessu templum conscende vocantis.

Dat tibi prima piis thura cremanda focus.

Ipse

Ipsa tuum speculo in nostro hoc mirabere nimen.

Magna erit a meritis cætera turba iuis.

Aurea, sancta, beata cohors, cui maxima cæli

Pars pater: at que non inuidet illa tibi:

Es rudis, imparibusque modis tua plurima Virtus

Detrita, optatas ille reponet opes.

Vt, que non nata es Parnassi fontis ad auram:

Saltem Parnassum post tua fata petas.

Constantia Rangonia Cæsaris Fregosi.

Aequali semper constans Rangonia vultu,

Pacatoq; animi fulmine, mente Dea,

Coniugis imperio florens, & fortibus armis,

Priuatî nedar cordis in ore tulit.

Fascibus amissis, regniq; illustribus auris,

Fatorum docuit spernere posse metum.

Cimbræ.

Vltima pro imperio que passi fata mariti,

Velle pius iussit, posseq; ferre pudor.

Nos maiora. Cadunt alieno vulnere. nostra

Vite, bis nostra: bisq; fuere manus.

Victor Romane, vna tua est Lucretia. victa

Vno exempla damus tot meliora die.

Mors illi pro supplicio, pro vindice nobis.

Vincere nos merito, debuit illa mori.

Nusquam Germani est, aut pauca, aut parua: sed armis

Maxima, vel victis efficere, atque pati.

Sabinæ.

Hinc amor, hinc pietas: quo nos vertemur utroque.

Nam sumus hoc, olim quod fuëramus, adhuc:

*Qua mulier non est aliis id, quod fuit ante:  
Hac sibi nec meruit illa fuisse, quod est.*

## Niobe.

*Aspicias, ut rigido lacryma de marmore sudant:*

*Et fauet in luctus crimine muta silex?*

*Hac parit infestus dolor alta silentia: lingua*

*Sed pensant oculi damna superba mea.*

*Bissenis fueram thalamis visura nepotes:*

*Sexus ubi, & sexu fors fuit aqua mihi.*

*Vividior terrica concessit Apollinis ira:*

*Altera pars telis dira Diana tuis.*

*Ipsae mares possit frater bene perdere: sed tu*

*Quas pariu dederas, seua quid ergo rapis?*

## Cornelia Tiberij Gracchi.

*Scipio me genuit: genui Cornelia Gracchos:*

*Felix, si poteram perpetuare decus.*

*Vrbis fulmen erat genitor: nati ignis at Vrbis.*

*Quid mirum, genitam fulmine, ferre faces?*

## Tomyris.

*Quam bello appeteres, facta est tua, terra, doleres*

*Quam sterilem, vestro sanguine pinguis erit.*

*Imperij est extincta suis virtute: cruoris*

*Nunc exinguetur victa cruore: bibe.*

## Penelope.

*Atrides repetit vario dum funere mœcham:*

*Ah sese mœchum fecit habere domi.*

*Vincere bis Laertiade est: qui viceris hostem,*

*Hostem victorem nullum habuisse tori.*

## Circe.

*Quid me monstrificam sinxistis vana canentes?*

*Nil tuum est, non, si se velit esse, Deus.*

*Inueni pecudes, non feci, profuit uni,*

*Et licuit mecum dum foret, esse virum.*

## Creusa.

*Cedam Diis priscis patriis, Diis aduena magnis:*

*Quos parat ante aras Itala terra tuas.*

*Sic Troiana Deis Romanis cedere certum est:*

*Sic vetera auspiciis cedere cuncta nouis.*

*Dij meliora, abiens Diuam me hic ipse relinquit.*

*Et te sic linquet nupta futura Deum.*

## Alcmena.

*Ne seui magne Amphitruo: tibi viuatur uni.*

*In me non fecit fraus aliena dolum.*

*Vt tibi ferre graue est: ita mi meminisse pudoris:*

*Tu probrum si vis tollere, tolle Iouem.*

*Tunc potuit, cum non fuerat: cum Iuppiter esset,*

*Non poterat: sed tu cum fuit ille, tibi.*

## Lucretia.

*Auspicia imperij veteris disiecta: nouique*

*Capta volens puro sanguine sacra fero.*

*Nulla pudor mortis caussa est: manet integer, a me*

*Pro libertate victima sancta cado.*

## Briseis.

*Impia fatali turgens insania luctu*

*Militiam stolidam miscet vtrunque nece.*

*Pro Græca moriens mordet Troianus arenam.*

*Et pro Troiano crimine Græcus obit.*

*Fas fuerat repeti pradas ex hoste: sed inter*

*Ciues unanimes bella cedere, quid est?*

## Eryxo Cyrenæa.

*Quem interfecisti demens Laarche maritum:*

*Me viua viuens Arcefilaus erit.*

*Mortuus est? morere in me vivit? vivere non quis.*

*Proque maritali est nex tibi parva toro.*

**Hypsicratea Mithridatis.**

*Coniugis in rebus quod fœmina rara secundis:*

*Durus in aduersis mox ego miles eram.*

*Pars belli sortisq; comes: sociâ omnibus: inque*

*Exilio, inque fuga, regia tota fuit.*

*Exigere e terra possis: ex adibus illum*

*Exigere at non est vis potis ulla suis.*

*Vtrum igitur? pœna, an potius solatia visco?*

*In propria si rex exulat ipse domo.*

**Semele.**

*Opprobrium terra Cadmus, misera equoris Ino.*

*Restabat Semele tertia flamma tibi.*

*Si lesisse Deos, meruit mala tanta: Deorum*

*At seruire Deo, sic meruisse decet?*

**Deianira.**

*Omnis vita tibi mortis famulatur honore:*

*Viventem contra viuere nil potuit.*

*Mortua res perimit, tot pestibus ante peremptis.*

*Dum non extaret, quod superesset, erat.*

*Vnum auo fecisse meum: simul omnia perdo.*

*Qualis amor docuit, posse necare virum?*

**Hersiliae.**

*Ne ste, ne puera, insigni tibi debita fato*

*Sancta manent magni dona beata tori.*

*Mutabis tenues Romana luce Sabinas:*

*Mortali indueris virginitate Deam.*

**Tucia Vestalis.**

*Discite, quid valeat Virtus, & conscia recti*

*Pectora: nec magnos temnere nostra Deos.*

*Natura*

*Natura, hoc admirantis suspendere leges:*

*Eximere e numeris ipsa elementa suis.*

**Ino.**

*Qua refluxis curuas anfractibus oras,*

*Matricem fluitis sternis aquam sub aquis,*

*Excipe nos Dea magna volens: & teira furore*

*Undarum vltatrici litora tunde fuga.*

*Aera Iuno tenet, rabie terrestria tinxit:*

*Calum adeo, pelagus si mihi Diua negas.*

**Zenobia Aurelianum alloquitur.**

*Qui Persas tot, tot Gallos te vincere iactas:*

*Proque ioco, ac ludo millia multa canis:*

*Auxilia hæc cur corrumpis? si vincere pugna*

*Te dicis: paria hæc redde: triumphus eris.*

**Virginia.**

*Actutum o genitor fac, quod facis: effice quantum*

*Dextera sit pietas, sit pia dextra tua.*

*Situa sum, potes: inque tuam pius exige ferrum.*

*Si mea sum, iubeo: vel mihi tela dato.*

**Victoria Columna Marchion Piscariæ.**

*Sive tibi veteres promittis Roma decores:*

*Sive nouos Clio poscis Etrusca sales:*

*Una utrunque tibi, dabit & Victoria soba:*

*Tuque, & tu interea, ne superere, caue.*

*Audire haud tutum est. precium stupor. occidit audax*

*Spes. mirans sequor: at experiens fugio.*

**Laodamia.**

*Hector, ego sauum non deprecor esse marito:*

*Quippe decet fortem sorte perire sua.*

*Fata trahunt. cadat ille suis obnoxius ausis.*

*At nostra mortis gloria parua tibi est.*



*Ille potest periisse iuis interritus armis.*

*Ast ego, quid? dextra tam procul una tua.*

### Olympias.

*Cum noui mea fata, meum contemplor honorem:*

*Pellao genitum rege tulisse scio.*

*Cum memini tua gesta, tuos admiror honores:*

*Haud dubito genitum te peperisse Ioue.*

*Angela Nogarola magna matertera.*

*Sub decimam triplicis lingua commercia Musam*

*Hoc tenui cinerum puluere capta iacent.*

*Heu dulcis numerosque lyrae, flexumque, sonumq;*

*Obruit insana barbara parca manu.*

*Mnemosynes sanctæ soboles, pia turba, Camæna,*

*Non capitis tumultum hunc ex Helicone locum?*

### Hero.

*Parce Venus viduam mitis facere alma puellam:*

*Inque tuo saltem sint tua regna mari.*

*Posthabita an ne dolens, magno cum crimine pœnas*

*Sumpsisisti pelago vindice seua tuo?*

### Aretaphila.

*Sum genus antiqui Batti, mihi libera turgent,*

*Ingenium, euentus, pectora, lingua, manus.*

*Miscueram crudo veneranda venena tyranno.*

*Deprensam frustra Calbia torquet anus.*

*Tolleret ut fratrem frater feci, haud minus ille,*

*Vt Libyco fieret splendida prada duci.*

*Regnum sustuleram: quod cum in me vertere possem:*

*Lana, acus, & lignum, regia tota fuit.*

### Clælia.

*Tibi pater, rapido torques qui vertice ripas:*

*Scrupeaq; indomitis saxa retundis aquis:*

*Parce pius cruda corpus temerare puella:*

*Fessaque speratis brachia redde vadis.*

*Nec tu ponte tuo ferus indignate renulso:*

*Clælia si stabilis pons sibi facta redit.*

### Spartana.

*Vita, non patria memorem Damatrimon hausit,*

*Ferro trux nec trux, orba nec orba parens.*

*Da mihi, quam dederam, patria vi bene reddere velles,*

*Dentibus infrendens, hanc, aut illa, animam.*

*Non mater natum, non femina nosco virum te:*

*Sed Lacedæmonia non Lacedæmonium.*

### Sophonisba.

*Romanas aciēs ego si contra, arma tulissem:*

*Atque illas contra me, quoque ferre decet.*

*An ne dedit genitor tantum damni, atq; laboris:*

*Vt super imbelles sic ferus esse veles?*

*Talis in hoste: licet fortasse, at prodis amicum.*

*Quem tu crudelem turpiter esse doces.*

*At tu illo, hoc peior: q̄ao in fontem perdere possis:*

*Vt que necare queas me facis esse tuam.*

### Camilla Volscorum regina.

*Te ne etiam ancipitis superantem fortia belli*

*Premia, perpetuo nox premit alia pede?*

*Nec fera subscribens animo Fortuna minaci,*

*Coniulit in timidum crimina tanta hominem?*

*Vtra tibi imbellis sit gloria clarior Aruns,*

*Illius? an diua mors tibi parua manu.*

*Timoclea Theagenis foror Alexandrum alloquitur.*

*Quid percontaris, quod sum genus? accipe. Nostri*

*Non mendax fuero, ut in cupis esse tuis.  
Sum soror illius, quem Cherronensibus actis  
Terribilem inuuit vestra Scrisssa ducem.  
Si rex: quid pateris, tibi seruos esse tyrannos?  
Vixisti: non satis plus, nihil esse decet.  
Vincere velle, boni felix vincere. Siquid  
Est super: hoc dicas & super esse bonum.  
Gloria habet tumidum: vacuus thesaurus inanem;  
Horum, si laudas hæc mala, dignus eras.*

## Semiramis.

*Quis mihi ad Assyrias nitido fulgore cateruas  
Explet inexplētis Martia iura Dei?  
Tolle grauem galeam: attollet se fœmina, solum  
Tolle vterum: inuenies corque, animumque viri.  
Cum se vera suo monstrauerit ordine, fallēt:  
Dum fallit tecta hoc regmine, vera viget.*

## Lauinia.

*In me desit id, quod erat, nunc incipit a me  
Quæ sequitur factis Troia futura nouis.  
Aeneas rexit Troas, fractosque refecit:  
Aeneas ego: me mens mea: nulla meam.  
Iuppiter hæc nostra nunquam dedit indole maius,  
Nec dabit: hæc nostrum est, quod tibi Roma capis.*

## Manto.

*Terra parens, foueas urbem, quam ponimus undis:  
Et quam telluri ponimus, vnda faue.  
Tuque pater vita humana fidissimus aer  
Amplexare leui mitis viranque sinu.  
Ex me nascetur, doceat qui numine vero,  
Quid de me deceat dicere, quo ve modo.  
Cætera, quæ patrio promittunt athere diui,*

*Non nisi caliculis cognita, fata dabunt.*

## Dido.

*Dum fugerem insidias, furiasque, procacis Hiærbæ:  
Ornaui hæc mortis, morte fauente, fugam.  
At tibi, qui mendax temeras Romane pudorem,  
Imposita hæc sunt vindice regna manu.  
Aeneade, ne perfi dia sere crimina Pœnis:  
Si violas iustum, aut deseris ipse torum.*

## Gineura Guidi Rangonij soror.

*Cum gemino excellens proles Rangonia sexus  
Exequent magni semina cuncta Dei:  
Incertum est: ingens diua frater ne sorore:  
An fiat magno maxima fratre soror.*

## Phocenses.

*Diuinam ciues Daiphanti dicere vocem  
Et pudor, & pietas, & bene facta iubent.  
Vindicibus flammis flammam, cineremque, decebit  
Esse prius, quam sit patria capta cinis.*

## Ecuba.

*Quis potis æterni pœnas euoluere luctus?  
Heu heu, hæc mea sunt omnia verba: fui.  
Felix, cui solum hoc superest: qui semper acerbi  
Non sit spectator funeris ipse sui.  
Vixi, ut non moriar? vos, o, qualem esse putetis,  
Quæ pro supplicij fœnore vita datur?*

## Pomona.

*Larga meo studio felix munera terre  
Institui, atque anni continuare vices.  
Et grauidum autumnum turgenti adiungere veri:  
Atque hiemis, cultus aris, fugare minas.*

*Qui mecum est, seris etiam iuuenescet in annis.  
Tunc anima Elysios nulla requireret agros.  
Te, blanda vitulum rerum regina Voluptas,  
Qui meministi, neque at non meminisse Deos.*

## Andromeda.

*Errauit genitrix: plector cur filia? quanquam  
Pro fonte insonem matre perire iuuat.  
O mater, tua me facies huc perdidit, atqui  
Hinc mea me soluit, pulchrior ergo mea est.  
Pulchrior ergo mea est: nec Nymphas prouoco, longe  
Pulchrius, & melius fit: bene scire loqui.*

## Polyxena.

*Sunt hæc iussa viri: cadem iussisse puellæ?  
Diis genitis cordis est sic, peruisse bonos?  
Has tædas, Danaorum isthæc sponsalia regum?  
Non fas, o Danae, vos superesse viris?  
Tela Paris cohibe: non hunc, me interficis istis:  
Ut me interficiat, nam mihi uiuet adhuc.*

## Artemisia.

*In te vinebam tecum uiuente marite:  
Nec potui tecum post moriente mori.  
Quin potui: sed non poterat nos iungere mors hæc.  
Hoc ueluit: non vis defuit illa mihi.  
Morte inuita igitur intra mea pectora uines:  
Cumque sua coniunx coniuge totus erit.*

## Camillæ Scalampæ.

*Mira Deum uariis iungens spectacula caussis,  
Vno eodemque tulit magna Camilla sinu.  
Bella ferox qua Volsca olim regina ciebat,  
Perficeret: docuit continuisse pudor.  
Et status, & robur mortali semine manus.*

*Os, cuius fugiat lumine victa Venus.  
Diuinis labiis Hymettia mella liquantur:  
Scribentisque Erato mulcet amica manum.  
Omnia cum posset dicto, factoque, rariense  
Totam non potuit dicere, tanta fuit.*

## Penthesilea.

*Audiat inuisi caput exstabile belli,  
Qua petitur thalami nomine, quique petit.  
Proque viro, nec forte viro cessante, puellam  
Cadere: proque mala pellice mole, virum.*

Hippolyta Taurella Balthafaris Ca-  
stillionæi.

*Mincius Hippolyta rapidos ubi sensit ocellos:  
His, inquit, miseris ignibus uret aquas.  
Siste citam pater alme figam: quia nectare dulci  
Complebunt ripas læticia verba tuas.*

## Cleopatra.

*Si Dy Niliaci sunt inferiora sequuti:  
Agrippa est melior, tuque tyranne nihil.  
Mirum, qui reges mactes, nam munia complēs  
Regis carnificis ciuibus ipse tuus.*

## Veturia.

*Ergo ego facta parens, patria ut miseranda carerent  
An ne etiam tu stas, ut ruat illa mihi?  
Si meus, actutum hinc: si non, huc exige ferrum.  
Qua scelus hoc gessit, hæc mala ferre decet.  
Iulidensis quæ petiit venenum.*

*Aspiciat sol, qui extremas mihi temperat horas:  
Esse aliud, quam quod hæctenus ille dedit.  
Mitis aue, ac saluæ, pœnasque cicuta bonorum*

*Alma lænes, fueras qua fera pœna malis.*

**Cassandra.**

*Pro stupro tibi promisso bone Phœbe roganti*

*Venturi data sunt præscia corda mihi.*

*At pro virginis constantis pectoris ausis:*

*Vt iam nulla habeant irrita verba fidem.*

*Premia sic restant sceleris mihi: pœna decori.*

*At duplicis sceleris utraque pœna tibi.*

**Sibyllæ.**

*Nec dubio Cortina astu, nec Apolline falso,*

*Sed vero gerimus pectora foeta Deo.*

*Cætera, quidnam ad nos? unum est, cognoscite Iesum.*

*Quæ hunc non prædixit, muta Sibylla fuit.*

**Halcyone.**

*Parce piis temerare Deos miseranda querelis:*

*Nam tibi iam fiet copia certa viri.*

*Terra dedit: rapuit pelagus: tenet æra: cali*

*Pars pater est: horum pars es, eras, & eris.*

*Pitheæ coniunx Perfarum ditissimi.*

*Hæc quantum est, coniunx, pallefcere turpe metallis.*

*Auri ut sis feruus, velle iubere viris?*

*Nescis cui fodias, nostra hæc, quæ pignora cernis,*

*Lingunt non domino cuncta futura tibi.*

*Te postquam extuleris, viues, & viuere nolles,*

*Et velles, metuis, & cupis inde mori.*

*Nemo sciet te defunctum: sciet omnis, abibis,*

*Atq, aderis, terra te sine terra teget.*

*Corneliæ Turriæ, Cupido Venerem*

*alloquitur.*

*Nobis meos oculos quando hæc vetus arces inani*

*Viii*

*Vita, nec aut modus est, aut pudor ullus adest:*  
*Ibo, & surripiam liquidos Turritis ocellos.*

*His certum est, omneis ire, redire vias.*

*Spumiferosque tui pelagi succendere fluctus:*

*Iratumque trucidis urere fulmen Aus.*

*Ah meliora, tuis ne tu, si aspexeris illos:*

*Haud tibi opus vita est, fulgure cæca tuos.*

**Pyrrha.**

*Orbis dimidium: totus cum coniuge, totum*

*Cum solo deinceps sola datura fui.*

*At vires auxere Dei. Nanque omnia pontus*

*Abstulerat. Sic nunc omnia terra dabit.*

**Eurydice.**

*Ne luge me bis raptam fidissime coniunx.*

*Si mecum esse cupis, parua futura mora est.*

*Reddite perpetuam, vel me ne reddite Manes.*

*Est ne satis dare, quod reddere nolle velis?*

**Chariclo conquerenti respondet Palla.**

*Parce Dea, aut si, qui incautus tua pectora vidit,*

*Lumine priuetur: lumina tolle mea.*

*Parce comes: Nam mortali pro lumine, cerne*

*Diuini oculis omnia fata Deum.*

**Mammea.**

*Barbarus eloquio, sædis temerarius armis,*

*Degenera magnis miles auarus Aus:*

*Corruptor disciplina, contemptor honoris,*

*Nescius imperij, seditione potens:*

*Nec iam Romanus, nec dignus nominis umbræ*

*Cuius sit quiduis, quam vetus illa, parens:*

*Cum vinci didicit, cum vincere desist hostes:*

*A 2*

*Turpe, duces negatis cedere, fœminam, animum.*

Roma Aeneæ classẽ alloquitur.

O facies inuisa, meas qua linguere terras

Cogis: quod non est, querere: quod nec erit.

Aut si vsquam est, hic esto, ignes da, conice, nanque his

Si non est: alibi nec tibi Troia fuit.

Hortensia.

Spirat adhuc pater in me, audi, qua dicere velles:

Quæq; putes patrem cum Cicerone loqui.

Singula seruauit capita ille: ast plurimus unum

illum, qui contra diceret, hostis erat.

Ordinis at mea vox totius adauxit honorem.

Me dicente, forum, & curia muta fuit.

Quid malis? (non sic) demptum matrona tributum:

An potius stare, & sic meruisse adimi?

Veronica Gambara.

Siquis adhuc vacat ad sacram Permessidos umbram

Pectoribusq; nouis, numinibusq; locus,

Huc date. Si non est: alium mihi sola reponam

Pectoribus priscis, numinibusq; parem.

Ariadna.

Dura abitum ex patria miserum cui fata dedissent,

In patriam reditum fila dedere mea.

Perfide complexu ex patrio miseram abstrahis ergo:

Vt peream trucibus perditæ præda feris?

Hæc ego commerui læso patre, fratre perempto.

Qui meruisse facit, quid meruisse putes?

Hæc merui, at per te, quin seruatrice relicta

Qui scelus his addit, quid meruisse putes?

Carmenita.

Deduxere mea in Latias oracula terras:

In quibus Arcadicos inseruere Deos.

Constitu ritus, mores, sacra publica, leges:

Nec potui maius, quam docuisse loqui.

Iliã.

E regno fratrem excutens infamibus ausis,

Iratum meruit dirus habere Iouem.

De me nil mirum est, non quibam degere vitam

Inter mortales, & peperisse Deos.

Hippo.

Que ferrum non extimui, me terreat unda?

Sat semel, hostili plusquam obiisse manu.

Fortis in hostem es, at in captam teuerimus, est plus

In se ipsam, & fortem fœminam, & esse bonam.

Hesionen Hercules alloquitur.

Pœna es periuri, periuri præmia non es.

Aut alia Hesione est, aut tua Troia mea.

Debuit & monstris te & fluctibus Ennosigæus

Tradere Laomedon, qui benefacta negas.

At Iuno mihi, Iuno tibi hæc irata parauit:

Mi labor, & tibi ut hæc pœna parata foret.

Racilia L. Quintij Cincinnati.

Quod nemo de me scribat, neque carmina condat:

In causa non est desidiosus amor:

Sed mundi ambitio, contemptus pauperis auræ.

Hinc Helenas, Circes, Daulia monstra sonant.

Nomina si hæc illis: nolo mihi nomina. Sat mi:

Quintius has nolles: Quintius hanc voluit.

Hippodame Pirithoi.

Tot malefana canis sceleratos Græcia raptus:

Vt graue sit, pura nomina ferre nurius.

*At probro sine rapta Deum genus Orithyia.  
 Raptarum vero cætera turba pudor.  
 Quo maior tamen ista aliis infamia rerum:  
 Splendidiore mihi hoc nomine venit honor.  
 Digna fui, sibi quam raperet male sobrius heros:  
 Et quam non raperet, hoc quoque digna fui.*

## Stratonica Deiotari.

*Si te difficilem mihi das natura nouercam:  
 Quid faciam? Lex est fœda parata mihi.  
 Cogis, ut es mihi, sic aliis sim dura nouercat  
 At te inuita illis non ero, mater ero.*

## Andietta Ruppia vxor.

*Difficilis nimis, expendens nimis omnia, iudex  
 Asper, & antiquis durior vnus auis,  
 Morosoque notas oculo suspendere suetus,  
 Magnanimas toto spreuerat orbe Deas.  
 In me vna lenta illa animi vestigia fixit,  
 Rite colens sancti numina magna tori.  
 Ne mirere mei celestia signa decoris,  
 Atque cata Paphia membra polita manu.  
 Mitis honorato faciet sapientia vultu,  
 Mi istaque cum rara sobria verba fide.  
 Magnum illud: per me ille ferox pernicibus ausis  
 Si potuit, patria posse carere sua.*

## Atalanta.

*Exiit inuidia rabies que premia dextra,  
 Num & venatrices exuet illa manus?  
 Hac est inuidiosa tibi, que prima puella  
 Dextra fera tepido sanguine tinxit humum.  
 Thespiade, haud apri spoia hac, sed membra nepotis,  
 Que petitis, tamen hic vestra priora cadent.*

Camma.

## Camma.

*Non thalamum tibi, sed tumulū Canis improbe condas:  
 At thalamum mihi, que visere vado virum.  
 Hoc vixisse lubet miseri post fata mariti.  
 Morte tua, æterna hoc sit mihi vita, fini.*

## Iulix Pompeij magni.

*O qua te ira Deum, que te furialis Erynnis  
 Respersit Magni iuncta cruore toga?  
 Diram metu & matrem exanimas, & pignora perdis.  
 Res quibus ablatis publica scissa ruet.  
 Ne morere: ille etiam viuit. Cruor ille futura est  
 Mortis, si moreris, mors erit ista viri.  
 Mors erit ista viri, quam tu allatura superbo es  
 Morte tua: Patria mors erit ista tua.*

## Corinna.

*Quem iuga suspiciunt circum, supraque volantes  
 Aona, cui stupida cedit Apollo lyra,  
 Melpomene in gremio folum florentis olorem  
 Huic cantum, huic alas sola Corinna dedi.  
 Maximus ille quidem, verum sibi solus, at in me  
 Atq; illo, duplex Pindarus vna fui.*

## Medusa.

*Is decor est vultus: tanta est sapientia linguæ  
 Induerim ut stupidis saxea membra viris.  
 Vincere non hominis potuit prudentia, non ars.  
 Hac sunt Mercury, hac Palladis arma Deæ.  
 Qualia credideris visuentia membra fuisse,  
 Desuncta lapides cum caput esse facit.*

A 4

## Tanaquil.

*Cui portenta Deum, cui præpetis omnia penna,  
Cui defuncta astris Oscinis ora patent,  
Sublegi sceptræ e populo sperata Quirini.  
Prima tuum fuit hæc femina Roma caput.*

## Alceftis.

*Obiretatores nostri cognoscite sexus:  
Quam non in vestro est pectore tanta fides.  
Threacius vates nam si descendit ad umbras:  
Vivus adiit, gressum vivus & inde tulit.  
Crescere morte fides non quit, sed vivere corpus,  
Quod moritur, solum est coniugis: illa mea.*

## Chiomara Orgiagontis.

*Quod potui, feci. Sed tu carissime coniunx,  
Accipe nunc fidei pignora certa mea.  
Non servaui hosti: neque enim debetur iniquo.  
At vir Chiomara qui fuit, unus erit.*

## Laura Schiopa.

*Si nos deficiunt animi te Laura canentes,  
O ingens patrij latusque, decusque soli:  
Ne trepidos digitos, neve os, neu despice mentem:  
Omnia que vestro lumine victa iacent.  
Audierim flexumque Lyra, numerosque loquentis:  
Atque putem modulis reddere posse meis?  
Tum regnum inuicta. Veneris, quod fulgurat ore,  
Non video, & scribam? si video, perij.*

## Hippodamia.

*Frustra fata tuus differi conatus inanis:  
Totq; orbum generis te facis esse pater.*

Morte

*Morte tua certas. dabis improbe Myrtilæ pœnas.  
Dum imbellem prohibes, experiere virum.*

## Telefilla.

*Et sanam, & vatem me reddidit alma Poesis:  
Tantum etiam in corpus carmina dia valent.  
Auspiciis Argiua meis matrona ferocem  
Spartanam audacireppulit vsa manu.  
Est medicus, vatesque, & fortis Phœbus in armis:  
Singula dans aliis, hæc tria cuncta mihi.*

## Turia Q. Lucretij.

*Me proscribe prius, si vis bona coniugis, ergo  
Me viua ad gladios vixerit ille tuos?  
Numina, qua spernis, mihi rite coluntur. ut in te  
Summa est impietas, sic mihi summa fides.*

## Lucretia Pyrrhi Gonzagæ F.

*Aspice siderei caelestia lumina vultus:  
Si tamen hæc potis es fulgura tanta pati.  
Excipe magniloque torrentia flumina lingua:  
Oblitusque tui, ne moriare, caue.  
Hauriet illa animam: grauis est iactura, sed illud  
Est grauius: nunquam rapia redire volet.  
Felix, cui licuit placitis superesse catenis:  
Si nullus valuit liber abire Deus.*

## Xenocrita.

*Qui me felicem, qui me dixere beatam:  
Si non sim potius talis, ita esse putem.  
Quando carere viro volui, me, libera dixi.  
Cum sepely, merui tunc habuisse virum.*

Isabellæ Salernæ Fœderici Malaspinæ.

Nicolaus Salernus Frater  
loquitur.

*Flete infelices terra: cum lumine vestro  
Ditarunt anidos inuida Fata Deos.  
Gaude stelliferi cognatum limen Olympi:  
Quod terit indigena magna Isabella pede.  
At vos calicola felicia numina Manes,  
Queis explent numerum sidera clara suum,  
Accipite hæc flentis mortalia munera fratris:  
Heu raro, heu sancto frater amore miser.  
Huccine ego extremi superato limite mundi,  
Ad vacuos, ah nec iam mea tecta, lares  
Aduenio? ut viduos veteri sine luce Penates.  
Meq; mei in meispro querere cogar inops?  
O qua diuini fulgur regis aurea vultus  
Magna nouis meritis amula terra Poli,  
Haud aliter poterat aliis dominarier oris:  
Ni caperes sacro pignora tanta sinu.*

Britomartis.

*Vos Domina tumuli, Dominaque vireta Diana,  
Quaque regis pauidas frondea silua feras,  
A Domina socia Minoem arcete furentem:  
Tu quoq; ne impediās Myrte venusta fugam.  
Omnia tuta timens paucis exanimantq; pauentem:  
Nescio quanam animus vetia tecta tremis.  
Retia ut, ah, comiti male sint infesta Diana.  
Ah salua saltem virginitate tegant.  
Excipiat pelagus, si prodat terra, sed eheu  
In regno Veneris quam bene Virgo mori?*

Antonia.

Antonia.

*Queis plarui magno, fuerat dum vita, marito:  
Post illumque aliis sic placitura viris:  
Mi placui. Satis est semel inter commoda, vitam  
Vel sperasse bonam, vel timuisse malam.*

Spartanæ Minaryum vxores.

*Eiectos patria vos exceperere parentes:  
Sedibus ut patriis euiceretis eos?  
Quas accepistis peregrini, agnoscite leges.  
Qui iura hæc petiit, debet & illa pati.  
In nos ingrati sceleris conuertite pœnas:  
Impiaque impietas vincat, abite viri.  
Sic mortem meruisse placet, nec pœna putetur,  
Quam nullam meruit perituisse reus.*

Busa.

*Reliquias tetri Annibalis, tristis que ruina,  
Quam nobis Cannæ dira procella dedit.  
Eiectos, fractos, miseros, verum omnium egenos,  
Millia dena alui: partibus Roma fuis.*

Pieria.

*Restitui Patriam: sed non, velut ante solebat,  
Membra geret membris dissociata suis.  
Tantus amor sit Pieriæ, Phrygiæque, Maritas  
Plenus ut inque alias transeat, inque viros.*

Cæcilia Bergamina.

*Cæcilia in speculi quoties se videri orbe:  
Non alio capitur lumine: tota sua est.  
Vnica pulchrarum cum sit norma, unica, rerum:  
Sic merito potuit sola placere sibi.*



*Musarum est: Musæ quoties docuere canentem.  
At Musæ illius, cum docet, esse volunt.  
Hoc rarum est, didicisse Deas: at rarius illud:  
Nam Musas potius, cum canit, ipsa facit.*

Megisto infantem filium alloquitur.

*Huc ingulum, haud timeas ferrum crudele tyranni.  
Hoc leuius, duri quam fera monstra ingi.  
Si nosti, mortem pro libertate pacisci.  
Si non: nec debes vulnera nosse tua.  
At vos ne miseram ciues torquete puellam:  
Que damnas, factis neve imitere malis.*

Cassandræ fideli.

*Indagare valet nullum si fœmina verum:  
Quod lateat gremio, consilioque Dei:  
Nec Genium celsò natura educere calo:  
Nunquam tu fueris fœmina: sed vir eras.  
Sine vni dedit hoc diuina potentia munus:  
Hoc vna ex cunctis fœmina munus habes.  
Seu decus hoc donumque Dei datur omnibus æque:  
Es Cassandra aliis omnibus vna satis.*

Polycrita.

*Heu quanta clades, quot Naxia funera cernes.  
Ne turpis mœstum lingue Ne era virum.  
Quis putet interitum formam, formamque salutem,  
Dedecus illius, mi peperisse decus:  
Deseris ipsa tuum: peregrinum ego seruo, fidelis  
Vxor: at infidis non benefida tuis.  
Tu populi secura, vtriusque in funere viuus.  
Per me sospitibus, mors mihi lata venit.*

Bea-

Beatrix Aragonia Matthiæ Scaligeri  
cognomento Coruini, Hun-  
griæ regis.

*Nil dabis? omnia debentur, dabis omnia? nil hoc.  
Largior, & maior omnibus vna bonis.  
Hungarus hoc alios superat rex: illa maritum.  
Nec Fors demisit mentem, animumque, piuum.  
Hospes in antiqua patria, non se hospes in ipsa.  
Vna aliorum omnium tota, sed vna sua.  
Hoc iterum nihil est, terrena dat, hæc quia spernit,  
Verum aperit calum, cuius imago fuit.*

Lampface.

*Bebryciis quam vicinam nunc cernitis urbem,  
Nomine iam prisco Pityoessa fuit.  
Vexatam assiduo incurfu, crebroque tumultu:  
Vt propius turpem res foret acta fugam,  
Constituit Codri genus auxiliaribus armis,  
Hospitiis Andronis signa vetusta fouens,  
Diuinum genus, ille Phobus: qui fortibus ausis  
Primus Leucadiis pectora tersit aquis.  
At non pro meritis respondet barbarus hospes:  
Mentem, pro factis hospitis, hostis habet.  
Insidias retego: seruant: mortalia linquo.  
Atque urbi linquo nomina: thura cremant.*

Violantilla Stellæ.

*Scribentis Violantilla regit omnia Phœbus,  
Os, oculos, calamum, pectora, corda, manum.  
Solum: ubi vult coniunx quid scribere, deserit ipsam:  
Illaque Pegaseis flumina complet aquis.*

*Vult quid uterque simul? dubitat, quo deferat auram.  
Dum dubitat: sibi tum Phæbus uterque fuit.*

Berenica Olympionicarum  
filia, soror, mater.

*Vnum qui dederit, felicem Græcia cantat.  
Ast ego, qui populum do tibi, qualis ero?  
Nata, soror, genitrix, tantum est mihi nominis: ut non  
Tam celebret, celebrent quam mea fata Iouem.*

Portia ferrum alloquitur, & Cæsarem.

*O Martis comes, o prisca virtute metallum,  
Nunc opis antiquæ est indiga Roma tua.  
Consideras inter Latios, Opicosque furores:  
Cur non Romanis nunc quoque reddis ausis?  
Tento te, an possis retro satis esse tyranno:  
Tento te, an possim sic satis esse tibi.  
Terra tua est: ferrum ergo tibi fert terra tyrannæ,  
Quod si non faueat, iam super ignis erit.*

Iphigenia.

*Vsque adeo nostros agitat dementia Diuos:  
Vt temere ex aquo fasque, nefasque putent?  
Mutari ut iubeant turpem pro virgine mœcham:  
Pro insonti fontem vindicæ morie ream?  
Vt ne habeas, nocuit quod auere, & habere nocebit:  
Hoc quod non nocuit, non habeas, quod habes?  
Rapta est? ira Deum ruat alta mœnia Troiæ.  
An ne volens? ipsa, aut expiet Hermione.*

Rusticiana Seuerini Boethij.

*Scripta Seuerinus dum spectat coniugis, inquit:*

*Non*

*Non meministi: verum est hæc, puto, nostra manus.  
Sint alia: unde, aliis incognita, pondera mentis?  
Hic meus est animus: mens tamen ista mea est.  
Dum loquitur, loquitur stupidus, nec fallitur vsquam.  
Quippe eadem fert mens corpora, sola, duo.*

Sappho.

*Ales Amor nuper Paphio tener editus antros  
Qua Geniale canis murmurat equor aquis:  
Visurus inga Castalidum secreta Sororum,  
Marmoræ præpetibus transuolat alas visis.  
Inde per Aonias deuexis tractibus oras,  
Qua leuis aura grauem Lesbis oberrat humum,  
Acra Pierium secum pernicibus alis  
Pertulit, hinc penna dat tibi iura sua.  
Blandus Amor, mitis tellus, lenissimus aure  
Tractus, dant Sappho dulcisa scripta tibi.*

Adamantia & Iunipera Catanæ fo-  
rores. Et Angelica Libarda puel-  
læ Constantiæ Rangoniæ.

*Quot sibi constituit Rangonia magna puellas:  
Tot potuit comites dicere habere Deas.  
Aequauit Veneris radians Adamantia vultum:  
Quisnetiam inuitam vel superasse puto.  
Iuno est Iunipera: at facilis, mitisque, benignaque,  
Et vetere expulsa quam bene digna Ioue?  
Palladis Angelica præfert violenta vires:  
Atque eadem est varia docta Minerva manu.  
Hæc illa. Ipsa autem quæ sit Rangonia? verum  
Quæ non sis? Nam cui par Dea nulla fuit.*

I V L. CÆS. SCAL  
 Diua Ianina Plotiasca.

*Qui iam tot lacrymas, vario tot carmine fletus  
 Deploratorum fudimus ante rogos:  
 Hic quæ quot? vix hæc multis qui versibus vnam  
 Consecrat, ex animo vix bene vera dolet.  
 Heroum soboles, heroum maxima mater  
 Nominis ab vix iam nomen, & aura, vale.*

Berenica Lodronia mater.

*Quod genus, & sexus poterant dare, cuncta ferebam:  
 At qua non poteram cætera ferre, dedi  
 Ex viro armorum, ac tanta miracula lingua  
 Prodierunt: ut sint rauca habitura fidem.  
 Nobilitas nulli toto qua cedit in orbe,  
 Hæc sibi partiri debuit, illa dare.*



I V L.



I V L I I CÆS A R I S S C A

L I G E R I H I P -

P O N A X .

HIPPONAX AB INFERIS.



*V A Ditis alta concauo sinu terra  
 Crepant seuera verberum sono regna:  
 Cohors sororumque anguicrinium dira  
 Urget tyrannos, deinde foeneratores:  
 Sed ante & illos, ante & hos maletractat,  
 Crumenimulgas, rusticouoras linguas.  
 Huc inde missus Aeaci trucidis iussu,  
 Densis tenebris efferens caput durum,  
 Vlturus atras contumacium culpas,  
 Versuque claudo ludices notaturus:  
 Qui futili auro iura sancta permutant:  
 Adsum superbis acer hostis Hipponax.  
 Abite, Lusitana quo vehit puppis,  
 Vel in recessus omnium ultimos rerum:  
 Versu fugaces persequemur inuicti.  
 Quem non ruentis deleant aqua Nili.  
 Non vorticosis fluctibus minax Nereus:  
 Sinet nec ista vestra crimina impune.*

De suo proposito.

*Deliberaram olim abstinere me a scriptis  
 Quæ lancinarent nomen huius, illius.*

B

*Iniurerentque illiberaliter migras  
 Notas. Neque esse candidi locuturos  
 Nec candidi, nec nobilis, nec urbani  
 Canere, quæ honeste nominare non possis.  
 Sed quæ tenebunt septa dentium linguam,  
 Cuius impedita præ pudore sit dextra  
 Cum Publius sit prator. & legat libros  
 Qui pellis aræ dente concolore, ipse  
 Quoque concolor irabebat vltimas rugas.  
 Firum magister sericatus incedens  
 Auro fugavit non modo fugi furcas  
 Quem furia condemnauerant, redemerunt?  
 Minisque stertat impeditus Hipponax?*

### De Perillo.

*Nemo Perillum tum vocabat ad cœnam,  
 Cum sordidatos duceret dies cœlebs.  
 Factus maritus aureatula ancilla est.  
 Nunquam puer post dixit: est domi: cœnat.  
 Et cœlibatium præferunt maritali?*

### De Beryllo.

*Factus est Beryllus. Inquit: o Caesar:  
 Qua nocte, quove tu die dabis, quanta  
 Nunc polliceris? Herba iam vires: sed tu  
 Ares. Natat muræna: tu petis fundum.  
 Origines, origines erunt vera.  
 Nam nulla finis est: erit, reor, nulla.  
 Hac cum Beryllus in foro frequens dixit,  
 Adit tabernam remulentus, & fœda  
 In angulo coquinula supinatur.  
 Stertitque septem congios Pyreneos.  
 Focoque salsamenta structa permingis*

*Tomacla*

*Tomacla cruda semicinctus eructans.  
 Hinc excitatus conuomit viatores.  
 Quibus diem dicentibus reluctatur.  
 Berylle, iam Berylle, non Aristarche  
 Cunctationis criminator ignauæ  
 Inique castigatior, atque contemptor  
 Prudentia fatalis, inclute, inuictæ.  
 Quæ nocte, quove tu die ebrui non sis?*

### De Apostatis.

*Apostatarum vita si, rogas, qualis?  
 Est qualis ante, cum forent cucullati.  
 Periculosiore more sed sit, quod  
 Licentia sit peius, ut fuit nequam.*

### De Volsello.

*Volsellus, ut si mœchus, est capillatus  
 Horretque barbam, sordidosque barbatos.  
 Vocat: latrones, sanguinarios, diros.  
 Se ronet ergo, rasitatque, vellitque.  
 Vibrissa nulla, cilia stricta, nulla ala.  
 Est pectinatus, myrobrechatus, ansatus,  
 Crepidatus, armillatus, aurilimbatas,  
 Stalagmiatus, prædosuriditatus.  
 Hispaniatus. Quid tot est opus nugis?  
 Binerticate, curruate, ruffate:  
 Cur pectinare pectinatus haud idem est?*

### De Drusaco, qui scripsit in fœminas.

*Drusacus infans sesquicenties centum  
 Qui omisit argumenta, nec satis fecit.  
 Plusne expetiuit dicere? an reliquit plus?  
 Quid fœminam tot impetis? sat est unum.  
 Monstrum est, quod hoc, tu qualis es, dedit monstrum.*

## De Lyce.

Lyce cloaca fœda prostitutarum,  
 Quæcunque olenti concalent lupanari:  
 Tanto altero impudicior modo, quam cum  
 Olim anteibas ceteras meretrices:  
 Valete fœdo fœda mœcha cum mœcho.

## De Statanio iudice iudicum corruptore.

Aequi, bonique, ac iuris impedimentum  
 Statanius stat. Sed Statanio iure  
 Iam mors stetit, non modo impedimentum:  
 Ni mors stetit ille iuris, atque æqui.

## Lufus de Turriano.

De mane surgit Turrianus, ut vivat.  
 Est Vasco Turrianus, est que chirurgus.  
 De claudicante Iambico facit rectum:  
 De mane surgit Turrianus, ut bibat.

## De insolentia Caufidicorum.

Nemo est eorum, qui esse se Deo censent,  
 Hoc seculo, atque tempore hoc abortivo,  
 Qui gratia, aut scientia, aut feris armis  
 Sibi suisque vindicat locum primum:  
 Quam qui loquaci contumacior lingua,  
 Fretus dolosis artibus fori divi,  
 Internecina bella comminaturus,  
 Nefandus occupare nil timet quicquam.  
 Audis, videsque, conspicansque connives,  
 Qui nutu optima regna Galliaë torques:  
 Qui rex es unus, ferre tot potes reges.

## De Caluo.

Excoleatus Caluus, excerebratus,

Natura

Natura utrunque, an alterum arte sit factum  
 Ignoro sane: scire nec mihi cura est.  
 Post temulentam temulentiam tandem  
 Is me vocavit Gallie nothum civem.  
 Nam lege gentis, regisque rescriptis  
 Bonis potiri non licet peregrino.  
 Agyria Calue, vera si canis (nam te  
 Verum vomentem nemo vidit, ut vinum)  
 Semibecataa larua, semilatrina,  
 Nature aborsus, hybrida istius vite:  
 Tu abominantis spurcus es nothus mundi:  
 Excoleate Calue, & excerebrate.

## Ad Romam de suis tyrannis.

Regina Roma, tuque Tibri rex: verum  
 Regina quondam, tuque Tibri Rex: nunc iam  
 Nec Roma, nec Regina, nec Tibris, nec Rex,  
 Nec somnium, nec umbra, nec sonus Romæ:  
 Ecquid senatus ille priscus, & sanctus  
 Vestrum utriusque in candidam venit mentem?  
 Quæ vota celo, quæ Penatibus cali, &  
 Prisco Quirino iam tulistis: ut tandem  
 Vt nunc, quod olim iam fuistis, essetis:  
 Ludibriumque seruitutis insana  
 Rediret, unde venit, in feros mores,  
 Quos ni furore, more, legibus, fato,  
 Omni arte prædicamus esse tollendos:  
 Ipsi impudenti assensione firmamus.

## De Gillone.

Quare timebis Gillo ne venenetur?  
 An quod gerit se principem sacerdotum?  
 An non timebat Pontifex Toletanus

*Cui redire centies decem notum est.*

*An quod superbe sericatus incedit?*

*At purpuratus hoc nihil timet Cossus.*

*An quod putat se iure utroque consultum?*

*At morte Baldus functus est suo in lecto.*

*Ergo est, quod auro capsâ pragrauis turget?*

*Non. huic misello haud cesserit Vetusinus.*

*At at. Quid est? quid? paululum, pusillumque*

*Quod Eccibardum ipse hospitem venenauit.*

*De Caluo ludimagistro pediculosa.*

*Famelicarum Calue dixit cicadarum*

*Hiberica quæcumque rore Nebrissa*

*Suticulosa turgidas cient rixas:*

*Ecquis tremenda sede Ditis excitus*

*Atras furoris venitulans feri tadas*

*Genus supina corda conienebrauit?*

*Quæ lambere vlla te miser fames iussit*

*Maleominatum sanguinem Lycambæum?*

*Ten' consecratum dulcibus caput Musis,*

*Iouique carum, vique Martis inuictum,*

*Suadela cuius insidens labris regnat,*

*Audacter, impudenter exacerbasse?*

*Pro quo, imperiæ literator, & nequam,*

*Viuus vidensque (si modo miser viuus)*

*Fugis relinquens temet, atque deseror*

*Læneque firma, nominisque decoctor*

*Tui procuras conditorium busti.*

*Tui Megæra, Cerberusque, Alastorque,*

*Idem cadauer, orcus, atque vespillo.*

*De Renato.*

*Bonus Renatus Hector est amicorum,*

*Imo est Achilles ille diuus inuictus.*

*Miserus ergo Cæsaris sui, dixit:*

*Es durus, esq; obscurus in tuis dictis.*

*Non sæculum hoc amarit. Ede, quod molle*

*Mulcere possit delicatulas aures.*

*Renate, vir Renate delicatus, & iustus:*

*Vt rarus unde quaque es: ut tuis discors*

*Est moribus, sic sæculum hoc meis scriptis.*

*De Hyænis.*

*Hæc sericata turba, quam vides centum*

*Crepare: corrugare nubilam frontem:*

*Soloq; nutu iurgidam salutare:*

*Est, cui Deorum iura cuncta debentur.*

*Cui ipsa celi comparata maiestas*

*Puteur esse despiciatior cornu.*

*Quid miræ fulgens tota pustula argenti*

*Auro Britano, Lusitanico, Hispano*

*Tumens monile. Frena, fibula, calcar*

*Solem emulantur. nec pares Deos credunt.*

*Asturco fulget, hinnit, & cauat terram:*

*Scortum superbit torque. Fulua monstratur*

*Periscelis, murenula, annulus, spinther.*

*Tot, inquit, paterna rura donarunt:*

*Imo inde viuunt quod petunt rogatores.*

*De suis scriptis.*

*Nimis anxie Bibinus elaborator:*

*Nimis fluentes Cæsaris Macer versus:*

*Longos nimis Beryllus: at nimis curtos,*

*Popinus. Igitur hoc, quod arbitror, dicam.*

*Vnus, duo, tres mentuntur, aut omnes.*

## De Caluo.

*Hircosa proles scrospascui hircosi,  
Tibi se imperator vester ille commendat,  
Hispanica de tabe vix irahens vitam,  
Raucum sonanti verba gutture eructans.  
Hic ille si te prouocat bibax potum:  
Potus bibacem prouocatus inuitat.*

## De libro Laruacij.

*Miser libelle, vos miserrima charta,  
Qua cade commissistis, ut periretis?  
Liber miselle, quid inuat superbiere?  
Quod es politus? tersus? ere bullatus?  
Auro nitens? coloribus figurata  
Membrana? pumicatus? umbilicatus?  
Bellum putamen nucleum tegit nullum.*

## Ad Garumnam cum filios mitteret

## Burdigalam.

*Garumna, qui pro montibus Pyrenæis,  
Agri frequentans mitioris excursus,  
Illustum tot fluminum premis nomen:  
Supplex te adoro gurgitis citi numen:  
Sauas reponere regy minas vultus.  
Reciprocisq; parce vorticum spiris.  
Natosq; portu sospites meos Luna  
Vel siste, vel parentibus suis redde,  
Lenis quietas aquoris vias sternens,  
Oblitus vuidi Orionis, & Cancri.*

*Sic te fluentem limpidis aquis nulla  
Conturbet aura, sordidum aut pecus reddat:  
Nec temulento te ore conuomat Brito.  
Neve impudicus Helciarius duram*

Fæde

*Fædæ exprobraris impotentiam lingua.  
Neu te laceſſat impiusve piscator,  
Diuſve nauta, caluumq; contemptor.*

*Non te prophani ſanguis oblinet capri,  
Nec agna imctâ palpitabit in ripa:  
Deliriorum ſtulta, ſomniorumque  
Parens veuſtas quæ ſolebat afferre:  
Sed barbaro de ſedibus poli ſummis  
Nilo fugato nugiuendulis Græcis,  
Te collocabo verſibus meis, quo iam  
Cælum tetras pro montibus Pyrenæis.*

## De aula Romana.

*Tibi, aula, qui cohortis indidit nomen,  
Non eſt, ſuiuue ſtultus, aut pecus. Non quod  
Duris maniplos impleas viris fortes:  
Id quod cohortes fecerant tua quondam.  
Vilitatis ſed paſſionibus Cortes  
Dicimur. Aula, ignoſce vera dicenti:  
Sunt inde veſtra beſtia cohortales.*

## De Fucis.

*Tu Iuppiter ſi temperas ſacerdotes,  
In nosq; iura condis, & paras ipſis.  
Vt deuorent bona decumana viuorum:  
Et mortuorum ſanguinem merum exugant:  
Si regna fratris diſſita a iuis regnis,  
Tu tua viciffim ab illius gubernaris:  
Quare Orcus omnes deuorat ſacerdotes?*

## De Catilli nobilitate.

*Catillus ille, quem videris in ſumma  
Mensa accubantem cubito viroque: tum ſpurco  
Vngue oſtreoſas paſtinare gingiuas,*

Cui subfilire guttur, ac putres malas  
 Farciminosi ventris e penu diro  
 Mecum Suarde constomacharis, ac rides:  
 Et nobilis propinquitate primorum,  
 Imaginunquē & sanguinis vetustate:  
 Cum verba ructabundus euomit blasa,  
 Caputque quassat: colla torquet in tergum:  
 An non referre legis aulica punctum  
 Videtur omne? Tum instituta sit cuiquam  
 Oratio: interrumpit. ut loqui solus  
 Dignatur. Idem gressibus vacillatur.  
 Obstipa cervix. Nec prior salutare.  
 An detegare, obseruitare: tum vadens  
 Ad sericata Gallicana spectare:  
 Quae perfugaces contegunt pedum plantas:  
 Idem efficaci voce cum secat calum,  
 Detrudit altis vocibus Deos: nonne  
 Nonne aulicus? non nobilis? dehinc quando  
 Raucum loquatur? Nobilis. cicatrices,  
 Montes Pyrenes, tum Ligusticos, T auro  
 Cognominem urbem, Belgium crepat: pallet:  
 Trudit, trucidat: nonne nobilis? Cinctum  
 Lumbis refractis arctius breuem stringit,  
 Quam fasciam proterua mulionis vis.  
 Demittit ocreas, caliga laxa cui turget.  
 Barba horridus, detonsus. Hunc negas illum,  
 Qui fregit olim lanceas Hiberorum?  
 Promittit idem in crastinum? nihil speres.  
 Hoc nobile est. Salarium puer postcat:  
 Conuiciis persoluet. Instet infesto  
 Puer: remonstret seruitutis, aut menssem,  
 Aut longiora pacta: calceos ruptos:

Thoracis

Thoracis ima, summa rupta, discerpta:  
 Res fuste, pugnis, calcibus, manu, ferro  
 Agerur. Hoc est nobilis. petit mercem  
 Mercator, aut fidem scheda, aut diem saltem  
 Conducier. Pagane nobilem irritas?  
 Tu? regium audes militem, virum fortem,  
 Ac nobilem, cohortis & ducem inuicta  
 De meracula appellare? si dehinc isthac  
 Offendero tantillum loqui de re:  
 Perieris. Hoc est nobilis. Venit sutor.  
 Venit refertor calcearius. clamat  
 Ephippiarius. virarius clamat.  
 Hinc ænopola: dextera stat artoptes:  
 Coquus sinistra dulciarius retro:  
 Infector ante. Tot petunt. Malam turbam  
 Heu colluuiationem gentium nouatarum:  
 Diene festo audebitis? dic vobis  
 Iam crastini soluetur. ut venit quisque:  
 Tum nundinas caussatur. aut, mane heus, heus disc:  
 Abiitne dispensator: Annuit. verum  
 Rediit. venerit: tibi illico soluam.  
 Os hominis: an tu rere nobilem fluxa  
 Fide esse, sicut estis? At mihi credet  
 Bonus marinus. Caterum ille Murtanus,  
 Impostor ater, senerator impurus,  
 Faxo pigebit: cum diem mihi dixit.  
 Sic differam eius dicta, facta apud regem.  
 Tu noster esto amicus. Eximam munus  
 Equitum tuis de pradiis. Peribit nil.  
 At ille edetur & vorabitur totus.  
 Hoc nobile est, hoc nobile, & pium, & sanctum.  
 Sic est agendum ut nobiles, boni, fortes



*Simus, Suarde, literas bonas vllas  
 Caue sis didiceris. Illud est magistrorum.  
 Tu pernegato scire, si putent scire.  
 Vel literam internoſce: vel apices ſcriptos.  
 Ne autographo mercator inſtet, ac vincat.  
 Tu, qui, Suarde, nobilis ſtudes eſſe:  
 Haud ſumidarum imaginum canens pompam:  
 Haud peieratis ſtemma cum Deis equans:  
 Quem nec fauoris aula ſilla mercatrix:  
 Nec equa ſummo machina adium calo:  
 Nec otioſam inertia exerens criſtam,  
 Sed ſummus acri cum fide timor reſti,  
 Moresq; virtutesq; nobilem fundant:  
 Aut hac putato, atq; intimo ſinu conde.  
 Aut villicatum abſcede ruſticatumq;.*

### De Bacello.

*Vir eſt Bacellus, propter hocq; barbatus  
 Eſt, eſſe vult. Contendit, impetit, pugnat.  
 Nec raſitat, nec vellitat, nec expungit.  
 Quin raſitat. Quid ergo raſitat? naſum.*

### De ingrati Noctuinj perfidia.

*Mifelle Noctuine, quis Deorum te  
 Agit ruentem in nominis tui mortem?  
 Que te Megera barbara, aut Megerarum  
 Strigofa proles Momus, biſpidum, ac bardum  
 Admonuit atras claudicantis ad redas?  
 Quis te uſtulatam cum inuidentibus ſannis  
 Pro victima litaret infero Diti?  
 Hoſtile Phœbo, & candidis caput Muſis,  
 Lates relicto ſpiculo? neq; apparet?*

At

*At o miſelle Noctuine, qui noſti  
 Adamantina Herculanæum impetum claua:  
 Neſcis miſella veſpa, barbara hoc: quod non  
 Es amplius victura ſpiculo amiſſo?*

### De Lycorio.

*Videtis illum, qui tuba canit, quantum  
 In pauperes eſt panis erogaturus?  
 Agit vetuſta pœnitentiæ labis  
 Sicarius, veneficus, fames patris.  
 Fame parentem nam necauit inſonem.  
 Auden' parentis premere teyga Telluris?  
 Panis rogantem qui obſtat ſui buccas  
 Fame necaris impia & ſenem, & parem?  
 Haurire cali ſpiritum. illius poſtquam  
 Qui ſpiritum dediſſet, impie extinxit?  
 Leges ſileſcunt? conicet pudor iuris?  
 Nulla hic debiſcit terra? Que patris manes  
 Diras precantis euomat tibi ultorem?  
 Aut regna ad illa te adigant o caput dirum  
 Sicariorum meta parricidarum.*

### De Sedulio.

*Sedulius me vidit in foro ſeptem  
 Libros ementem. Caſar, inquit, hem ſeptem?  
 Ergo excidere mente de tua cari  
 Fameliſoſi liberi domi ſeptem?  
 Vxor beatis elegantior ſeptem?  
 Aſturco, Aſellus, Manticiarius, vector,  
 Canterius, caballa, mula, ſunt ſeptem.  
 Ancilla, cursor, a manu, coquinator,  
 Supercilioſus pedagogus, bircoſus  
 Stabularius cum vinoſore, ſunt ſeptem,*

Canis cubicularius, canis cursor;  
 Canes sagaces quatuor, canis portæ:  
 Hi sunt opinor, sumne? non minus septem.  
 Est merula, turdu, inde sturnus, hinc pica;  
 Hinc cardueis, inde psittacus. quot sunt,  
 Si addatur aquila, sola quæ valet septem?

Debes Myagro septies, decem Mauro;  
 Quater Cateio, quadruplum Recentio.  
 Bisinilibus pratorium quod extruxit  
 Ephemeris reposcit impij Bruci.  
 Pulsat viator ianuam Nigri iussu:  
 Donto reuellus extulit pedem: palles.  
 Nec dum Calendas Luna vexit Apriles.  
 Sodes, quot hic sum? nonne, si putes, septem?

Et ringeris, quod Ianuarius flores  
 Plures, stupente vitreis mari crustis,  
 Ostenderit, quam tu unicum queas nummum?  
 Te mortuo quis emerit tuos libros.  
 Quos comparasse plus satis sit & regi?  
 Nemo est inops iam mentis: ut velit fundum  
 Non sibi parare, quam libros, potest solos  
 Stultos supellex excitare damnoſa.

Vera hæc monenti, more tum meo paucis.  
 At me vicissim miseret omnium vestrum:  
 Cum Casare uno si interibitis cuncti.

### De Phoca.

Et luscus est; & Brito: sed niger ruffa  
 Barba comatus. vsus in manum lauam,  
 Passus minutus, obruetur oblique,  
 Lupina ceruix; ore ridet inuito:  
 Sermocinatur patris; obstrepit balbus:

Quacumq; dixit, repetit: & mora multa  
 Ipsum seipſe, dum loquatur, auscultat.  
 Vt prauitatis expleat modum, ac legem:  
 Deur cucullus: ire non potest ultra.

### De Marilla.

Est nobilis Marilla, an ob suam matrem?  
 Non, nam caduua glande pauerat porcos.  
 Pater sed ipse nobilis fuit saltem?  
 Imo infima de plebe, classe de nulla,  
 Pupilli hirudo, scænerator infamis.  
 Herediorum deuorator, exuctor.

Ast eius arma stemmatis nitent prisca.  
 Prisca? Recoctis brassicis olent olla  
 Noua, vetusta: si modo vlla seruatur.  
 Cur nobilis sit ergo? nemini soluit.

### De Narillio.

Bonus sacerdos est Narillius, purus.  
 Haud iurat, haud eiurat: abstinet mœchis.  
 Nulli minatur iura, nemini obtrectat.  
 Sed nummulo perire vel sinat Christum.

### De Tineoso.

Cur mane surgit Tineosus? ut ientet?  
 Nec coniuge audet non ferente prandere.  
 Cur ergo surgit? an meridiaturus?  
 Nec filio audet non ferente cœnare.  
 Quid ergo ineptus mane surgit? ut mingat?  
 Non, quippe tanto lectulum ante perminxit.  
 At mane saltem surgitat cacaturus?  
 Quin concacauit culcitamque, lectumque,  
 Tomenta menstruata, spurca, lodices,

*Confarcinata linteamen e stuppa.*

*Fortasse surgat iura iudicaturus.*

*Non occupauit doctus hunc locum prator.*

*An ut remetiatur atra pistori*

*Frumenta parcas? Imo vel miser, vel iam*

*Mendicus, illa vel roger, vel exquirat.*

*Ergo ut lauet sed vidit ille aquam nunquam,*

*Deponere vsta possit ut sitim lingua.*

*Pra siccitate, brucum, apesque, locustam,*

*Teredinem, manipulos cicadarum*

*Is prateribit, prateribitur nulli.*

*Dic ergo, quare surgit? an petit mœcham?*

*Adulteratur? vult, nequit, petit, quarit.*

*Negatur illi. Forsitan canes, cornu,*

*Plagas, equum poposcit, ut ferat ceruam.*

*At non habet. Quid ergo? Consul, ut consul*

*Vult esse, vult praire. sic ut audit, quod*

*Vertente mense consules crearentur:*

*Tunc ergo surgit: ergo tunc celer surgit,*

*Vel mane, vel quam mane, plus decem punctis*

*Subsellia inde cuncta cum pererrauit,*

*Et est precatus despicibilis cunctis,*

*Dignatus haud est frontis alta nudare*

*Tegmenta. Forsan tu putas superbire?*

*Falleris. humilius hoc nihil fuit: Verum*

*Alopecites esse non potest Consul.*

### De diribitoriis.

*Fuere quondam Bestiarij duri.*

*Speſtaculorum turpium nouatores.*

*Qui cerberinis illius manus spumis*

*Puro lauarunt sanguine, innocenti que.*

*O turba*

*O turba picta faculentior mœcha.*

*O lingulace semidocte Titanum*

*Qui fœda facta splendidis regis verbis:*

*Si querculana vipera vltus es morsus.*

*Ïpsamine quercum liberaliter vitam*

*De fruge dantem, æstumq, fronde frangentem*

*Geluque lignis vstulare debebas?*

### De Cossu Galenista.

*Interrogabat me Galenicus Cossus:*

*Cæsar, bonasne collocaueris horas,*

*Quas vel Galeno, vel sacris libris debes,*

*In vel Platonis, vel libris Stagirita,*

*Qui intelligendos esse se negauere?*

*Nec excidumi commenta calculatoris*

*Tibi otioso nec fuit dies, annus.*

*Nec esse quicquam cum tuis potes Diuis.*

*Γαλιωνος παρῶν πατερ Cossé,*

*Pater, caputque, norma, amussis, ac iotum:*

*Hoc vrit, hoc vos belluas Camelinas,*

*Qui separare haud queritis lacus puros.*

*Sed canulentos dante sorte potatis*

*Quod fonte nos haurimus vsque de primo.*

*Riuique fœda deuoluta ridemus.*

*Non ponet arma Taurus igneus: donec*

*Vtroque cornu ventilatus expires.*

### De Rubellio altero Galenista.

*Rubellius me contuens Galenista:*

*Qui, si Galenus dicat esse par impar:*

*Is desideret sic, atque si Deus mander.*

*Fones adhucne barbaros Auicennas,*

*Et sordidatos, Cæsar, inquit, atque hirtos?*

Nec excidere mente de tua, durus  
Fallacia argumenta quæ Scotus fudit.  
Nigris & in recessibus lates stultæ:

Cui pauculis de more sic meo blande:  
Arms Galeni præpotens Rubeille,  
Versuta vulpes comparem feram nacta,  
Quæ turpicella imaginem gerit nostram,  
Longam traheret impotentior caudam,  
Huic simius: quid sarcina hoc tibi prædest,  
Nisi ad lutoſa lenta strata verrendum?  
Iccirco amica voce te monens dico:  
Ea amputatâ ut expeditior curras.

Amica, sic amica sis tibi, vulpes  
Inquit. Sagax natura quam tegis, vis me  
Aperiam habere turpitudinem tectam?  
Tibi consule, atque ostende vel nates centum.

### Ad Torellium Ciuem suum.

Torelle reitor acer, acer orator,  
Peccus librorum, fida mens, venustorum:  
Recentiorum grata lima non mordax:  
Quis te Deorum præpes huc, Dearumve  
Nostra domo deduxit ad domum nostram:  
Proverbio quod discutatur in Græco?

An te Catullus Sirmionis in ripa  
Musas poluis cantibus laceſſentem  
Vt vidit, aut securus, aut fuit ductor?

An te secundus dicta, facta natura  
Late explicantem, & abditas Dei leges:  
Dum frangis æstum, & Stry fugis flammæ,  
Latis beata flexibus Polyxela  
Auduit: & facinus, aut fuit ductor?

An

An inquieti tristis umbra Mastini,  
Propter vitæ amœna dum sedens currus  
Sublimis alio Martium quatit campum:  
Et hic minores lustrat, atque maiores,  
Mœrens deesse quos nouerca Fortuna  
Obiecit hosti: quosque miror facta  
Parere iussit, sicut Herculem, Eurystheum;  
Vbi videret maximam potestatem  
Tuis datam virtutibus, fidem raram:  
Sui miserum abnepotis abiecti:  
Tibi, ut misellum ostenderet, fuit ductor?

Mihi hoc relatum versibus tuis malim,  
Quam nunc de auito potitare Benaco.  
Nam illis duobus: Plinio, & Catullillo  
Curabo gratam gratiam reponendam  
Oratione vinula venustilla.  
Tibi ut venires, qui fuere ductores.  
Auo Sabæis mercibus parentabo.  
Tibi coronam literariam mittam.

### De Doletto.

Qui corticem te literarium dixit,  
Multo securim iustius vocauisset,  
Cui comparari mille Sillocimones  
Dicantur esse Laly, aut Aristida.  
Teredinem, fucumve, porricidamque.  
Et lucis hostem frugimordicam Blattam.  
Sed hanc putauit esse pro tuis libris.

### De eius libris.

Cur literæve, lineæve distorta  
Sunt versuum quos sarcinauit insanus?  
Quæris, requiris, enecas requirendo.

C 2

*Dulcis Suarde norma literatorum  
An labra nescis conuenire lactucis?*

### De Fucis.

*Si queris unde spern fouere concepi:  
Et unde desperare nec pati possim  
Putremque fustum, rancidumque languorem:  
Edisseram tibi omnia: ut putes toto  
Tripode profata Delphico, atque coruina.*

*Postquam soluta labe generis humani,  
Moris superba compede, & triumphata,  
Benignus ille sospitator, & princeps:  
P adore priscum carceris patrem exemit:  
Si verum id est, quod predicatis, o fuci,*

*Vt positus ab eo sit vicarius vobis,  
Cui vera paupertatis inclite sedes  
Sub firmitate possideret aeterna.*

*Quodcumq; fecit latere utroque Neptunus:  
Et ibi impudentis dira saecula Plutonis  
Manus dedisse victa: cur, age, huc ventum est,  
Vt summa rerum sanctitate concepta  
Repulsa retro laberetur in peius?*

*Nunc si quis impuratus est, eat Romam.  
Periurus, aut incestus, atque productor,  
Infamis, aleator, exos, elumbis.*

*Que inhoneste boneste nominare non possum,  
Fastigiorum summa quaeque delibans.  
Fulgebis auro, purpuraeque, coccoque.  
Nam parricida si quis, aut venenator  
Ne principem locum occupare contendat,  
Vturo refuso copia hinc fuerit cornu.*

*At sic ludus, gutturisq; fractura:  
Et hospitis cruore Tibris infectus.*

*O monstra, monstrorumq; non caput sacrum,  
Sed cauda, seu quid spurcius quoque est cauda.*

*Tu heres Deiq; simplicisq; fortunae  
Regna illa clara T. Ariaro propinasti?*

*Greges ut inter semiseminatorum  
Genu recuruo supplices rogarem?*

*Vocatus, atque non vocatus audires?  
Pedesque calidos sorde concubinarum*

*Eheu misellis proderes adorandos?  
Pro intaminata lucidaque pro vita.*

*Tu inertiam, tu ganeamque, vinumque,  
Lupanar, & quod turpius lupanari est,  
Sedem putasti maximi redemptoris?*

*Pro quo superbus aliti est ca campano  
Eris, lupisq; pronoluitus Hirpinis.*

*Quaesita concha litus ad peregrinum,  
Auro rigentes barbaro, & opera vestes,*

*Equique Thraces, Beticusq; bellator,  
Aferque cursor, & Britannus Asturco,*

*Animusque, mensque, dicta, facta, cor nequam  
Fient cruenta prada: si tamen prada est,*

*Via carere utraq; nec semel tantum,  
Nec quando votis expetas, mori mortem.*

### De Astorco.

*Petis, quid est, quid esse possit Astorcus  
Luni libella Rhetorum, ac Poetarum.*

*Nec tu semelue, bisue me fatigasti:  
Sed ter, quaterque, quinquiesque torquebas,*

*Negotiosis cum voratus a curia*

Mihi inuidebas otij moras lentis.  
 Si te rogabo Criticissimum lunt,  
 Quid sit, quid est, quid esse possit Astorcus:  
 Quid esse dices? Ille quod velut dicit?  
 Veram libellam rhetorum, ac poetarum?  
 Non sed quod ille noluit, ac neget dicit?  
 Probrum Deorum, dedecusque nature.

### Ad Veronam, & Venacum.

Verona mater, & Athesis pater prisce,  
 Amœna celeri latera temperans flexu:  
 Postquam relictis Alpibus Tridentinis  
 Canem, Canisque sacra sceptrâ prœuertis.  
 Vbi est uosius tuta septa Benacis  
 Oppugnat alini Sirmionis & ripa.  
 Vale. Valete limpidi lacus fibra.  
 Quæcumque singulantibus recens venis  
 Anfractuosa scinditis specum terra.  
 Posthac ubi videbo vos sacri fontes?  
 Sacri penates? sacra Manium turba?  
 Vbi vos videbo? ubi alloquar meos Manes?  
 Canem, Canisque semina alta Mastinum  
 Late imperantem rebus imperatoris?  
 Qua Sirmionis quaritem awei ripas?  
 Qua te Minerui, quæue Lazisi? quæue  
 Tam multa? tam diuina? tam recantata?  
 In barbaris? in Alpibusve Taurinis?  
 In Cantabris? Vascibusve? Rutenisne?  
 An inquietorum ense Celtiberorum?  
 O Dy, De aque, qui silentium mentis,  
 Et qui loquendi funditis potestatem,  
 Vtrunque nobis (si pius poetarum

Frequento sacra) ne negate sed larga  
 Ope, o, manuque reddite, & datum arcete.

### De Lycorio.

Lycorius, quod parricida dicitur,  
 Dicitur, & sit, susque deque habet, quando  
 Hoc, quod vetustis legibus lui iustum est,  
 Vita negata, morie non data, solus  
 Id arrogare impune quod licet, gaudet.

O dira monstra mortis, o lues terra.  
 Non tu, nec ille spiritus tuus nequam  
 Isti sed isti, quorum imagines lambit  
 Pallentis auri fulgor, & fames sacra.  
 Iam non Lycori parricida dicaris:  
 Sed hi, sibi qui vindicant patrium numen.

O Iura, Iura, si patres patris cedem  
 Non vindicant: ah desinant patres esse.  
 Aut nomine aut Lycorij p̄ dextra.  
 Vno hoc piaculo illud expiaturum esto.

### De Nocturno, qui fugit ignis supplicium.

Mendice Nocturne, non fugis panem  
 Nigerrimum, quem mane dat tibi pisbor  
 Fuliginoso semirasus a fumo.

De fesse Nocturne, non fugis lamam,  
 Tibi est uanti si qua fert recens umbram.  
 Vbi tyranno Sirius stetit curru.

Siticolose Nocturne, cum sero  
 De puluere arent, atque de via fauces  
 Nec dulce spernis vitrei merum fontis  
 Sed nec aquula pigerrima statum pigrum:  
 Licet virentem sordidauerit tractum  
 Vocale rauci vulgus, improbum stagni.

At ecce Nocturne nunc gelu quanto  
 Quanto gelu nunc impetus stetit Reni,  
 Reni, Garumna, Sequana, Padi, Tiberis.  
 Et Araris vnus ille de tuis quondam:  
 Nunc te exulantem vanitatis autorem.  
 Ridens, Rubetam garrulam vocat veri.  
 Canus gelatis Iuppiter ruens nimbis  
 Nigra albicanti torret arua tomento.  
 Cruda perustum stiria pecus mutum  
 Crebris apricos questibus dies poscit.  
 Tibi canini frigore crepant dentes.  
 Trita est lacerna Nullus est domi lectus.  
 Nullus focus. non ignis. At lares nudi  
 Nudum solum. Non imbrices tegunt tigna,  
 Non tigna transtra: non ea asseres. Non est  
 Aditus, negatus undecunque, quacunque  
 Septentrioni, aut Africo, aut Noto, aut Cauro.  
 Venalis illa purpuracea peior  
 Nocentiorque lingua, futilis, mendax  
 Intra rigentes impotens stupet buccas.  
 Et tu fugies inepte, quos parant, igne?  
 Ad Striges.

Striges togate, tu strigum togatarum  
 Laruata semilerna ianguen eructans,  
 Nefanda cauda. Nam quod esse æbebas  
 Caput salubre, sanguinaria es cauda:  
 Ecquid parabis fulmen illud iniuictum  
 In immerentes verinuncios versus?  
 Minaberis que mortis ultimam prædam  
 Si dicta, facta, cogitara vestrorum  
 His illinentur liberaliter chartis?  
 Vel vera sunt, que sentiunt Parisini,

Crudelitate de tua, tuorumque:  
 Qui pauperes perire de fame atque algu  
 Vidistis, & fuistis, & notauistis.  
 Vel mentiuntur, nec satis qui constant.  
 Si mentiuntur: mortis ut rei fiant:  
 Fecere vestra dicta, facta eos tales.  
 Ergo aut perite monstra funditus soli,  
 Aut si hi peribunt: disperite vos primi.

## De lib. quos inscripsit Doletus

## Fata Francisci Regis.

Quod Tullianis rapta frustra de libris  
 Licere credit inseri suis nugis.  
 Aesopici qui gracculi refert pennas:  
 Idem putauit, posse congeri versus  
 Ternos Maronis iugiter, quaternosque,  
 Ibi quasi nitela lucis obryza  
 Latere fulgent purpureæve flos pure  
 Assutus uncto pallio rogatoris.  
 Circumferuntur hæc tamen, legunturque.  
 Nec lente Phœbe rumpere, ve, rumpisue?

## De Gumedria.

Rubiginosos mœcha quod scabit dentes,  
 Et ostreosis sordidissimos crustis  
 Poppæ si quem, purpurissa, corussa,  
 Exenteratis sedibus reliquere,  
 Bissæque lustra, se sequilustra fortasse:  
 Non rider: aut si rider: oris obducit  
 Quantum orbis Asia sedta Byrsa ducebat.  
 Tum tetra labra simbriata crispantur  
 Ceu Dalmatinis densa vestibus ruga.  
 Corinithiarum vel stria columnarum.

Cum foeditate hac excitata vicisset  
 Natura sese, & addere inde nil sciret:  
 Excogitavit artis hanc nouam legem.  
 Canibulorum ut ora tetra qua excedis:  
 Turpissimarum prima, & ultima es rerum:  
 In gaudio teipsa turpior fias.

## De Niso.

Est purpuratus Nisus, est pyropatus:  
 Cuius calentis fusus hepatis venis  
 Disseminasti Bacche vim pyroporum  
 Nisi vidua sit sanguis, atque pupilli.

## De Gallifrone.

Inter tomacla natus, educatusque  
 Gallifro, pestis omnium esculentorum,  
 Ille ille, cui placenta stillat e mento,  
 Teruncta iurulenta barba collucet,  
 Nares resorbent tremula frustra scriblita:  
 Cum tot vorauit tanta, conuorauitque,  
 Proportione gurges haurit, ac potat,  
 Gallifro pestis atra poculentorum.

## De se.

Hic Scaliger, qui Caesaris gerit nomen,  
 Solumque nomen ille non facit pluris:  
 Quam si Bathyllus diceretur, aut Santra:  
 Nisi nomen ipsum rebus inclytis vincat.  
 Qui luculenta voce Gallicum nomen,  
 Nomen, trophaea, regna concelebrauit,  
 Suoque toxat pectore igneo, inuisito,  
 E purpuratis vnus orbis illustris,  
 Sub nobili florente rege Francorum

Ab ipse Francus, sanguis & ducis Brenni  
 Quacunque mulis corrogauit arumnis.  
 Seruile soluit annuo are veelligal.

## De Picato.

Quis ante, quam maritus esset (infamem  
 Nanque hinc pudica femina, & proba abduxit  
 Quamquam ebris conuiciis relictam)  
 Promptum dabat se causae propinantis?  
 Quis adbibebat Helciario spurco?  
 Quis sorbitantium reliquias resorbabat?  
 Quis tersitabat lingua & ore bascaudas?  
 Quis mussitabat pocula inter abnuans?  
 Quis morsicatos annulos tomaclorum  
 Nigro natantes iure, quod nigrum fecit  
 Cauponis unguis haud resectus, haud lotus:  
 Captabat atque colligebat in gyrum,  
 Diu fames collecta quo domaretur?

Nonne is, quaternis qui sub igne festucis  
 Factus maritus, osseum coquit pullum?  
 Aquamque coctam lege iuris absorbet.  
 Rodit, ubi venit caena, naufragum pullum.

Sub formulis subacte Grammatistarum,  
 Quas vidimus te dilutare cirratis

Quos tum docebas ante, carnifex quam esses:

Nonne est, rogo te, hic hispidus solceisimus?

Aquam vocare voce iusculi pinguis.

Hyperbatorum nonne maximum est illud?

De mane verbum sustulisse sub noctem?

Non poristoris sordidi, & veternosi:

Meridiana transfretaro sub caenam?

Nonne impudentis, te anteferre Scalano?



## De Ipnio.

Here mihi scripsit Atticus meus. Te, inquit.

Tete Ipnius vocavit Antifilemum,  
Quod compris extra, variis intus, argutis.

Assentiamur Ipnio, meis sic me  
Verissimis coloribus coloravit  
Cate, facere, candide, perurbane.

Tibi ergo forma convenire Sileni,  
Quam tam probasti, sic probabitur nobis.  
Nam quod foris videmus esse, Sileni  
Sane est, quod intus, mysticum, inclutum, arcanum,  
Nentiquam Silenus. Hoc tuo furno  
Sic competit. Nam furnus ater est totus,  
Qua furnus. At qui panis intus, haud furni est.  
Ibi mysticum est, ut panis intus in furno.  
Haud mysticum es Silene, furne, nec panis.  
Silenus intus est, foris q<sub>3</sub> Silenus.  
Sic furnus ater, nil nisi ater est furnus.

## De Picato &amp; Ipnio.

Picatus, Ipnius q<sub>3</sub> sunt duo nodi  
Enodium suo pte iure scirporum.  
Picatus, Ipnius q<sub>3</sub> sunt dua rana  
In Ebusiis paludibus coaxantes.

Vterq<sub>3</sub> gannit: est uterque latrator:  
Ambo strepentes, rancidi anseres ambo.  
Loquuntuleia ut invidentia plenos  
Tetro maligna bucca spiritu afflauit.

Hoc congruunt, non congruit iamen totum.  
Curtus Picatus, pertica Ipnius longa est:  
Cimex Picatus repit, Ipnius nutat:  
Diuersa sic his monstra propriis monstris

Peculiari

Peculiari differentia constant.  
In cateris non. Nanque conuenit: cunctis  
Vt atritate cordis amenerente  
Vterque pix sit, aut vterque sit furnus.

## Ad Picatum.

Picate, cuius sessione de longa  
Attra culina concalent tabernarum:  
Quis te Deorum aut inferum, aut supernatum  
Egit ruentem in nominis tui mortem?  
Meos in ignes quisve truxit inuitum?  
Aut quis volentem ac perditum modo utroque  
Irarum in arces fluctuantium flammis?  
Cui licebat mentis esse tranquilla,  
Nunc inquietum turbinis mei gyris  
Quis eximet te de typhonibus? quisve  
Fractum atque anhelum collocabit in tuto?  
Quo te fugaces subtrahent pedes? quo ve  
Te conferes? ni tectus in lupanari  
Hinc a popinis exules. Eo nanque  
Mea casta Musa non sequetur abductum.  
Que nunc saluam spumeam popinorum  
Ligurientem ridet, ac iubet flere.

## De eodem.

Rogabat in conuiuio satis claro,  
Vbi sederent nobiles magistratus,  
Cisteriorum flosculus monotarum,  
Potissimum qua e carnibus probaretur.  
Nihil alios moratus, ut decet fortem,  
Statim Picatus dixit esse porcinarum.  
Tum praesul, ergo quid lepisculis fies  
Perdice, & attrageat, phastanoque?

Hic ille, mare bisq; terq; permuncta,  
 Hoc, quod gerebat, vnctiore, mantili,  
 Cernice fluxa, pendulum librans mentum,  
 Suo canora labra more disflodens,  
 Ista alendo ineptiusculas dixit.  
 Illam simillimam esse carnis humana.

Maeste, inquit, ille: vera si carni vates  
 Vester Galenus, de Canopicis scribens,  
 Vocansq; afellos a cibis afellinis:  
 Non ledet is, qui vos vocauerit porcos.

### Ad Atticum.

Si quid Calēda Ianuaria nobis  
 Boni autulissent, mitterem tibi partem  
 Frugalitatis Attice o pater prisca,  
 Qui propter elegantiam, & probos mores,  
 Integritatem, & innocentiam vita  
 Habere debes omne, quod penes nos est.

Sed nec Garumna de sinu suo misit  
 Sublustre pondus aurei grauis grumi.  
 Manumve olenis lamna iunxit argenti  
 Perciniarum viscere e fodinarum.  
 Nec cuppa vitreary Pyrenet,  
 Quam temulentis ille dispulit buccis.  
 Latifve butyrofa pascuis caei  
 Lactis coacti massa venit Aruernis.  
 Nec nigruenda pharmacary cellis  
 Aromatites nos inebriat vinum,  
 Nec secla poriponibus merendarum  
 Placema, mazapanis, aut leuis spira,  
 Mordax piper quam fecit esse mordacema.  
 Vel crustulata melle cum suo lances.

Vel saccharina meta de Ebusitanis  
 Fastidiosa radium lauat cœna.  
 Non nos reusit huc gelu reueriente  
 Vel nux louis, vel pontica, aut abellina, aut  
 Prouicialis passa ficus, aut vna.

Sed lusus tremenda secla saccorum.  
 Sed cum bacillis publicis viatores,  
 Horrenda veftigalium cohors libris,  
 Cippi calentes funere, cumulat eq;  
 Mortes ruinis, mortibusq; amicorum.  
 Et additas domesticas peregrinis,  
 Quas pestilentis aura pinguis Altiani  
 Caliginosa nube fecit infames.  
 Et artubus phlogosies dolorose,  
 Que excutere Phœbum de sinu queant Phœki.  
 Ad hunc modum auspiciatus est meus Ianus:  
 Votis precandum ut feruidissimis, anni  
 Qui primus est, sit vltimus dies vita.

### De Furnello, & Piffoto.

Qua corporis deflexione vitabo  
 Rubiginosa tela mentis insana,  
 Quacumq; Ipnellus, & Picatus intentant?  
 Nescire clamant me Aesculapij theas:  
 Sed Cordubensis principis sequi nugas,  
 Et barbarorum dicta Mauritanorum.  
 Ergo Galenum vindicant sibi totum:  
 Priscoq; buccis turgidis crepant Græcos.  
 Arcana dietant, & profantur arcana,  
 Et Tullianis formulis fugant morbos:  
 At nos misella turba, barbari, insulsi,  
 Primi Galenum propria manu scriptum

*Qui illatum habemus in locos Aquitanos,  
 Frustra laborem plurimum esse susceptum  
 Videmus, ut barbatuli docerentur  
 Nostro instituto; quæ profecta de nobis,  
 Et parta, tanquam auita pro suis iactant.  
 Quod si integre rempublicam gerant: fidei  
 Si sunt Galeni candidi emulatores,  
 Non e scholarum sellulis magistelli,  
 Facti in petulcis Pessuli sepulcretis,  
 Herma ministra foeda turba Pompei,  
 Apparitores linidi oscines Horci:  
 Isti Galeni sint: ego Syrus, Maurus.*

### Ad Atticum.

*Tutor, minister, conditor, pater legum.  
 Veterum, nouarum, nec minus futurarum,  
 Ferrone splendor, sæculi ac decus nostris  
 Modis Latinis Attici merus mellis,  
 Fons ipse, iuris apima certa Romani,  
 Vindex leporum inuicte Tullianorum:  
 Ecquid solutum, ac musicis metris vincitum  
 Moliris? an vagaris in chao rerum,  
 Inque abditis, recessibusque natura  
 Examinatum opinionibus verum  
 Venatus, affecurus, impiger, victor  
 Ambagiosis e tumultibus nectat  
 Caleste, cantus ebibis Stagirita?  
 An norma honesti Mariba, cui tori custos  
 Pudor, decora, vult fauere certatim,  
 Quæ literarum nos inuistatarum.  
 Veros parentes literis tuis dixit,  
 Tecum susurros literarios iungis?*

*Num portuense, num bigallicum calum  
 Vos audit? o beata rura, quæ diuum  
 Par unicum foueis in sinu vestro.  
 At me hic nocentum Nuiobrigum turba  
 Ine ritia ebriosa, muccido in luxu  
 Cuius Megera ambacla, quam sui existens,  
 Quavis opinione peior, ac fama  
 Miratur execrare, quæ ipsa sacravit,  
 Certationes, peruicacias, rixas,  
 Mendaciosum pectus, inuidos mores,  
 Hydras Cleonis, Alphij truces hydras  
 Colere quietam, solitariam vitam  
 In totum ab istis Cerberis abhorrentem  
 Qui fœnus acre persequuntur, ac lites.*

*His te alloqui Ferrone magne decreeram  
 Locutuleiis, semitarius nugis  
 Ex tempore ortis, oscitanter effusis,  
 Lano calore, Apolline aspero, irato,  
 Aetate cassa inepturire quod pergam  
 Vietus, negotiosus, & satis mœstus,  
 Regi euocanti quod nequiuu obedire,  
 Satisque duxi, si forem e grege illius.  
 Ne per podagram, ac pharmacotribas credas  
 Mihi excidisse formulam salutandi.*

### Ad Brassacum.

*Vt captus esse consuevit humanus,  
 Quem spes inani falsa iactat am fractu,  
 Inter choreas contumaculas, ludos  
 Risu, iocoque pectus efferebatur,  
 Damnans opacam nubila specum mentis:  
 Cum compe de exolutus armis hiberna,*

*Pisli relinquens gemmeas opes veris,  
Vt duceretur succulentus autumnus,  
Laboriosas expediret afares.*

*At o malignæ mentis atra Fortuna  
Vel si quid es, vel esse credimus frustra,  
Sed quicquid es, quid hæc ruina portendit?  
Mundine finis iste conflagratur?*

*Frustratur alnum frugibus Ceres sulcum.*

*Caro recessit, ossa vix tegit pellis,  
Vt ambulare mortui videremur.  
Vox est relicta, sola quæ diem incuset,  
Et morte prævenire quæ roget mortem,  
Pestem famem lacessit, & famem pestis.  
Furit per omnes urbis angulos, diræ  
Feras Erinny's ventilans faces leti.  
Agerque, nobis dona qui dabat vitæ,  
Intentat arvis ultimos dies curis.*

*Mars barbarorum flammeo minax vultu  
Hinc imminens, hinc imminentibus telis  
Præsens, suadet luridæ vices mortis,  
Magisve morte qualibet fugam turpem.*

*Et me iubes Brassæcæ fronte tranquilla  
Phœbi sorores exules, vagas, nudas  
Ad impudentes evocare terrores,  
Vbi scelestæ facta premium poseunt?*

### Ad Mahomam.

*Abs te Mahomæ ter vocatus ad coenam,  
Mirare, cur non venerim? Tibi dicam.*

*Semper tacere te loquentem, non æquum est.  
Cum detrahens absentibus nugas,  
Et de beatis disputare contendis.*

*Sic me suture te madente, non æquum est.*

*Nobis cadaver marcidum darur vappa.  
Anthosmias tibi ardet, & vibrat flammæ.*

*Turn me esurire te vorante non æquum est.*

*Mei miserum est sape, sape & illius,  
Qui in iure caro naufragus natat pullus.*

*Argenteæque lancis improbum pondus  
Merlucis, aut Merlucij comes diræ*

*Dirum sinape lacrymosius Troia,  
Halecæ putris, cum putrente sardina.*

*Quæris mea quid esitem domi? dicam.*

*Siletur, aut silentij brevis, casti  
Venusta condimenta de penu sacro*

*Vel bibliorum, vel ducis Stagiritæ.*

*Bis terq; lota dextera, e veru tracta  
Fumat palumbes semicocta, porcellus*

*Nitore grandis: parvus hædus ætate:  
Veru exq; Petricoriis tener mandris:*

*De corte capo captus & saginatus:  
Hesternæ frusto quadra de Viellino,*

*Et pridiana pulveratus a mica*

*Lemouicis bos durus e iugis pinguis:*

*Mensamque claudens casens Placentinus,*

*Aut Martio quem mense Thuscus huc mittis.*

*Macris diebus turba muta, piscosus*

*Quam rex Tridentis fert uterq; Neptunus,*

*Aut vorticosis arcet alueis ripa,*

*Lemouicisve nidulatur in stagnis,*

*Vt cinnamatis esitetur in crustis.*

*Vini beata vena flore Chalossa*

*Domatur imi rore visceris puro*

*Sub Sirio Germanicas niues vincens*

Gelu furente sed grani tepet bruma  
 Solis roganti nubilus propinatur  
 Atque illiro, atque in cymbiis recentatis,  
 Fastidiosa ne salua conuiue  
 Auertat a me gratiam cibi & potus.  
 Laxe accubamus. quisque surgit, ut visum est.  
 Hæc nostra cœna est. tu tuam tibi exquire,  
 Quam des, te ut Hecate ducat ad suam cœnam.

### De Boetiano ad Vidum Brassacum.

Boetianus est vir aptus ad cuncta.  
 Nanque affairim præstabit in quod intendit.  
 Cumq; vtriusque soluat optimi iuris  
 Subtilitatum Gordianicos nodos,  
 Mentem beatum munus administrantem  
 Tamen remittit, quo remisit Hipponax,  
 Et quæ Phalæcus luserat, lubens ludit.  
 Hæc vidimus. Quid quæ amplius videbuntur?  
 Nisi ipse dono seq; nosque defraudet?  
 Quod tadium expectationis iniuste  
 Tibi, magne præses, acriter retundendum est,  
 Tua ut verenda auctoritate compulsus  
 Jam nolle nolu seq; nosq; frustrari.

### Xenia ad Brassacum.

Brassace, si mox video diem, qui mox  
 Lucefcer: aut me videri dies alter,  
 Qui post gelatis huc vehet rotis lucem:  
 Haud me pigebit, ista pauca vixisse  
 Momenta Saturnalibus reuersurus:  
 Modo beato largus & petri promas  
 Quæ scita mitti dona consuegere.  
 Quæ dona quæram, donia quæ petam, quæris?

Non Lusitanis turgidam cadis orchin,  
 Non Cantabrorum vini forbulam pernam,  
 Nolo iurundam, quam papauer aspersit.  
 Sat est famis, sat es sitis, sat es somni.  
 Non sat tuarum lectionis horarum,  
 Quæis pertinaci spiritum laboratas  
 Noctes diebus, noctibus dies iungis.

Donatus istis nil tibi redonabo.

Non quod laborem tæbe mentis ingrata:  
 Sed suppedebat protinus me inepture  
 Senem, caducum, mucidum, putrem, cascam,  
 De ponte, iamiam, deque monte mittendum,  
 De monte, deque rype, deque Parnasso,  
 Si tam en eo vnguam destinatus ascendi  
 A sorte, casu, inarmene, voluntate:  
 Nam nescio: sciensne, nesciusne illo  
 Me intruserim in proscenium poetarum.  
 Quo si auspicio peruenire tentassem:  
 Vnam quiete gloriarer affectam,  
 Non labe laudem, gloriamque mouerem.

Quod aridis te versibus saluta abam  
 Curtius, minuitis, claudicantibus, mancis,  
 Fanelicosis, semitariis, duris,  
 Nec, ut iubet vetusta consuetudo,  
 Munusculi vestigia vlla prodibant:  
 Fui more, qui se in sæcla nuper ingressit.  
 Quin nomen ipsum prorsus interit dandi.  
 Hinc bella turgent, hinc fori striges diræ.  
 Hinc febre torrida vrit arua vectigal.  
 Informis annus, impos, inq; portunus  
 Docet voraces esurire capones,  
 Pullosque nondum turgidos cucurrere

*Demenſo adempto cogit eſſe ſtrigoſos.  
 Sirus, cumera, maſtra, horreum exinanita.  
 Auro crumena exenterata flacceſſit,  
 Flacceſſit exoſſata, & excerebrata.  
 Speiue ſpes, nec umbra iam relicta umbra eſt.  
 Sed ſola dira capta Muſa ſomayra,  
 Abire cum nequiret, haſit in fundo.  
 Tibi hanc habeto, vel remitte, ſi nobis  
 Magnum eſſe credo hanc, imo maximum quiddam,  
 Sola ut ſuperſtes eſſe quiuit harpyiis.*

### De Ciceroniaſtris.

*Pulchrum atque pulchro pulchrius reor, caſte  
 Loqui polite, lege Tullianorum.  
 At verba corrogare more mendici,  
 Quaſi oſtiantim mi petam dari buccas,  
 Magis probroſum, quam eſurire cenſebam.  
 Non verba pura ſenſibus meis aptem?  
 Sed ſenſa verba accommodare conabor?  
 Quapropter uti oratione decreui  
 Modo Latina, ut quaꝫ venit in mentem,  
 Tamen decoro dura ſi queam flexu  
 Mollire, muſtem. Barbari eſt, ſus plenum  
 Pigere lima, pœnitere verſura.  
 Verum admodum: niſi iſta cum modo fiant:  
 Quæ recta ſunt, ſuſtidiuſus arrodas,  
 Peiora ſape ſubſtituta commendam.  
 Si tu ergo terſa, pura me loqui credas,  
 Ut Caſar, ut Terentiuſ: ſtatim vulgo  
 Audire nolim Tulliaſter: ut Grace  
 Latina dicam: ſi Latina non peſtunt  
 De tranſmarina cirrulos venuſtate.*

*Sic dicta, facta prorsus expediturus:  
 Si non repugnas, nec reniteris contra:  
 Haud muto. Donec per ſeipſu ſcribenti  
 Ciceronis aura non coacta ſurreptet  
 Ferruminata verba ne meam monſtrent  
 Inter alienas has opes, egeſtatem.*

### Ad P. Rufum Conſiliarium regium.

*Sentiſne, amœne Ruſe, quot vices rerum,  
 Concuſſiones, implicationes ſunt  
 Fugacis anni denuo reuertentis,  
 Sibi ruentis, & ſibi renaſcentis?  
 At non miſellis expetentibus nobis.  
 Cur ille abiuit de integro reueſurus:  
 Niſi ut proteruius ſe expleat malis noſtris?  
 Quis ſemper auferit, quicquid amœ congeſſit.  
 Ꝓcirco prorsus, rursus, ultro, citroque  
 Proin ſtudendum eſt, oppidog, niteridum  
 Illi imminenti ut imminere conemur.  
 Simuſque nobis ore, mente, preſentes.  
 Ne per ſupinas inſolentias fati,  
 Per gloriæve temulentiam vana,  
 Socordia luamus obuias pœnas,  
 Quo tempore haud licebit eſſe prudentes.  
 Nec retro facta ſuſcitare pro votis,  
 Sed pœnitere pœnitentia ſeræ.*

### Ad Bœtianum.

*Quid ergo credam, vel quid ergo non credam?  
 Si tu negabis, quod negare non debes:  
 Te imaginem, ſed viuidam, vetuſtorum,  
 Recentiorum corculum Poetarum:  
 Vel quæ dedisti nuper, ut meras halant*

*Alma sorores Gratias venustatis?  
Adeste Musæ, vindicæ matrum,  
Quem infantulum gestatis in sinu vestro.  
Vincite, vincitum abducite, intus arcete:  
Vsque exprobrationibus fl. gellate:  
Quoad ipse clamer: parcioite, sum vester.*

### De sæculi sui corruptione ad amicum.

*Sana rigente viureo gelu bruma,  
Mirare tardos claudicare scazontes,  
Deartuata quos tibi manu misit?  
Sed per spicaciore mente mirandum  
Miraculo maiore si forent recti  
In hoc iniquo sæculo, atq; peruerso.  
Quis cuncta nescit arte fœneratorum  
Technisq; furum (ab dira turba) quæstorum  
Exesa, plebis, regis, orbium, mundi?  
Quis non forenses expauescit harpyias,  
Scyllas, Charybdes, sesquicerberos, orcos?  
Quis cernit aulas, Sol anhelus ut cliuam  
Secat diei: pronus ima deuexi  
Vt captat orbis: nec iremiscit, atque horret?  
Quis templa sancta prostituta non luget,  
Christique sponsam more iam meretricis?  
Dei subacta scia pluribus tetris  
Sunt vulubus, quam mille furta Vertumni  
Se subtrahentis, se subinde mutantis,  
Vix vt seipsa, cuiasint, recognoscant.  
Infame sæculum: hæc vlla si æquitas curat,  
Nobis peri ergo. iam tibi permissi.*

Idem.

*Quo sint loco res quaris, ac petis: scribam*

Inuitus

*Inuitus: vt quod cœpit hora delere,  
Redintegrasset denu recordanti.  
Vt spes auarus, atque proditor nostras  
Muletari annus: viq; dira grassatur  
Pestis, famesque, pignora atra Plutonis.  
Periurium fit iure: furta, mœchia,  
Venena, sica, ludus & iocus: scœnus,  
Quasi cata laudatur arte productum.  
Ad incitas, restemque frater a fratre  
Adaectus est. Infamibus forum flammis  
Terrum relucet: vis nefaria lingue  
Deum negantis, ne scelus luat pœnas.  
Natus patri vitam inuider, pater nato.  
Immunis in nata obserit pater natam.  
Ab fata, fata, mater vt femur nato  
Substrauit, vt concepit, vt tulit fratri,  
Fratremque filiumque: nec ruit calum?*

### De Caciatro.

*Vt tinnienti leuis ære constatus  
Subter citatis ignibus lebes feruet,  
Spumæ salinas ore vilis eructans  
Plenas inanitate, turgidas vento.  
Illam vrget, atque exurgit at racematim,  
Ignis globatas vt coegit ampullas:  
Sic nocte cantillantium cicadarum  
E tinniente viuimortuo cœtu,  
Qui mutus idem pisce plus, magis stupa est,  
Si sit loquendum de salute diuina:  
Atro culina spuma produit fundo  
Fuligine, ac nidore fusca, mordaxque  
Indoctus aruscator, impius, mœchus,*

*Cui cana flauo melle barba fucatur,  
Borboniarum strix, lauerna gemmarum,  
Fama nitentis omnium venenator,  
Coniunctionis dira pestis humane.  
Is in Galeni se fricauerit libris,  
Vt qui sepultis rauca murmura edebat,  
Nunc duet atra pharmaciis sepulcreta,  
Cartusiorum terra fax monotarum.*

Ad Chambonum.

*Rerum perite, haud imperite verborum  
Sic, quantum honestum pectus ornat, ac linguam  
Chambone, queso, attentius his ades nugis.  
Inter frequentis vda flabra Vulturni,  
Et succulenti nubilas minas Cori,  
Inter Britanni Nerei feras rixas,  
Ligusticique Austrina regna Neptuni,  
Subter procellas horridi Pyrenæi,  
Propter Garumnam, Tarne non procul distrans,  
Olti vadosa pene septa contingens,  
Tot riuulis obsessus, atque stipatus,  
Ineptus augur ringar, atque detester,  
Quod dux catarrhis, institutorque mucorum  
Hic pinguis aer, crassus, atque corruptus  
Me sensibus sic, artibusque multauit,  
Corpusque profligauit: & meum quondam  
Mibi, sibi que reddidit peregrinum.  
Quod ni frequenter, ac frequentius cernam,  
Et id dolores fecerint recordari,  
Non esse dicam, quod fuisse contendam.*

Parat conuiuium Rufo, Natali, & affini suo.

Si nostra cœna despicatur non est,

*Choro venusto, nobiliq, doctog,  
Comis sodalitatæ, atq, festiua.  
Si Ruffus, atq, affinis, atq, Natalis  
Dignantur esse velle classe de nostra,  
Nec mens amica literariae laudis  
Onus grabati fastuosa contemnit:  
Paratum habebō quicquid ad manus nostras  
Auarus, atque impostor afferet mango,  
Hirudo dira grandium crumenarum.*

*Sal capparis deponet: inde oliuarum  
Ab orchis orexis excitabitur languens.  
Post ceteris supplebitur. Galerita  
Vocis canora garrula dabit pœnas,  
Que me doloris moribus fatigatum  
De lucubrationibus ve nocturnis  
Somnum recenti sepe mane captantem  
Fastidiosas excitauit ad curas.  
Exin palumbes semicocta fumabit.  
Tum picta rostro nominata de longo  
Deponet intestina subditis crustis.  
Cristatus olim capo, coleatusque,  
Cuius canentis, & ruenis in pullos  
Est cantus, est amoris impotens œstrus,  
Silente cum voracitate mutatus  
Minus canentes vos, minus silentesque  
Minus voraces pascet, & minus mœchos.  
Quapropter aduolate, si vacat vobis,  
Si constitutum est, cum negotiis diris:  
Si nostra cœna despicatur non est.*

Ad Somnum.

Benigne Somne mitigans vices rerum



Inconditarum obliuione curarum,  
 Qui sine cruore pauperi dabis regnum,  
 Et absque sacris destinabis heredem,  
 Duces Leandro virginem mari iniusto:  
 Ego tibi quid fecerim volo scire,  
 Te absente qui sic destitutus egrescam.  
 Abesse pergis, nec superbus exaudis.  
 Mutanda vox est. Somne carnifex rerum  
 Rubiginosa inertia penu putre,  
 Proles, paterque erroris, atque terroris,  
 Qui somniorum turbulenta dirorum  
 Momenta das, & ante monstra non visa  
 Maleprocax, euerrior bonæ fama,  
 Imago mortis, morte tetrior dira.  
 Nanque illa senis liberabit a curis,  
 Tu post labores semimortua vita  
 Es harum acerbæ vena parricidarum.  
 Tibi quid imprecemur, impotens luroo?  
 Sentina stuprorum, hospes ebriosorum  
 Exul beati cursibus procul calis?  
 Nunquam ut quiescas lassus, & tui oblitus.

### De Lamonij munere.

Tam bella sunt, tam scita dona Lamonij,  
 Quæ de vetusto moye misit in strenam,  
 Perliberalis, candidus, perurbanus,  
 Vix ut parata suspicemur ad cœnam.  
 Quis tam nitentis, innocentis, & puri  
 Creare morte turbidam velit vitam?  
 Pone hic superbi lubricum pecus Nerei.  
 Pone hic volantum, terre æque Natura  
 Pictas lituias, lucidasque ressellas:

Quis comparanda credat esse caponis?  
 Seu gressibus sese acer arduis infert:  
 Regalis afflat, & verenda maiestas.  
 Seu clarus acri fulget ignis obitu  
 Is, quem leonis flamma ferre non possit,  
 Vomirve mites flexa pluma scinillas:  
 Non queso deltrasse Græculum dicas,  
 Quicumque calo ascium hydriam, coruam,  
 Nepam, capellæ, diptheram, aquas, vrsas,  
 Et, si placet Diis, fecit esse caudatas,  
 Capumque nusquam duxit esse fingendum?  
 Ergo arbitrati vapulet meo Græcus,  
 Et qui vorandum clamat esse caponem,  
 Nihil carididi inter salsa dicta Lamonij  
 Momenta laudis ad curenda caponis  
 Scit forte tantum expectorare scazonem,  
 Dum cœna cessat: nulla dum fames cessat:  
 Quot prurientis vina de sinu vatis  
 Potest manus notare, lingua dicere.

### In Doletum.

Doletus est Terentianus Eunuchus.  
 Vult multa multum: pauca sed parum prestat.  
 Tamen tonabit, fulguransque clamabit,  
 Horum farina aspersus esse pistrini.  
 Cursat, recursat, forte si quid arridet,  
 Et Tulliano rapta fonte deriuat.  
 Idem videri Græca scire contendit.  
 Ast illa nouit, ut rigare de flamma,  
 Sudare sub Biarnico polo nudus.  
 Aures tamen fatigat, & necat scriptis,  
 Quæ pro suis deprompta de penu Scenæ

Torquet,retorquet,forte si quid arrisit,  
 Et Tulliano furta fonte detorquet,  
 Quanguam nihil res postulet,nec admittat.

Ad Sangonem fluuium.

Spumose,concitare,saxifer Sango,  
 Superba proles Alpium tremendarum  
 Exesa cuius flexibus citis ripa  
 Peruulsa torua luce Martis inuicti  
 Largo cruore fortis hostis imbuta,  
 Tremefacta se submisit ad pedes nostros:  
 Dic imminentis auo iugo cliui  
 Cuius feroces,horridasque ceruices  
 Parere fractas iussit hæc sibi dextra.  
 Illum illius iam gentis imperatorem,  
 Qua seruitutis nomen exulat durum,  
 Quacunque seruiente morte,quacunque  
 Peiore,duriore sorte seruire,  
 Non optimorum candidissimo regi,  
 Sed his tyrannis,qui tyrannidis dira  
 Furtis coempta iure iura diuendunt.

De Garumnæ admirabili illuue.

Postquam obstinato turbulentus appulsu  
 Vnde magister Aeolus Sirius turma  
 Nos hic secundiora calitus frustra  
 Eheu morantes astra,deprecantesque  
 Pernoxque,perdiusque,vernus,estiuus,  
 Hibernus,autumnalis,obruui nimbis:  
 Miser soluti putridos sinus celi  
 Aquis putabam,ut eluant scelus nostrum.  
 Ruunt niues,liquantur,alia Pyrene  
 Descendit:ima surgit, & tumens feruet.

Furit Garumna toruus:auius ripas  
 Ridens,supini dorfa collis oppugnat.  
 Nihil tyranno obfistit:agminis riuu  
 Dirumpit,urget,dissipat,ruit,vertit.  
 Quacunque spectes,vnus,est aqua vultus.  
 An his scelestasæcula hæc,pater rerum,  
 Posse expiari,quæ sibi merent flammæ?

Ad Ruffum.

Vi Nostradamus veritatis euerfor  
 Tuto queat suuura ficta mentiri:  
 Se calitus feruoris igne demissi  
 Lymphatico furore dixit apprehendi.  
 Quid sentiamus,docte Ruffe,querenti,  
 Canam,canenti Musa succinet verum.  
 Non est Platonis execrandus infamis  
 Engastrimachus sternomantis Eurycle,  
 Nisi a Tagete est institutus Etrusco,  
 Vel Brachmanum crateres,vel choro nudo.  
 Non Zoroastris implet aura diuini.  
 Anus pronæ Stoici fauet nulla:  
 Non dat Themis responsa,quæ dabat quondam.  
 Non inde Python,qui securus est illam.  
 Non arciger Pythonis acer occisor.  
 Non nympholeptos:Baccholeptus est nequam.

De suis studiis.

Plus pœnitet me temporis,quod impendi  
 In Grammatistas,& leues locutores,  
 Vanas poetarum,atque perditas nugas,  
 Quam barbarorum quæ leguntur in libris.  
 Hæc est mearum tota summa summarum  
 Stultum ac supinum,plumbei que delirij,

*Rebus relictis consenescere in verbis.  
Exercitari nos oportet in rixis,  
Vt his omissis veritas prehendantur.*

### Ad Hermum.

*Bonum virum esse quid sit, Herme, si nescis,  
Bene Nitiobrix te docebit ignarum.  
Nam si alloquaris Nitiobrigum quenguam,  
Is tertio se quoque venditans verbo  
Virum bonum esse voce turgida dicit.  
Bene Nitiobrix haud malignus, haud nequam,  
Haud mœchus, haud gulosus, haud adulator,  
Haud foenerator ater, haud venenator,  
Vorat nec ille surta reſta pupilli.  
Non ara tondet, bracteæve contactos  
Crusta de albat ære subdito nummos.  
Non ille testamenta falsa supponit,  
Falsusve testis integras secat lites.  
Non sacra legum tecta sustulit: nunquam  
Aut fratris incest auit, aut suum lectum,  
Strata sorore deinde facta iactavit.  
Non hospitem ne cavit, & simo putri  
Te lectum, vehendum collocavit in plastro.  
Vulgata sunt hæc, trita, spissa, plebeia.  
Sed spirituu maiore manus intendit,  
Calum fatigans cereisque, votisque  
Templi frequentans limen, assidens aris  
Deum nec intus esse, nec foris credit.*

**Conqueritur se coactum habi-  
tare in Nitiobrigib.**

*Quicumque, quisquis, quicquid esse, non esse.  
Qui barbaro me Tartaro propinasti:*

*Vbi beatitudo vera, memiri:  
Aurum, & culina numina, & fera lites  
Crasso culina spurca te vorer fumo:  
Qualem Sicano Cocalo dedi Minos.  
Mida sit aurum, & quale iam fuit Crasso.  
Diræque diris sub Cleombus lites.  
Ne multa: sis hic tu vel vnus ex istis  
Canis: vel istos inter vnus ex nobis.*

### De græculo affectatore.

*Dum noctis intempesta signa venturum:  
Nec me quietis somnus auior inuitat:  
Hos claudicantes claudus æque item versus  
Tibi exaravi mente, mane scripturus.  
Sibi beatus ille, quem probe nosti,  
Is, qui latine Græca vertere intendit,  
Græce pusillum cum rogatus est quiddam,  
Tantum expuit, qui clarius loqui possit.*

**In recoctum iudicem ex rustico, addi-  
ctum canibus & venationi.**

*Audi tyranne facte rege sub iusto.  
Num te præesse iussit arduum iuri,  
Vt immineres innocentibus pestis:  
Qui te ere vinxit, ipse liberaretur?  
Nunc te alloquor, fugacis o sequax prada  
Formidolosi ramicornus cervi,  
Pollentis astu vulpis, aut apri dente,  
Lepusculi, cuniculique fossoris,  
Absconditam quam conficit, quater tanto  
Acri minor viserra dente maiorem.  
Que te per alta dorsa diuitis sulsi  
Innoxium sensere perditæ fruges?*

An non satis dedisse te cani panem,  
 Qui pauperi debetur, atque pupillo,  
 Vt spem futuri deleas item panis?

Qui pradium conduxit & colit tanti,  
 Legi, q; dixit iure verba communi,  
 Deque igne, deque grandine, & gelu, & bello:  
 Cur ille quintam haud addidit miser pestem,  
 Que vastat agros, diciturque venator?

Te nunc recoctum rusticum procelloso  
 Typhontis igne, sanguinis sicutorem:  
 Te lacrymosam gramiam urbis, atque orbis  
 Huc prouoco Maligna larua responde:

Qui nunc togatus, seruat us infedis:  
 Heriq; nudiusque tertius lentum  
 In angulo culina furua fumoso  
 Vidit rotantem, sic iubente patrono,  
 Famelicosa stridulum veru dextra:  
 At debuisti scire: res quoque humanas,  
 Vt id rotabas, sic rotare Fortunam.

Bellum alloquitur militem ignauum.

Linguae impudicæ: frontis inuerecundæ  
 Impænitente corde: corpore incesto:  
 Talo fuga tumentem: mente, dextera imbelli,  
 Terperfidia furace, peieratrice.  
 Modi cupido primum auara contemptrix:  
 Et ambitus superbus, & miser fastus:  
 Tumorque cordis, iuris osor, & recti,  
 Quam sanguinis feruore nominant iram:  
 Durisque vinclis implicata paupertas,  
 Tui meique prima nomen inuenit,  
 Spectans habentem lumine inuido, atq; vdo.  
 Tunc excitata vota, tunc preces claudæ,

Manca, strabaque, despiciata, & irrisa:  
 Monstrilla semiplena speque ventoque,  
 Quibus repulsis restat ultimum restis,  
 Vel a seipsis, vel merentibus furtis.  
 Nanque occupare persuadet, atque urget,  
 Quod non habes: plus alter ast habet iusto.  
 Hinc iura belli vis creauit iniusta,  
 Fucumque fecit nomen hoc mala rei  
 Iurique iniquo fecit equitas nomen.

De fœminarum peruiacia.

Ne fœmina præscribe stulte cancellos.  
 Nihil modi est in fœmina, nihil sani.  
 Si vis tenere, mitte: si tenes, perdis  
 Anguilla non perinde lubrica euasit.  
 Si non aperte, at furta comparat furtim.

Priscorum felicitatis cum ætate  
 nostra comparatio.

Primis recentis orbis rudimentis,  
 Quæcunque profutura suspicabantur,  
 In pace pingui commode procurabant:  
 Vt quenque fors ferebat, ad tori leges  
 Ibat solutas sub virentibusq; vmbriis  
 Mellisfluis complexibus fruebantur.  
 Nec sarietas, sed lusus ut fatigarat.  
 Hinc gutturillo luscimilla cantillans:  
 Hinc murmurantæ ripa garriens riuo,  
 Grata quietis plena dona spirabant:  
 Præsens at ætas sic periit, ut nulla  
 Veterum quietis dona, nec sua norit.

De monacho chymista.

Est frans cucullo recta, recta formace

*Falsi chymistia: lingua cuius inuisis  
Est plena nummis, sed crumena carbone.  
Prouerbum sit inde: carbo thesaurus.*

### De porcis clericis.

*Quæ te beata dona soraida vite  
Negotii subtruxit, & sinu mundi?  
Vt ex aratris & laboribus nostris  
Sic nil agendo pinguis ac iners esses.  
Et roderes, vt blatta, brucus, aut forex,  
Liguriens sudore parca, non sudans.  
An impediri oratione te dicis,  
Quam funderes ad celitum frequens aures?  
Ne publicis sis commodum pecus rebus:  
Nec lac feras, nec præbeas glaber lanam.  
Quid? post preces orationis & nutum  
Nullus laboris admonet te odormensa?  
Gratis vt alueare farcias ventris.  
Nec vnde cera prodit, & nihil mellis.  
An tu perinde auriculam in cauea captam  
Solut dicauit cantus ad voluptatem?  
Quid? nonne fossor in lignonibus duris,  
Marris, dicellis, in trirremibus remex  
Inconditis amasiam modis cantat?  
Nihil remittens de labore, de pœna.  
Et segregata oratione tu credis  
Debere vel post, vel simul nihil nobis?*

### De monachis aulicis.

*Vestigii deserta qui loca vrbani  
Horrore solitario frequentarunt,  
Vt inuenirent hinc quasi fugax calum:  
Quibus fuere dura saxa cervical:  
Cauata rupes dormientibus cella:*

*Nunc inter aule viperas cateruati  
Sucs, cruore pauperum saginantur.*

### De amantium fortuna.

*Contrariis luctatur insolens secum  
Amans. sibi cadaver, alteri viuit.  
Absens sibi ipsi non adest, abest presens.  
Captiuitatem liberam videns captus,  
Nullo pauorem sub pauore constrictum,  
Periculum suauis, noxium, tutum.  
Est sanitas languore plena: langorque  
Vrgente, sanitate victus: & vincens  
Sitis, frequenti comparata de potu.  
Sitim sitire, vt ebrius siti fias.  
Quod habes, cupis: tibi que abesse non cernis  
Risum dolore, fletibusque conditum.  
Sali quies sed non quieta tranquilli.*

### Desperationis exitus.

*Quem credidit dura cruditas diri,  
Suspendiosi vel grauis metus furis,  
Vel denegata sponsa, quam præcabatur,  
Famelicosis vel parentibus natum,  
Vel irulentum ad alueum, atque haram trusit:  
Postquam subacta est illa stenda libertas:  
Fuit domina desperatio verecunda,  
Luto, cui se immerferat semel, herere!  
Et ianitoris auris, atque custodis,  
Qui blanda verba amantis ebibit, postquam  
Collacrymantem vidit: hoc tamen postquam  
Caua recepit perfidos manu nummos:  
Haud os pudor conclusit, haud timor pectus:  
Cauto datori dona sepe dant dona.*

*Et auferunt, qua dantur a receptore.*

### Vitæ cupido.

*Quibus tot annos incubare perrexi,  
Magno pudore liuera exprobauere,  
Quod hanc amare concupiuerim uitam:  
In qua nihil uidere contigit, præter  
Ius temporis miserissimi propagatum.*

### Importunæ vxores.

*Dotata Erynnis, absque doie mendicans  
Non te minus rogabit, annulum, armillam,  
Torquem, ni telam sericam, cicadamque  
Quæ fibulabat Athidas comas morsu.  
Si non dabis: quæ nocte, quæ die ringens  
Obmurmurabit? oblatrabit? urgebit,  
Auersa cernet, accubabit auersa.  
Addet minas, minisque, ni caues, facta.  
Cauesve, non cauesve, iam dabit factum.  
Paratum habebit, qui daturus est, mœchum.  
Si queris unde comparauerit: dicit  
Aunuculus te rusticum esse cognoscens  
Et cimbicem, siueque nepis osorem  
Tractationis istius male pœnas  
Te vult daturum, me tremente, te inuito.*

### Peregrinæ suppetiæ.

*Exercitum qui cogit, & parat bellum,  
Videtur audax: at timore correptum  
Sese fatetur, qui foras opem quarit.*

### De auaro.

*Auarus ardet in labore querendi:  
Fatiscit incrementa dum parat partis:  
Dolet relinquens, ergo nil, nisi mœror.*

### De fucatis mulierculis.

*Venale donis pectus improba mœche,  
Mœchos vel vitro prodigis emens donis,  
Quæcumq; fuco, lacteoue lomento  
Mutat colorem, sese & ipsa mentitur,  
Annosque curuos, saculumque derugat:  
Inertiam auget, exprobatque natura.  
Tributoru, vectigalium, indictionu onera.*

*O sancta Sisachthea numen antiquum  
Concordiæ, pacisque liberum vinclum:  
Si Iuppiter te misit e sinu cali  
Prisco popello Cecropis sui quondam,  
Aeris alieni ut sarcina leuaretur:  
Infamibus perusta dorso clitellis,  
Exulcerata ad ossis vsque vindicturas,  
Petunt, rogantque, liberaliuer dicas,  
Quo dira fata te abdidere terrarum.*

### Gallus, & Hispanus.

*Gallum imparatum adortus ater Hispanæ  
Forasse pellas. vis parata vacordem  
Te ventilabit, turgidum ut solet follem.*

### Senatus non Senatus.

*Centumviratum de inuenculis centum,  
Queis disciplina nulla: forma sed quorum  
Analphabeticis prorsus æquat etatem:  
Et queis adhuc nutricis os olet pappas,  
Fecit necessitatis impius terror.  
Novas vetus prouerbum vices explet:  
Rerum tyrannus omnium pater bellum.*

### Ad Petrum Rufum.

*Alumne iuris Ruse, iuris eiusdem*

*Medulla viuax, plena, pinguis, abstrusa,  
 Ex qua beato flore prodent fructus:  
 Quod te calendis Ianuariis, nullis,  
 Olim ut solebam, versibus salutavi:  
 Id imputabis a gruudini dira,  
 Quæ me deartuauit, efferauitque:  
 Mihi hospitem me fecit exinanivit.  
 Solus relictus est memor tui cultus  
 Amore mistus, unde semper admiror,  
 Quare iurissim non amabis obscure,  
 Nec negliger, ut solent Agemates,  
 Tuique amantem, neminiquæ cedentem,  
 Et cogitantem mente cum sua, solum  
 Exemplar esse te æquitatis, aut nullum.*

### Ad eundem.

*Non me fatigat, magne Ruse, veEtigat,  
 Quanquam trientem radat asse de nostro:  
 Me nanque subuenire non piget, pro me  
 Nobles, diesque principi laboranti,  
 Arma induenti, barbaros repellenti:  
 Non mi molesta sarcina est senectutis.  
 Nolens senex mœrere, morte præueniat.  
 Sed nec quod arius dira rupit aribruiis.  
 Id est ferocis premium iuuentutis.  
 Non me meo deturbat e statu durum  
 Inexpiato sæua fronte paupertas:  
 Sic firma perstant scepra mentis inuisita.  
 Non bella terrent, nec fera mina cæli,  
 Quas voce ludas impudente mentitur.  
 Sed quod Cleones indicant meas lites:  
 Sed quod perenni vita lute non vita est,*

### In quendam.

*Es ater esque sumus, & truces orbes  
 Visus ministri sunt cruore suffusi:  
 Tum labra prominentibus toris turgent.  
 Es Nitiobrix, & notius nobi patris.  
 Eras monotha iuris oblitus spumis,  
 Nunc lema iuris, & feri fori brucus.  
 Rubiginoso dente lingua perplexa.  
 Isthac crumenas lingu, hic vorat nummos.  
 Et sustinet te terra? ten' tegit calum?  
 Quem debuit texisse terra, sed putrem:  
 Proculve terra pensilem piuum calum.*

### In mutuos laudatōres.

*Suos amicos quisque cum canit vates,  
 Se mutuas captare sat docet laudes.  
 Sic fœneratur ille nomen, & famam.  
 Verbum vetus fit: Mutuum scabunt muli.*

### In Monotam.

*Putat Monotes esse se parem nobis,  
 Regno quod uno temperamur hoc sacro:  
 Cælum quod unum haurimus, atque spiramus:  
 Murus quod vnus orbis ambit, ac cingit.  
 Mea quod una sumimus cibum mensa.  
 At o Monota, nobile, & sacrum hoc regnum  
 Haras sibi arceat, & greges a fellorum.  
 Spirat leoni ac cimici aura communis.  
 Tempia, atque olens lupanar urbe cinguntur:  
 Mea catellus lambit ima bascauda.  
 His tu Monota tetriorque peiorque  
 Tuas tenebras, crapulæq, nidores  
 Pares putidis esse posse fulgetris?*

## In Tholerium.

*Tholer cacantem vinolentius uxorem  
Bacchi superfluente rore perminxit,  
Vt pene cæcus semisomnus errabat  
Hasque ait, ad offas hoc parabis embamma.  
At illa ubi se vertit, haud minus fundens,  
Quam tres boues effunderent aratores,  
Vultum nouo colore vineum pinxit.  
En, dixit, offa, quam poposcit embamma.*

## Ad Iouem.

*Pater sereni, ac nubili, pater rerum  
Quæque videntur sole, quæ vident solem:  
Quousque me obsidebis imbribus diris,  
Bacchante continenter improbo Coro?  
Octauus hic nos ambit exules mensis,  
Postquam me acerba ex urbe pestis exegit,  
Exercuitque dira, lacinavitque  
Terrore, solitudine, atque egestate  
Aegrum gelu, morboque nec minus curis,  
Et quæ vocatur, nec vocatur, ætate.  
Et nunc parantem iam redire sub iuuo  
Toruus minaci territat polus vultu.  
Quid amplius vis? o sacri sinus terra,  
Nullus quieti si datur locus supra:  
An subitus esse denegabitur nobis?*

In psalterium Græcum vetustiss. Quod  
mihi dono dedit Vidus Brassacus  
præfes Burdigalensis.

*Brassace, quod virtute fultus antiqua  
Donaueris ætate munus antiquum:*

*Hac parte pulchre conuenit tibi atque illi.  
Hoc pulchrius sed conuenit tibi, atque illi,  
Quod regis ille cantus, & canit regem  
Iustum, supremum, & omnium patrem regum.  
Tu stemma gentis inclutum gerens prisca,  
Regis suprema sceptrâ, regis inuicti,  
Qua fluctuoso regnat amne Garumna.  
Pulchre ergo Vide conuenit tibi atque illi.*

## In Brochum Parisiensem.

*Brochus nepotes de suis bonis, deque  
Vita parentis, iure tum sepultura  
(Nanque hoc agebant, hocque disputabatur,  
Humine putris esset, ane sublime,  
Ludibriumve turbido cinis Cæuro)  
Periclitantes, supplicesque opem orantes  
Illo ore duro, & impudente despexit.  
Quin impulit dryphacta iam sat irata,  
Vt hac miselli pellerentur e vita.  
Hoc te volebam scire: nec necas monstrum,  
Diroque iustus subiicis piâs flammâs!  
Non: Hic sat esse pœna cum queat nulla,  
Seruetur orco, vindicique fortuna.*

## In Plutum.

*Boni benignis Aesculapij succis  
Olim videndi Plute compotem factum  
Quisnam Deorum, quisve classe de nostra  
Te nocte rursus cacitatis affecit?  
Nam tu videre se videntibus tanto  
Fastu tumente Porticoque Brucoque  
Et Aeschrione rege faeneratorum  
Quisnam scelestos perditos inaurant?*



*Quis nos prudentes fecit esse mendicos?  
Inepte, quid nugaris, aut quid argutas?  
Est Plutus iste nullus. At Dei nutus  
Peruersa quos ob facta querit vlcisci:  
Istas cruces obrudat, haud opes trudit.*

### In leguleios, & magistratus Gallici rapacitatem.

*Cohors inanis & pudoris & recli,  
Et iure quicquid iuris attinet iuri:  
Præceps rigore, sponte nesciens æqui,  
Et quicquid æquitatis ex bono, atque æquo est:  
Si mentiar: crudelium ferocis diro  
Serpentium Megæra me necet nexu:  
Indesinenteque hauriat iecur flamma:  
Quoad perustus aridus cinis fiam.  
Sin fur beatus legibus tuis viuens,  
Per te triumphans nostra carpit impune:  
Impune perpetrare si licet cades:  
Opprobriis laceßere impiis calum:  
Si sanguis orba sanguinis minus fugit,  
Quam tu crumena sanguinis q<sub>3</sub> vitæ q<sub>3</sub>:  
Scis quid deinde, quidve postea dicam.*

### De Nola ex Gellio.

*Magno exhibere carminum Deo, fontis  
Libethridos perennis aureo fonti  
Quod nulla nullos Nola noluit fontes:  
Dispuncta sacro nunc iacet nihil libro.  
Tu quod meos contaminas sacros fontes,  
Ascripta nostro sis nihil iacens libro.*

### Ad P. Rufum Confiliarium.

*Magnanime Rufe, nobilis decus sceptri,  
Quod Rex seuerus vibrat in manu vestra:  
Cum tu bene institutus omnibus punctis,  
Per ambulacra maximi Stagiritæ,  
Perueneris ad culmen vltimum legum:  
Tibi vel uni vel potissimum par est  
Rerum meas narrare difficultates,  
Quibus scelestæ facis vnus e face  
Coegit explorare, si fides vsquam est.  
Is vt relictas ab auia satis lautas  
Exurgitauit perditus facultates:  
Excogitauit artis abditum nodum,  
Quo duplicaret patrimonium erosum.  
Proscribit, & producit, & statim vendit.  
Abutitur pecunia, belluaturque  
Que vendidit, reuendit mibi quedam.  
Et sic habere, & non habere, nil differt.  
Æque ex viroque comparare si possit.  
Te nunc, seuerè Rufe, lasus appello,  
Astræa quem respexit, & sacra Musæ,  
Vt qui malignus, & proteruus impostor  
Se stellionem de malo viro fecit,  
Sit stellionis despicatus ob turpes  
Notas, notati stellionis exemplum.*

### Ad P. Natalem.

*Natalis, huius splendor, ac decus cali,  
Germana proles undecunq̄ue quacunq̄ue  
Biuerticisque montis, atque virtutis:  
Mecum pusilli ruris hic suburbani  
Carpes opellas: vt Canicula diræ*

*Suiculosas æstibus minas frangas:  
 Qua collis umbras, vitreas specus fibras  
 Vmessiana villa pauper, at lata  
 Tibi, & mihi promitti otio pingui.  
 Iam fumat hædus musteuq; pinguisque,  
 Marrusque proles iusta cura perditis.  
 Parata perna est arte Cantabri insani.  
 Quod si sitis timeatur: at tibi præsto  
 Rubiginosa pruna purpura admista,  
 Quæ transmarino Cyprus orbe conseruit,  
 Ei succulenta voribus Damascenis.  
 Vterque Bacchus, candidusque gilunusque  
 Vasconicis adulius in saburretis  
 Blando liquore tinget aridum guttur.  
 Ientabis, & prandebis, & merendabis:  
 Cœnabis, & cubabis. Inter & risus,  
 Et lata condimenta sobria vitæ,  
 Vita tyrannas enecabimus curas.*

*At interim valere te iubet Musa:  
 Cuticulam curare. Nam tui quantum  
 Furaberis, habebis id tibi solum.*

### In Bibinum.

*Fulsit Bibinus sicut ignis in pingui,  
 Nullis opertus, aut coactus in cryptis  
 Divis Monota cum lateret in claustris.  
 Is, post cuculla cum pudore deposita,  
 Maligna fusca luce flamma stipata est,  
 Tanquam vitrata, corneæve laterna.  
 At nunc opimis porcus auctus in sacris,  
 Nati Neoclis vindicator impuri,  
 Ingurgitatus otioque, vinoque,  
 Villo sine igne est fertulenta laterna.*

Quem

*Quem dixeris, aut cuius esse natura  
 Qui lux in umbra, in luce factus est umbra?*

### In Thermum.

*Balbutit ore muccido loquens Thermus,  
 Francus videri ut possit esse natiuus.  
 Sic de Cemeno, srupeoq; larrone  
 Se lege sola hac venditavit ut Francum.  
 Non semper atqui Termus ecce balbutit,  
 Sed sobrius tantummodo. Ast ubi vena  
 Mero tumescunt, concalentq; fringuntit.  
 Non ergo blaso semper ore balbutit:  
 Sed semper ore pipilante fringuntit.*

### De Tolosatam vecordia.

*Qui temperant Rempublicam Tholosatem  
 Salarium dant annuum scinnistis,  
 At literatis nec teruntq; solam  
 Formam, nec umbram, nec sonum quidem monstrant.  
 Quid ergo causæ, quidve moris hoc dicam?  
 Egent amusi musica: id cate curant.  
 At Catalanos hispidos, Hiberosq;  
 Civilitatis Gallicæ feros hostes  
 Nullæ volunt, nec forte, si velim, possunt  
 Formare literæve, literatæve.*

### In Nostradamum.

*Si Nostradamus, quid pudere sit, nescit:  
 Quod est paratum, nec reconditum, & præsens,  
 Quanam futura notione mentitur?*

### In Strumam.

*Struma sedentis in sedilibus primis*

*Subter nates sunt lilij sacri flores.  
Sic lilij, sic iuris æqua fors, nanq̃te  
Oppedit almo lilio, inq̃minat iura.  
Sed liliū emitt, sancta iura diuendit.*

## In eundem.

*Olim dicacitatis ignea Struma,  
Acerbitate dictus aliter Hipponax,  
Acerba dicta nunc seuerus abnuat.  
Ergone derepente factus est purus?  
Non. Cum malis latronibus malus larro  
Olim faciebat paria prauus ex æquo.  
N equissimus nunc: ideo nunc imet culturum.*

## De Bibino.

*Cocus Bibinus si fuisset, & vino  
Lixare carnes debuisset: has carnes  
Cõnuina semper esitasset assatas.*

## De eodem.

*Tollens Bibinus ebrias manus calo  
Faceta blasa voce vota concepit.  
Post aurei, atque argentei, eris & ferri  
Sacti quaternas te precamur atates  
Pater, paterni regna qui regis calis,  
Hanc ultimam fac esse de mero vino.*

## De Struma.

*Coniciatur Struma non nisi sera  
Hora diei, cum vigil sacrum calo  
Iubata Vesperugo lumen accendit.*

*Ergone pura lucis aurea proles  
Mæret ruentis solis igneum currum?  
Non est: sed astris astra quotquot apparent,  
Suum cuique cymbium propinauit.*

## In eundem.

*Quisnam putaret optimum virum Strumam  
Deesse amico? debet hic ei vitam,  
Plusquamq̃ vitam, plusq̃ quam quod est vita,  
Si vita plusquam vita scripta sunt cara,  
Quæ fecit illi scripta de suis scriptis:  
Quisnam putaret optimum virum Strumam?*

Comparat mercedem legulei cum  
mercede medici.

*Quid est, in vno plura dona quod solo  
Die tuli clamorosus iste paronius  
De litigante, quam diebus in centum  
Ego tuli de febriente quartana?  
Et plus ego laboris in die exhausi,  
Quam centies diebus ille bis centum.  
Malos malane præstat arte corrumpi?  
At integris, bonisq̃ nil opus donis.  
Sed sola soli præmium sibi virtus,  
Opusq̃, postulat conscientiam solam:  
Quæ sancta auis tam rara, tamq̃ despecta est,  
Vi solo in vno forsan extet, aut nusquam?*

## In sæculi sui perfidiam.

*Fidos amicos cum deesse mirarer  
Mibi, qui amicis non deesse me ostendi:  
Intelligebam non mea reos factos,*

*Reumve me, sed saculi rei culpa,  
Scelere quod omni putret, atque computret.*

### De eodem.

*Iratuſ eſt me aduerſuſ acer Hipponax,  
Quod non ſat acer ſcribo, nec ſat iratuſ.  
Quare vel imiſ Tantiari loq̄iſ ſeptuſ  
In me minatur facta ſe eſſe facturum.*

*O parce parce dure mi ſenex dure,  
Si non queo pluſ, quam queo. veni atque audi,  
Audi, vide que, tum videbiſ, ut vires  
Supra tuas ſit omne quod ſceluſ regnat.*

### In Bibinum.

*Quandò Bibiniuſ vina potat aſtina,  
Aeſtate dicit eſſe frigiuſ in fundo:  
Purumq̄ verſo cymbio videt fundum,  
Quando Bibinuſ vina potat hiberna.  
Cur ergo frigiuſ ille querit in fundo?  
An eſt Bibino ſemper aſtuſ aſtatiſ,  
Et ſemper aſtuſ aſtuſa potantiſ?*

### De ſolitaria vita.

*Theſauruſ almuſ ſolitariæ vitæ,  
Imo repoſtuſ ſentiſ in ſinu mundi,  
Siquem beariſ, ille ſoluſ eſt diueſ.  
Beariſ autem ſolitariuſ, verum  
Non qui remòtuſ a frequentiuſ cœtuſ  
Conſauciatuſ a frequentibuſ curiſ.  
Sed quem frequentem cum frequentibuſ ciuem  
A proſtitutiſ abdicat Deuſ curiſ  
Locis frequentem, mente ſed ſibi ſolum,  
Exemplar ut ſit ſolitariæ vitæ.*

### De otio.

*Vulguſ negotioſa facta detrectat:  
Seſe reduci, colligitque ſecurum.  
In otio reponit optimam vitam.  
Contra beatiſ, cui Deo fruſ, vita eſt,  
Sibi inſtat, ſorget, unde quaque diſtringit:  
In otio recenſet irruam vitam.  
Mentē luerata cum quieſcit, eſt amena.*

### De Bibino.

*Aedeſ Bibinuſ cum me aſ frequentareſ:  
Eramuſ ambo voce, mente concordēſ,  
Civilibuſ contentionibuſ fratreſ.  
At poſtquam ab illiſ eſt malignuſ exactuſ,  
Pluſquam paterna mente nunc ſumuſ fratreſ,  
Nulla mala diſſenſione diſcordēſ:  
Non vult venire iſ, ego venire eum nolo.*

### De quorundam perfidia.

*Sunt qui me amicuſ puritate viuendi  
Vel eruditione poſſe, vel rara  
Humanitate comparare contendunt.  
Vt iudicentur ergo iudiceſ iſti  
ſiſtant & argumenta reſ, & euenta,  
Primum parem eſſe ſe mihi volentē Caſca  
Mox ſeruitutiſ ſtulta vincla tentauit.  
A morte noſtra ereptuſ arte Nigrinuſ  
A peſte pulſuſ nec procul ſalutauiſ.  
Qui mutuatuſ eſt Lycuſ meoſ nummoſ  
Ne reddat, impudenter hoc petiſ clamat.  
Coruſ meorum, gracculuſque librorum  
Tu liſſe multa nil putat, petiſ cuncta.*

*Quod factionis esse particeps nolo:  
Iurat Bibinus me virum esse nescire.*

*Apage, cremari nolo, nolo fiscari.  
Iubet fugari a civibus Dei Tunger.  
Hem quos amicos balneare nesciui.*

### In Strumam.

*In eruditione siquid erravit,  
Vel elocutione, vel modo rerum:  
Cum quis monendo corrigenda monstravit:  
Circumuenire se calumniis clamat.  
Non vult amari, non amare vult Struma.  
Non vult amari Struma, vult adorari.*

### Ad Maumontium.

*Vindex seueræ veritatis iniuse:  
Pudore plenum pectus, & pio sanctum,  
Feruens fideli caritate Maumonti,  
Cui tanta debet, quanta fert meum nomen:  
Post lugubres epistolas, querelasque,  
Audi, remoto Musa quæ canit fletu.*

*Vt implicatis expeditus e siluis  
Aëtus Zibynis, morsibusq; latrantum  
Cervus pauore liberatus excusso  
Hansit quietis dona: dona securus  
Nemoris capeffit, & liquentibus lymphis  
Cænoza crura, & aridum lauit guttur.  
Sic inquieto mortis impia morsu  
Dudum appetitus, lancinatus, accusus  
Plusquam fugis exercitatus, extrusus  
Volo iocoso lauere guttur hoc versu,  
Iraque fati vel truciis frui inuita.*

*Post multa luridi aeris, locorumque*

*Tentata iura, post subinde mutata  
Audi malorum pharmacum, atq; solamen.*

*Casa est reposita in pestilente conualle:  
Nam languido Austro pestilentius nil est.  
Et tota totum vallis hæc bibens Austrum  
Erecta sub Septentrione concludit.*

*Raro hic videtur nec trihorium Phœbus.  
Nox ante noctem est, vix diem dies nouit.*

*Male imbricatas tegulas, hiantesque,  
Nec bene equitantes, affabreue commissas  
Supra lacescit imber, & natant infra  
Infessa riuus imbrium pavimenta.*

*Quin & culina murus in foco, in flamma  
Rimis paratis imbre flumen eructat:*

*Vt, esculentum siquid hic tibi speres,  
Sit potulentum, & turbidum vores cœnium:*

*Porta, & fenestra non minus patet clausa,  
Quam cum est aperta: tum satellites diros*

*Hiemis furentis, atque flumen admittit,  
Tanquam hospitalis hospites salutantes.*

*Ad quæ benignos si paraueris ignes:  
Votis quibusvis velle te foris clames*

*Algere nudum, perpluig; sub dio,  
Prent scelestus, quæ dabit cruces fumus.*

### Curis angi se.

*Quot sunt, tot execrabiles mihi curas,  
Vicarias quietis exulis ducunt*

*Quæ noctis intempesta signa collucunt:  
Sic somnolenta utrinque fortis exortes.*

*Nox clara, & atra corda subruunt cura:  
Quid ergo sit, contrariis ut ab rerum*

*Idem creetur qualitatibus: tanquam*

Recto feratur, quod feratur obliquo?  
Nisi in ruinam, perditamq; fortunam,  
Meam ruinam funditus, meorumque  
Elementa coniurasse cum Deis dicam!

### Xenia ad Margaretam Vitelliam.

Dies venusto sacra turba Saturno  
Ruentis anni lubricas vices, lenta  
Traiectione mittite in nouas lucas:  
Vt incobetur annus iste venturus  
Omnes in annos, quotquot in poli gyris  
Sese induendo cana sacra detexunt.  
Omnes ut anni quotquot in sinu calis  
Sinuantur, & voluntur, & reuoluuntur,  
Vitellia parentur inclyta vita.  
At si superba vota cassa sint, tandem  
Repeter quod ipsam patrium sibi calum:  
Omnes ut annos, quotquot e penu mundi  
Promuntur, & conduntur, & reconduuntur,  
Fatis superstes, mortis horrida vidtrix  
Erit in meis, ac potius in suis libris.

### Ad Erinnyn in tempore pestilentia.

Si de reatu, deq; rebus afflictis,  
Deque furiali morie, morie viuaci  
Exire, poena est: O ministra poenarum,  
Qua diritate sonnium fatigantur,  
Tandem seuera, nec seuera venisti.

Funesta gemitu cuncta, cuncta languentum,  
Cuncta morientum tabe, moriuorumque  
Constrata aceruis, quaque iam sepultura  
Solebat esse terra, tecta foetente  
Cadauere est sepulta non sepulorum,  
Vt mors sibi ipsa possit esse terrori.

Sed quid paratum est? passus hæc iners vulgus  
Iniuria parauit vlcera soris,  
Iniuriarum scodus auctor, immanis,  
Dirus, ruinis creuit illius diris,  
Fundens torosa verba torua ceruice.  
Moliur animo scoda facta furaci.  
Regique iam, si deitur, auferat regnum.

Ergo Dei te iusta si manus misit:  
Quid iudicandum est? anne quos peculatus  
Cruore pingues, pauperumque sudore,  
Atque vitæ, & pupuli facultates,  
Quos sacra iusta, quos profana pascebant.  
Quando illa defecere, qua vorauerunt,  
Ipsos deinceps esse se voraturos.

### De Bibino.

Annos, Bibinus inquit, esse viginti,  
Quod non fuisti, Casar, ebrius, credo.  
Tam parcus es, tam teque duriter curas.  
Audi, Bibine, qua tibi inuicem dicam.  
Tam largus es, tam teque molliter curas.  
Tibi bis annos, ter, quaterque viginti.  
Te nox dieque semper ebrium vidit.  
Quod si ebrium non vidit, at malum vidit.

### In Bibinum.

Bibinus ille factiosus, & durus  
Mentisque, mente pruriente decoctor  
Diris monota cum lateret in claustris:  
Tum literis, & voce literatorum  
Calense sese continebat in cella  
Quales monotis nominare, iusque, fasque est.  
Vt se inquinatis abstineret a stupris.

*Et remulenti contineret a rixis.*

*At liber extra dira claustra claustrorum,*

*Nunc per plateas, viculosque fœtentes*

*Discurrit, ut se spurcus inquinet stupris.*

*Quod si coacta sorte, non coactave*

*Non per plateas, viculosque discurrit*

*Vino calente continetur in cella,*

*Quali monotam inebriari, iusque fasque est.*

### In Strumam.

*Famam dedi, fama que plena momenta.*

*Scripta approbavi testimoniis vanis.*

*Quibus foueres illa, gratus ostendi.*

*Qua sustineres cautus, abstinere que,*

*Dedi roganti scripta nostra, qua furtim*

*Infame lemma nominis tui ferrent.*

*Tuam dedi iam, mox meam dedi famam,*

*Non ambigens, mollive restitans cura*

*Totum meum transfundere in tuum totum.*

*Et tu meum, sceleste, nomen arridens*

*Non credis arrosisse sic tuum nomen?*

### In quendam.

*Mirare, quod te qui prius viri docti*

*Miris solebant ferre laudibus quondam,*

*Opprobriis nunc perditum secent miris?*

*Quondam benignus, sobrius, pius, comis*

*Omnes trahebas, versa nunc vices mutans*

*Natura versas mutat & simul mentes.*

*Lingua impudica, durus halo, lurcoque,*

*Scortator aleator, & propinator,*

*Dirisque factionibus tumens, putris*

*Auertis: auertuntur, & ferunt monstrum.*

*Quos tu fugasti, te fugare miraris.*

### In Strumæ vanitatem, & ambitionem.

*Quid? Struma Græce callet, & callet Græce.*

*Miscens Latinis Græca, Græca transfundens,*

*Calo Latino, vocibusque, donauit.*

*Sic psitacus, sic pica dant suum χείπε.*

*Eburneos sic Lygdamis gerit dentes.*

*Coma coempta sic sibi placet Lyde.*

*Olympiorum præco sic erit victor.*

*Sic fiet idem præco Rexve, prætorve,*

*Si quando eorum nunciabit edicta.*

*O Struma, quisquis voce non sua turget,*

*Is tibia est: & aliter ille tibicen.*

### In eundem.

*Sese ambitus incommodis fatigari:*

*Famaque tangi ventilantis assultu*

*Solet negare Struma, si probes contra:*

*Deum Deorum iurat, esse se immunem.*

*Atqui dicatum Ammonio nouum librum*

*A quodam amico vate cum recepisset,*

*Vt mitteret librario: statim nomen*

*Ammonij derasit, & suum scripsit.*

*Idem undecunque Græcitatibus ignarus,*

*Tamen Latina Græca voce donare*

*Cum pruriat: cum captet hanc sibi fama*

*Opinionem, perditusque tabescat:*

*Opem, manumque mutuatus Ambacti,*

*Ah ah misellus ille pro suo vendit.*

*Ergo ambitus se iure iurat exortem.*

*Non ergo mutuatur improbe famam:*

*Sed & benignus mutat suum nomen.*



IVLII CÆSARIS SCA-  
LIGERI SIDERA.

DIVÆ CATHARINÆ  
FRANCORVM DELPHI-  
NAE NATALIA.

**M**agnanimas acies, ac Thuscæ robora Mar-  
tis,  
Et formidatas Romanis collibus arces  
Exoriens aperi roseo Matuta recurſu.  
Dumque vehis, terras radiet qua lumine, lucem:  
Altera lux calum illustrat procul edita terris.  
Arne, quid ad streperas Tyrrheni volueris undas?  
Siste fugam tacitus, placidisque relabere lymphis.  
Huc, ubi perpetuos fascēs, sceptrumque vetustum  
Mole noua cumulat nascenti in virgine Meddix.  
Huic fas Diue tuas tumidum summittere ripas:  
Et dare adorantem diuinis oscula plantis.  
Nanq̄, Iouis deducta sinu, & Diis amula virtus,  
Quanta viris fuerit, quanta est ventura puellis,  
Atq̄, poli intentas vires, atq̄, astra fatigans  
Huic dabitur: patriis qua maior honoribus, olim  
Maiores etiam sistetur numen ad aras.  
Surge nouum genus in veteri. date lilia plenis,

Quæque rubent vitæ saturo flammata colore,  
Quæq̄, niuis superant vestra candentia lucem,  
Alpigena Nymphæ calatibus, hinc illa profecta  
Rursus in antiqui imperij sua iura redibunt:  
Et secum referent rerum felicia palmas.

Gallia compeſcens bellacibus omnia turmis,  
Gallia pacati studiorum mater honoris,  
Crescere qui poteris? cresces tamen ardua: quando  
Henrico Catharina pari iungetur amore.  
Squammeri gregis vndiuagum qui stemmate regem  
Præferet, & sceptris augetur scepra Britannis.  
Illa tuis proprias interferet artibus artes,  
Et regnum poterit regna, & fata addere fatis:

Hic præscis ille est deductus sanguis ab Oscis:  
Vnde securigeros peperit Tyrrhenia reges.  
Ante etiam quateret quam res Romanus, & ante  
Ignea quam faceret tumidos Bellona Quirites:  
Immenso imperio, supremo numine Meddix  
Floruit: & patrio tremefecit Marte Latinos.  
Post, ubi per varias clades, & mutua rerum  
Excidia, ut visum est superis, Oenotria tellus  
Fata sequens, Latius sese commiscuit armis:  
Tum cognatorum se Thuscæ ad limina regum,  
Auxilium non tam querens, quam robora portans,  
Hostibus in vacuas sedes, tutosque recessus,  
Regni clara trahens insignia, contulit Oscus.

Olli per pacis studia, & certamina belli  
Terra data est ingens, tum regni in parte locatus  
Meddicis æternum nomen transfudit in æuum.  
Bissenos etiam populos cum conderet Arnus:  
Huius, dimidium moderandum cessit, habenis:  
Quot semper geret ille suis insignibus orbis.



Salve magna Deum soboles: gens addita Diuis:  
 Tot claros lacura duces, tot regibus orta,  
 Tot reges genitura. At tu qui sidera torques,  
 Omnipotens: seruare genus, generisq; nepotes  
 Sancte velis: & auis similes regnare parentes.  
 Ipsi inter sese pacata fœdera mentis  
 Perpetua instituunt: & claris oria Musis:  
 Vnde sibi pariant ignota in sacula famam.

Diua Margarita Valefia diui Fran-  
 cisci regis F.

Natura exhaustas caelesti in corpore leges,  
 Et gratium latis onus intolerabile terris  
 Admirans canerem: mihi si satis ardua montis  
 Virginei momenta forent: totusq; reclusus  
 Sufficeret numeris Helicon. o maxima rerum,  
 Quas calam tegit, & terrarum sustinet orbis:  
 Cuncta tuis meritis longe, longe omnia votis  
 Inferiora meis. tibi tu que sola fuisti  
 Vnica, par, similis, non noto numine tantas  
 Sola potes nostra hæc conferre in carmina vires.

Ergo te ipsa hæc: propriis non laudibus ut te  
 Exuperes: seruo sed operi lacura precanti.  
 Nam que alios raris felix virtutibus aques,  
 Tota tua est pietas, tota est clementia, totus  
 Humanis miscens caelestia mentibus ardor.  
 Quis te mane videns, labenti vesperis aura  
 Non fruitur? quis te alloquitur, qui munera vite  
 Oblitus propria, abs te accepisse negabit?  
 Audiit, & veniens extremis hospes ab oris  
 Viditq; obstupuitq; & vix sibi credidit ipsi:  
 Magnanima facilem cum maiestate decorem:

Fulgere

Fulguret ut grauitas vultu condita sereno?  
 Cum belli egregias, pacisque edisseris artes,  
 Candida magniloquum ut referat facundia patrem:  
 Patrem cui tantum debent hæc sacula, quantum  
 Vel Phœbi placidi, vel duri Martis honores.  
 Quem gens læta Deo, gens magnis debita fatis  
 Et sequitur iussa, & non iusso imitatur amore:  
 Virtutum exemplar rarum, lumenque Deorum.

Nos quoque quos stupidos natura detinet ordo:  
 Quorum animus dubio fortuna fluctuat æstu:  
 Tam varias vno miramur pectore mentes,  
 Factaq; dictaq; & excelso pendemus ab ore.  
 Nec satis est spectasse semel: iuuat vsque tueri:  
 Fallereque oblitus labentis temporis horas.  
 Sine paras dictata tuis intexere chartis:  
 Seu proprio conaris opes depromere censu:  
 Et canere antiqui prima incunabula mundi:  
 Seminaque & rerum veras euoluere causas.  
 Maxima que a sanctis diuinitus hausta magistris  
 Iam facis esse tua: ingenio dum candida amœno  
 Condis, & grauibus coniungis pondera dictis.  
 Nec tamen hunc tantum calorum dotibus auctum,  
 Atq; antehac nullo compertum tempore nutum  
 Vlla dies, vllusve locus videre superbum  
 Regium erat. posse: ac merito fortasse decebat:  
 Diuinum fuit, hunc sortis superare tumorem:  
 Vnde tuis cessit suprema potentia fatis.  
 Vt cum animos rapis, ipsa tuum donare fateris:  
 Quantaque vis vultus, mens tanta in mente benigna est.  
 O regni decus, o patria lux, aurea virgo,  
 Virgo decus cali, virgo spes vltima rerum,  
 Quas Phœbi in gremio, Martis necat impius horror:

*Nil maius patre, nil melius genitrice canemus:  
Fratribus immensis nihil est diuinius. horum  
Omnia sola ferens: raris sola aribus augens  
Perge nouis formare sacrum virtutibus orbem.  
Nosq; tuas animas consorti reddere calo.*

*Diua Margareta Valefia Nauarræ  
regina.*

*Te patriæ columen, te cali stella sereni  
Cantabria regina cano Res ardua. verum  
Te duce, per tua dicta, per immortalia magni  
Facta animi, tecum sperato inuoluatur Olympo.*

*Orbis ades. radij quem vis collustrat Eoi,  
Quem vis Hesperus operit deuexa quadrigis:  
Te totum in sola rerum mirabere luce.*

*Qua te caelesti proles Valefia lingua  
Prouocat: atque animo felicibus imperat astris  
Seu bifido libuit deducere vertice Musas:  
Seu sanctos grauibus numeris innectere sensus:  
Et placidas patrij cali recludere leges.*

*Ipsa etenim veteris mundi labemque, ruinaque,  
Et desolatas canit atro crumine sedes.  
Donec ab aeterni descendens culmine regni,  
Illam morte sua pia sustulit hostia mortem.*

*Pro quo (Nam quis plena tuo de pectore, magna  
Margaris, attonito in gemitu suspuria nescit?)  
Decolor ut terras vdo sol cinxerit amictu:  
Tollens sidereos cognata ad sidera vultus  
Flammaio captum, ac vinctum lacrymatur amore.*

*Mox ubi pura dies cedentibus ingruit umbris:  
Te solum te Christe petens, tua vincula plangens,  
Tecum abit ad proceres, ac tetram principis aulam.*

*Tecum*

*Tecum haurit rapida crudelia iurgia lingua.  
Et sputa, & plagas, & noxia verbera sentit.*

*Heu quoties diris facies sonat icta flagellis,  
Brachiaque, faciesque, & multum illusa tyrannus  
Pectora, perpetuam rerum situentia pacem:  
Illa suos toties lacerari intelligit artus,  
In te abiens, tecum montis subitura cacumen.  
Hic, ubi tartareis regna execranda triumphis  
Exiis: vnde patres miseros, vnde omnia tecum  
Traxisti. trabe me me etiam rex optime dixit,  
Et rex, & pater: hinc potes, hinc te velle precamur.  
Sic ait: & quod mente sibi capit, explicat orbi.*

*O felix pietate tua, virtute tuorum:  
Seu veteres Carolos felicia numina, seu tu  
Franciscumque patrem, Franciscique inclyta patris  
Pignora, magnanimos gaudes preferre nepotes.  
Quorum animus laude, inuidia, certamine maior,  
Imperis quantum prestet, tantum arroget armis.*

*Quid memorem, quantos surgentia sacula plausus  
Ingeminent? cum tu populo prefecta potenti,  
Marta qua feruet duris Aquitania bellis:  
Fraternas inuicta metu moderaris habenas.  
Regnum ingens, ingens frater, res plurima coniunx:  
Fratre iubente tamen, facili sedente marito.  
Auspicijs stat tuta tuis pars optima regni:  
Et licet in medijs Phœbi terere otia turmis:  
Atque frui nondum comperta pacis honore.  
Quid maius, quam ut bella ferox sibi sentiat hostis,  
Inter mille fugas, & mille erecta trophæa,  
Commisissis tibi Marte tuo summotus ab aruis:  
Et placida populus capiat sibi commoda pacis?  
Has tu olim sancto diuina matris ab aluo*

(Obstupuit sexus) retulisti protinus artes.  
 Atque hoc præripuisse viris, ut maxima res est:  
 Sic maior, traxisse illos ad præmia cæli.  
 Nos etenim, quos dira trucus contagia mortis,  
 Caca animi rabies, falsa ludibria mentis  
 Captiuos tristi (infandum) obsidione premebant,  
 Te dulcis Christi nomen dicente salutis,  
 Discussis, o sors, reparata e mente tenebris,  
 Luce noua frumur læti, & vitalibus auris.

Ad quem igitur potius mea mens se conferat? in quo  
 Spem ponat? sibi quem petat auxiliaribus armis?  
 Seu qua dura meus timeat procul abdius hostis:  
 Seu qua sollicito læti discrimina pellant:  
 Quod scelerata piis, ipsa impia, turba minatur.  
 Sancta mane mihi: fera tui pete limina cæli.  
 Interea rebus, quas tu facis ipsa, secundis,  
 Aeterna longæ uia doce pia semina vitæ.

### Diua Ludouica Sabaudia diui Francisci regis mater.

Postquam nox animis augusto funere nostris  
 In sedit: viduoque sua est lux reddita cælo:  
 Læta Deum nitidas se des, numerumque piorum,  
 Duro exuta chaos, ac tenebris Ludouica profundis  
 Auget: & æthereis supereuolat æra pennis.  
 Ergo omnis longo proles Valesia lætæ  
 Soluitur: ingentesq; sonant plangoribus ædes.  
 Ast ubi diua parens regali condita fulcro  
 Composita est: iacuitq; altis extincta tenebris  
 Heu lux regni, & magnanimum spes tanta nepotum:  
 Circumstant heroum acies, densaq; cohortes  
 Certatim sese agglomerant lugubribus aris.

Nec fletu saturat oculos, nec pectora planctu:  
 Instituuntque toros, trepidant funalia longo  
 Ordine flammarum, & late loca lamina complent.

Atque ea dum penitus lugentum parte geruntur:  
 Inuictusque animis, & fati turbine maior,  
 Hoc uno videtur pietatis numine natus,  
 Pro teneris lacrymis, pro fœmineo ululatu,  
 Defixus rigidos oculos stupet: atque ita fertur:  
 Qualis ubi aut gelidam serus prope fluminis undam  
 Eridani, aut Baldi depresso verice pastor.  
 Ille fera tempestatis securus, & imbris,  
 Aut numerat capita, aut venientum cornua discit.  
 At procul ut trepido calum tonat omne tumultu:  
 Obliqua de nube sacer Jouis attigit ignis  
 Afflatus: crepitansque vago coma murmure fumat.  
 Ergo ubi conceptus diuini in pectore regis  
 Eruptit dolor, & pulsas se effudit in auras.  
 Flebilibus tandem lacrymans ita vocibus inquit.

Bis me igitur patrio cælo, atque illustribus armis  
 Alma parens, patrumque mihi monumenta priorum  
 Restituis: grataque fruis me luce inbebas:  
 Vt mihi quod dederas, illo te lumine cassam,  
 Atque hoc sic positum antiquo sine nomine corpus  
 Alloquerer: furdasque onerarem questibus auras?  
 An ne etiam atheria diuinum sidus ab aula,  
 Debuit perpetui spirantem pignora amoris  
 Me miserum, implicitumque piis accentibus audis?  
 Quid querar? an ne ingens regni mihi lumen ademptum,  
 Consortesque manus, firmamque in matre quietem?  
 Haud equidem felicem animam, veramque coronam  
 Diuatiuam: qua nunc mortalia fœdera tenuis:  
 Sed me ipsum: modo quem miserum sub carcere cæco.

Mortalis vita, repetens tua regna relinquis.  
 Mene sub incertis, ac duri certamina Martis,  
 Non potuisse diu quasiam ad vulnera mortem:  
 Ut traherem amissam hanc alieno in funere vitam?  
 Heu pudor, heu pietas, heu vita candor, & illa  
 Magnanima species mentis, ac debita celo  
 Pectora, sideres iam tandem adscita maniplis.  
 Aspicias vitam vultumque habitumq; gementis  
 Sancta anima, & dubus iam non obnoxia fatis.  
 Siqua tibi super vlla mea nunc mortis imago:  
 Que mihi per casus varios, operumq; labores,  
 Labentemque animum, ac vix dum genua agrâ trahenti  
 Ingratas tenui produci munere lucas.  
 Nam mihi quid sine te gratum, aut quid dulce futurum:  
 Cui sine me patriæque iustor, veteresque triumphis,  
 Heroumque, acres, tantique opulentia regni  
 Sordebant? & adhuc vitales demoror auras?  
 Crudelis, neque natura tibi iura sequenti  
 Abs te iterum acceptam potuisse reponere vitam?  
 Ah quoties creperi miscentem incendia belli,  
 Feruentemque, iuis lenibas optima dictis.  
 Maternumque metum, & laudis vera inter amorem  
 Plurima que mandata dabas? qua plura daturam  
 Vt vetuit dolor? vi lacrymis obsedit amaris?  
 Interea ancipiti tantarum in turbine rerum  
 Si qua mihi dubios verferet fors improba casus:  
 Cui tandem trepidi committam commoda regni:  
 Que mihi tanta tuo steterunt interrita nutu?  
 Quid mihi mentis erit tam desolata videnti  
 Regna tuo lacrymosa obitu: felicia quondam  
 Auspiciis seruata tuis, & reddita nobis?  
 Rene pater, patriis positus qui terminus agris,

Cultra

Cultra fluenti sono scindis celer arua tumultu:  
 Vosque graues rigidis stantes cervicibus Alpes,  
 Obiuce qua inuisto nostrum discludatis orbem:  
 Quique ferox sceptris tumidus Neptunæ Britannis:  
 Quis, per angustas prono cuius agmine fauces  
 Europen Libyamque obfesso interluis astu:  
 Tuque iugo fera barbarico portenta Pyrene:  
 Hic mecum date thura, piis date manibus aras.  
 En decus, en columen vestrum, sic gloria sceptris  
 Fœmineis seruata, truci iacet obruta leto,  
 At non & diuinum animum, dextramque virilem:  
 Pectoraq; aduersis non unquam exterrita fatis  
 Mors rapit. Illa. Deum sedes, superosq; Penates  
 Explet: & aerias tuto iam despicit oras.  
 Diua parens, auctus gaudet quo sidere mundus,  
 Alma faue: populoque tuo te redde precantis:  
 Aeternumque meo salue, ac vale incluta luctu.

### Diua Constantia Rangonia.

Cur mihi post veteres laurus, post incluta regum  
 Semina, & emensi felicia sidera celi  
 Crescit opus? itrepidatq; nouo mens mota tumultu?  
 An ne ego, qui emerita speratam fronte coronam  
 Orabam, vix prospicio de carcere metam,  
 Me minor? & dormito nequeo superesse labori?  
 Ecce meum fessis rerum Constantia sidus  
 Exoritur: solum antiquo quod defuit orbi:  
 Antiquoque, nouoque: grauis futura ruine,  
 Siqua & aquis, si qua & mortalibus imminet igni,  
 Lassa manus, quo te vertes? qua roborâ sumes?  
 Et tu magnanimitis iam grata herodibus, & iam  
 Diis magnis, maiorque effata in sacula fama,

G 2

*V*is animi, vis magna velens, magna omnia voluens.  
*Q*uo cupies magis, hoc poteris minus, & minus: olim  
*V*t felix inopem faciet te copia rerum.  
*A*udendum tamen: & factorum imitanda tuorum  
*P*ars mihi: quæ celum diuinis dotibus ambis.  
*D*um parò, dum meditor, magnis dum melior ausis  
*I*sti mentem animo componere, carmina menti.  
*C*ui neque insuue tollis clementia partes:  
*N*ec laudata diu multis, nullique recepta  
*M*ollia magnanimum pietatis pondera pectus.  
*N*ata aliis mitis, rigida tibi mole tua stas.  
*N*ullis fracta malis, nullis tremefacta periclis:  
*Q*uæ *F*ortuna tibi variis assulibus audax  
*O*biecit, nequicquam audax, & debilis autor.  
*I*llius intentara auida tibi fulmina dextra  
*I*rrita te obstupere. latent sub numine vires  
*I*nniæta, imbriferis assueta obsistere nimbis,  
*P*œnituit voluisse, pudet nequisse superbam.  
*T*um *F*auum ingemuit, tantum licuisse furenti.  
*S*ola cares gemitu, sola inconcussa resistis.  
*Q*uæque horrent alij, nunquam tua vulnera sentis:  
*S*ola minis animo tantum stipata minaci:  
*C*ætera lenis, & hoc vultu composita sereno,  
*Q*uo lacerata malis demulcet corda ruinis  
*B*landa graui concors in maiestate *V*enustas.  
*T*alis erat victrix positis *T*riompha telis:  
*S*eu a giganteos cum demoliua furores  
*L*anæ iransfixi *P*aragonis sanguine tinxit:  
*P*acatoque supercilio desedit inermis:  
*I*ndicens calaibis operas, & carmina *M*usis.  
*S*ic tibi nunc facilis numerosum spirat *A*pollo  
*I*ndefessa canens large tua munera dextra.

Cui

*C*ui neque diues opum cunctarum pluximus orbis  
*S*uffecisse valet: quo tu tibi sola super sis.  
*H*inc digressus obici cuncta munera cantu,  
*V*t memor exactis labentia temporis acta  
*C*uncta tenes: ut consilus, rebusque gerendis.  
*P*recipi ancipites felix prudentia casus:  
*V*t verax animat cordata silentia nitus:  
*L*actea flex animam ut dicat facundia linguam.  
*S*eu tua *C*ecropius splendent dicta figuris:  
*S*ine audis, vulnumque adhibes audentia benignum:  
*T*um trepidat, pendetque ino narrator ab ore:  
*V*t soli sapiat, vulgi securus inanis.  
*H*aud aliam poterat caelesti e semine prolem.  
*D*iuo *B*lanca parens speratam diua parenti  
*E*dere: cum magnum, rarum, inuolabile *F*auum  
*S*idera *B*entiuolis *R*angonia miscuit astris.  
*I*uppiter ancipites operoso examine lances:  
*E*xcutit: & miratus opus, quod fecerat, auctum:  
*V*ade, ait, o felix anima, atque incognita sacris.  
*P*raeteritis, sacrisque modum factura futuris:  
*V*na parem cunctis æquans virtutibus orbem.  
*S*ic ait, & niueo membrorum obducat amictu.  
*D*at frontem optatam superis: dat eburnea colla:  
*C*olla, manusque ambas, angustaque pectora, solo  
*S*ese digna Ioue, & nullis exterrita fuis.  
*C*ircumstant celi *I*ndigetes, magnique *P*enates.  
*I*ncessum dat fumo suum, nutumque severum.  
*A*lma *V*enus, sed casta Venus, nec nota marito:  
*E*t sibi quam similem tunc est stupefacta *M*inerva  
*E*sse sui speculum, & pignus te fecit amorum.  
*T*alis ab ætherij gremio demissa recessus  
*I*nter tot, mihi sola graues miserata labores

Eiectum, extorrem, miserum, rerum omnium egenum,  
 Nec vaitem sine te: nec dignum nominis umbra,  
 Nec iam me, veteris nec notum Martis honore  
 Alma foues, pauidumq;, tuas bona sistis ad aras:  
 Fœmina, vir, Dea: forma, animo, pietate coruscans.

### Margareta Vitellia.

Haëtenus astrigero fulgentia lumina mundo:  
 Nunc lucis cane, diua, duces seu nocte silenti  
 Occupat æthereos supremi tramitis ignes  
 Cynthia, & effundens pleno sese explicat auro:  
 Seu potius radiis atque ignibus alta coruscis  
 Flammeus ostentat laevis sol tempora terris.  
 Nam Phœben præstare parum est. Vitellia solem  
 Alma dabit, non hibernis qui noctibus impar  
 Pallidus extremo deuexus languet ab axe:  
 Sed qui veris obitu genitalia munera, sed qui  
 Lentus in Erigone maturis ardet aristis.  
 Aspice sideret lenissima fulmina vultus:  
 Sentis te vidisse diem: verum aspice, sancti,  
 Si cupere & si ferre potes modo, pectoris auras:  
 Hauri animi angusti rarissima pignora, linguam,  
 Sideraque, & Phœben & Phœbum equare videbis.  
 Si modo cum radiis sunt lactea flumina Phœbo:  
 Qualia nocturno Musa dictantis ab ore  
 Excipiunt, formantq;, nouas Permesidos vndas.  
 Olim magna operum in textu sibi visa Minerva,  
 Serica suspiciens auratis plexa figuris,  
 Obstupuit, seseq;, autorem optaui in illis:  
 Sed magis obstupuit, patria cum vocis honores  
 Hausit, & in mediis audire putauit Athenis  
 Ora Palæphatios late exinuantia nodo,

Cæteraque

Cæteraq;, in numeris monumenta abstrusa vetustis.

Quare etiam sacros septena cacumina colles,  
 Numen Romula terra tuum visura relinquet.  
 Romanumque forum mirabundiq;, Quiritis  
 Summitum fasces & pura munera lingua.

Sic quoque quem neq;, magna mouent neq;, multa mo-  
 Ardor agens rapide caelestia semina mentis (rantur  
 Precipitatq;, urgetq;, tua me inuolueret fama.  
 Fas modo luce tua tenues animare lituras,  
 Et terram informem vestro componere calo.

G 4





## IVLII CÆSARIS SCA-

LIGERI ANACRE-  
ONTICA.

A D

Petrum Ronfardum.



Vo te carmine, qua prece  
Quo pingui Genium ihure adeam tuum  
Immensi sobolem Aetheris,  
Qui Musis animi prodigus imperas?

O cantus decus aurei

Qui solus stupidis auribus immittes.

O flexus veteres nouo,

Quos felix superas, neclare condians

Sublimis fidicen lyra,

Gratis pieta notis Celsica temperans:

Qui solus scarebris iuis

Late Pegaseos imbuis alueos:

Te solo magis ac magis

Implens Castalij consilium chori.

An frustra, an trepidus meus

Blandus, siu aniloquus, dulcis Anacreon

Ronfarde ad liquidam chelyn,

Hinc ausit niueis uetibus oloribus,

Nunc primum e tenebris pudens

Sacrum stellifero ferre caput polo?

Cuius luce frequens pari

Illum luce tua flammam obruis.  
Mortis prarapiens truces,  
In quoscunq; tuus spiritus ingruit.

Quis Anacreonta blandum  
Mihi quis senem elegantem  
Suscitabit ad choreas.

Non elaboratum ad pedem?

Age comites Lyæi

Soluite iugum Camænis,

Vt amore liberali

Repetamus illa prisca

Concinendi mysteria:

Nec pes cohibeat modos

Qui citatur ad choreas.

Satis inchyti Lyæi est

Animus calore uinctus.

Tetrica hinc faceffe Musa.

Claudicare mi iucundum

Timbante gressu fari.

Sat seruiuimus, sed non sat

Lusimus, ludamus ergo,

Cantillemus, &amp; bibamus

Basiemus basiemus.

Precio libertas nullo

Venditur, siquis grauat,ur,

Nemo tenet hunc, abito.

Numerosque mollicellos

Flexuosos hic relinquat:

Talis arcus est amoris,

Tale calum, talis aura.

Famula Chloridos in capillis

*Pasithea ventilata*  
*Anfractibus mille monetur.*  
*Quocunque differat leuis*  
*Cincinnati, huc sequemur.*  
*Sequetur cor sequentes,*  
*Nec fugiet illos nodos:*  
*Sed captum ibi herebit volens.*  
*Nec dimisso abire cura est,*  
*Nec se respicit, aut se probat*  
*Nisi quod probatur illi.*

*Transmarina Venus, diu*  
*Quae terricos Opicos latuisti*  
*Horridos hircicapillos,*  
*Tauricordes ore duro*  
*Veteres iocos recentans,*  
*Sperge Teij venusta*  
*Seminaria rosis.*  
*Indue te in meos versus*  
*Et ostende Latio*  
*Quanti liberam esse putes*  
*Omnia cui seruiunt.*

*Delitias fare Musa,*  
*Præripe Charonti, præripe prædam.*  
*Lucrifacere, lucro est.*  
*Si tu prehendes, quis reprehendet?*  
*Altrinsecus tene tenentem.*  
*Euasimus, ergo visue mihi,*  
*Vt tibi Dea viuam,*  
*Cum victrice Pasithea:*  
*Qua viuente quis me vincet?*

Postre-

*Postremum me vides, Dea,*  
*Nisi me, benigna, vides,*  
*O venusta Pasicompsa:*  
*O beata virgo, cuius*  
*Viuam mortem fert ocellus,*  
*Quid lucri, quid ergo lucri*  
*Dura toruitate miæm*  
*Contaminare ocellum?*  
*Quid caelestis eboris*  
*Nocticoloribus iris*  
*Contenebrare lucem?*

*Insuauia multa sunt*  
*In vita hominum, quia nos*  
*Spes nostras occidimus,*  
*Lepido victu, lepidis iocis,*  
*Liberali cantione,*  
*Vinula venustilla,*  
*Liberaliore gutto,*  
*Vinulo venustulo.*  
*Occidamus occisores.*  
*Pereat perire volens:*  
*Eius nos perire vult.*

*Accipite Bellerophontides*  
*Pro vestris nissidis aquis*  
*Quibuscum hausi furorem,*  
*Qui me vigilis necat,*  
*Tepida nissida puella.*  
*Nam Iouis ignea fulmina*  
*Vigiles incunium metum.*  
*At Semeleia fulmina*



Somni conciliant moras:  
 Accipite Bellerophontides  
 Pro vestris mea vicissim  
 Munera muneribus,  
 Floreum halantia nectar,  
 Snauis miumera Nyctili,  
 Quae fessulis nobis canendo  
 Placidam afferunt quietem.

Sopita libamine Musa est  
 Snauis muneribus Nyctiloi  
 Baribromij chorei somnicolae  
 Quid agam destitutus?  
 Quis mihi bella carmina  
 Spirabit? quis dabit iocos?  
 Quis venustulos lepores?  
 Quis nisi qui somno Deam  
 Deposuit placido Deum,  
 Ab ea surripias tibi  
 Quos tibi restituat numeros?

Sape rosam alloquitur  
 Morula non patiens amans.  
 Sape rosa comparat  
 Veris brevis lenitatem.  
 Mibi senticeta vestra  
 Quae seris in corde meo,  
 Exemplar, o cali decus,  
 Comparanda sunt rosetis  
 Sine flore mordacibus.

¶ Silene quid vacillas

In versibus politis?  
 O te ne pasicompsa  
 Vidit suis ocellis:  
 Obortaque est tenebra?  
 Hac eadem mihi pedes  
 Loco mouet canenti,  
 Quae dubij titubantis  
 Incesti quo sistat loco  
 Mi cordis hausit auram.

Patere miserula animula,  
 Dea lepidula fieri  
 Cum te transmoues in eam,  
 Quae te sibi figurat,  
 Exemplar vnicum Diis  
 Rerum quas beata stupes.

Aureole pes, manus eburnea,  
 Eburneole pes, manus aurea,  
 Corallina labra, Zaphirina luamina  
 Rosella, quibus integram  
 Non audet, non audebit  
 Aspirare ignem lucem.  
 Verba quibus alta parent,  
 Ponuntque maria furorem,  
 Eurysque Notusque conticescunt:  
 Accipite odoratas aras.  
 Quas non olidus imbuat hircus:  
 Non Venerea columba:  
 Qui meretur illa mortem?  
 Sed miserum meum cor,  
 Quod manu isthuc perire

*Victima destinata quam  
Hic viuere mecum.*

*Aeternum otius undique,  
Quas micare vides pruinas,  
Dissoluet luce sua mea lux.  
In rores abibit omnis  
Spumigeni gemma liquoris.  
Inde omnia florere videbis.  
Natura quid mirum facis  
Si flosculos florum parit  
Mirum rigens Ne ara  
Si nix soluit pruinas.*

*Libet insanire dulce,  
Et sapidum furere furorem,  
Curru gemmea voluptatis,  
Regina vita que clinet,  
Captiuas ducere curas.  
Manibus post terga reninctis  
Illas discant ferre catenas  
Libera quibus mentes  
Carnificem subeunt iugum.  
Illa discant vincla ferre,  
Quibus alma serenit as  
Non audet mouere pedes.  
Illas discant tenebras pati,  
Quibus ingenuos amori radios  
Opacant nebulosa.  
Illos discant stimulos dolere,  
Quibus caeleste hominum genus  
Immerito quatesiunt.*

*Nec*

*Nec texit atas me grauis  
Obiectu aggeris annorum?  
Nec me gelu torpidum  
Vindicare potuit sero  
Propinqua lux diei?  
Quin dulcis Pasicompsa,  
Aetate dispar animo impotenti,  
Proterna vultu, moribus igneis,  
His quibus me pellit, lactet  
Condimentis venustatis:  
Nec quibus me fugit, fuget?*

*Naiades amnicole  
Si vos praeperit aestus  
Si vos Sirius exanimat:  
Quo tenuis obrepat liquor  
Satis ad vestra fluentia  
Alia, atq, alia, atq, alia:  
Accipite has lacrymas,  
Quas sua niue Pasicompsa  
Vertit in pluuium fluorem.*

*Si fatale fuit mihi  
Vt morerer ante mortem:  
Cur fatale non item fuit,  
Vt viuerem ante vitam?  
Sed si non valet hoc fato  
Fieri, ut ante vitam vitam:  
Fortasse fiet, & erit  
Post viuere mortem.*

*Suspiria & cymbia simul  
Indixere mutua bella,*

Quæ diuersa natura sonet.  
 Suspirij lacryma est parens,  
 Cymbia parit voluptas.  
 Quare nemini utrunque licet,  
 Vt suspiret, atque bibas.

Æterna facularum coma,  
 Nitidi poli Quirites,  
 Fulmina lucis perennis,  
 Tremulum cristantia lumen,  
 Aurei Luciferi greges:  
 Vestris qua vadere queam,  
 Ostendite viam, ignibus.  
 Dum condit Panthea suos,  
 Omnis me indiga luminis  
 Intempesta premit nox.

Cui paras placidum malum  
 Subdola Malacia?  
 Ego ut fidem credam dolum?  
 Ego ut dolum credam fidem?  
 In me dolum esse, in te fidem?

Si quando placuit mihi  
 Vri, nec pingui mei.  
 Ex dolore fuit nata voluptas.  
 Si quando libuit mihi  
 Solui & pœnituit mora:  
 Ex voluptate nati sunt dolores.  
 Sic vita precium est mori?  
 Turpis erat lacchus

Cupido

Cupido erat molestus.  
 At acuit uterque Musam  
 Lepido lepore vna duo  
 Temperat & diluit mala,  
 Facinusq; imponit, boni  
 Quod, & expectant seueri.

Ardet Sirius, & sitim  
 Squallentibus iaculatur comis,  
 Tremisque vibratus vapor.  
 Silet æquor, silet æther.  
 Flumina siderata stupent.  
 Naides flexipedes,  
 Fratris comites Lyæi:  
 Ne ingulate Deum.  
 Sed nexu coniugij boni  
 In temporis tyrannum  
 Caniculam siticulosam  
 Coniurate fideles,  
 Latices laticibus.

Thesaure sancte vite,  
 Vite annua valetudo,  
 Cui comes est iuuentus:  
 Tibi Thensa, tibi tuba, tibi Capis,  
 Tibi thurea mica pingui  
 Tabescit igne puro.  
 Accipe benigna sertum,  
 Verbona quod plectis tibi.  
 Morbos procul repelle.  
 Nec, quæ est sibi ipsa morbus,  
 Sit duplex morbus senectus.

H

*Quatuor auiæ, quatuor iniuiæ,  
 Deuiæ quatuor, obuiæ quatuor,  
 Mens, animus, oculi, sonus.  
 Quies, fides, pietas, Panthea.  
 Spes, metus, ira, pax.  
 Bacchus, Venus, Musa, Cupido:  
 Saluete omnes, & omnia,  
 Mistæ dulci, amaro cinno.  
 Cum lacrymis choreæ.*

*Quis plura præstitit Deus,  
 Quam tactauit amens amans?  
 Quod plura farum mala,  
 Quam defleuit mendax amans?  
 Quæ plura euaserunt plura  
 Quam quæ euasit miser amans?  
 Quid fuit omnia, ut fieret nihil,  
 Quam qui omnia & nihil est amans?*

*Non desinam, non Iuppiter  
 Si iratus e calo tonet,  
 Non si maria refluxo  
 Tartareo de fonte refusa  
 Terrarum faciem necent.*

*Non desinam, non si iubet  
 Aut Iuppiter, aut Ioue prior  
 Quæ vultu stupefacit æthera  
 Rerum domina Panthea.*

*Non desinam, non si desinam,  
 Tunc cum desinam amare.*

*Adolescentis anni  
 Soboles, vel coronatum*

*Redde mi meos ocellos.  
 Ii in flosculis tenellis  
 Qui in fronte Pasicompsæ  
 Calum & plusquam calum halant,  
 Hærent misere misellum  
 An memores, an immemores  
 Ad herum redire negant?*

*Mihi quis tinnitus aures  
 Implet, acuit, agit at, ferit?  
 Quis me nominat? Neæran?  
 An Lyæus, an Cupido?  
 An Cypris? an Camœnæ?  
 An somnus, an choreæ?  
 Eua, quis impetus me  
 Mihi abstulit meipsum?  
 Quone me vertam, quis scit?  
 Qui scit benigne dicat.  
 Nam si cuncti me vocant  
 Qui pote me ad omnes ire?  
 Sic ego, sic alma Cypris  
 Ad unscam Neæram.  
 In ea nanque sumus omnes.  
 Non inquam Hera, o non inquam.  
 Ibi ceteri estis omnes  
 Sed somnus a vobis abest.  
 Ibine somnum capeßsam?  
 Vbi fulmen igne vastat?  
 Ibi qui somnum capeßsam,  
 Inimica vbi quietus?  
 Ibi somnum ergo capeßsam.  
 Nisi somnum in mortem vocas.*

*Vnde tot suspiria*  
*Si vnus est amor, vnus*  
*Metus, desperatio vna*  
*Vna Pascompsa?*  
*Ah miser, nonne vnus orbis*  
*Et tot orbium rotatus*  
*Noctis & vices diei*  
*Nereusque restuus?*  
*Verum: at illa in se recurrunt.*  
*Ego ad me non redeo.*  
*Præsaga mens olim malorum,*  
*Quæ multa me fefellere,*  
*Inter edera corymbos,*  
*Laureas inter auras,*  
*Ad umbracula myrri:*  
*Non audeas imminentem*  
*Sperare tibi quietem,*  
*Quam suis promissam ocellis*  
*Panthea parat in sinu?*  
  
*Rosa, viola, lilia, calthula*  
*Quæ tempora designatis?*  
*Laurea virga, myrtea bacula,*  
*Quas poscitis vobis manus?*  
*Ciboria, cymbia, Amystides*  
*Quos haustus destinatis?*  
*Eute, Bromie, capripedes greges,*  
*Vre, quate, rape, trahere, contrucida.*  
*Siquis restitui, & negat*  
*Aperire animum, exporgere frontem:*  
*Vibrate pedes, vigeat chorea.*  
*Et incunda iuuentus.*

*Cura pereat, & caperata*  
*Fronte senectus, soboles Megæra.*

*Aperite heus aperite, quis*  
*E vestrum, iuuenes, Choro*  
*Admittit Bromium volens?*  
*Fero ne eum, an me ille feri?*  
*Exeo ne an ingredior?*  
*Arcana sane mystica,*  
*Quæ seipsos homines celant.*

*Si non est amor, est furor.*  
*Si non est amor, horrida est*  
*Horrida rusticitas.*  
*Si est amor, est voluptas.*  
*Si est amor, aurea est*  
*Aurea urbanitas.*  
*Nec in pectus descendit,*  
*Cui non libens beatam*  
*Vnam polus propinet.*

*Redimitum caput astris*  
*Autolle virgo Pascompsa.*  
*Autolle simul & diem diei.*  
*Exere subaris iubar,*  
*Simul ignem, simul Aethram, simul omnia.*  
*Mihi quid aliunde quæram?*  
*Vel lumen a serena,*  
*Vel ab auersa nubilosa mortes?*

*Celesti me Panthea sinu*  
*Gelidulum ut foueas senem?*

*Vt facias? non facies fera.  
Vt faciam? non equidem volens.  
Ex illa glacie quid meo  
Aliud quam mors tepori?*

*Si tam es lepidulus senex  
Quam es gelidulus, & volens  
Foveri in Pantheæ sinu:  
Non es in glacies, ego fera  
Quæ mitibus oculis Deos  
Incendo, & potius quod Diis,  
Huc ades o Musarum caput  
Cuius teporem Pantheæ  
Ignis efficiat ignem.*

*O Pasithea rerum tyranna.  
Quid mi puero simplici  
Luce tua ceco, ferox  
Arcum surripuisti, &  
Tela, & tela altera faces?  
Lairocinium hoc non nouum est,  
Quæ celum quatit & domas.  
Non sic tamen abibit.  
Lactura mi stabit lucro.  
Dixit, & cum dicto simul  
Igneis insedit ocellis,  
Curusque superciliis.  
Atque ait, uno arcu mihi  
Tremebat Tellus, omnia.  
Quid nunc gemino potens?  
Quis gemina seras faces*

*Quis*

*Quis tela numerus aquet?  
Quis hoc exhauriat mare?  
Nec blanda prece uictricem  
Fatigare cogat, ut mi  
Fabricet aligeras acus.  
Cedite maria cedite cali.  
Cedite crepercrepa fulmina.  
Peristis si moio aspiciam vos.*

*Hæc iactat: tamen vritur  
Ipse, nec loca quæ cœpit,  
Nec locorum cubios ignes  
Iam pati potest. Quisque carebat  
Arcu, pharetra, facibus, sagittis  
Nunc toto opere geminatis  
In potiori in fortiori  
Se caret, opulentia.*

*Crescit opus in opere,  
Quoties pœnite amoris:  
Ætatis excusciues,  
Et capitis pruinus.  
Adest ferox tyrannus,  
Atque duplicat agittas,  
Vt quantum mihi deest,  
Tanium mihi geninet ignium.*

*Dum viuimus, anemus,  
Canamus, & bibamus.  
Qui in glacie fomitem fecit,  
Vnde Pasithea compsa neis  
In versiculis triumphat,  
Vltimo grassante diu  
E fomite cinerem datit.*

*H 4*

Alibi quere Cupido  
 Nouum tibi hospitium.  
 Quicum bellæ belle cubes.  
 Nam si in glacie hac ultima  
 Diutius morere,  
 De facibus actum est tuis.

Non abibo, patere, fer me  
 Ingrate tui cadauer:  
 Nam viuus absque amore  
 Viuum est sibi cadauer,  
 Nec te faces metuumt meæ,  
 Regnant & in cinere.  
 Forte quas si extinxeris:  
 Rediuuias igneis  
 Rursus animabit ocellis,  
 Quæ te adurant, Pasicompsa.

Amœna iuga leniter,  
 Quæ molli porrecta cliuo  
 Viridi imminetis umbra:  
 Dum pacamus Sirium  
 Rore fontis, rore Bacchi,  
 Madidis pocillis,  
 Et consonat canenti  
 Garrula lymphæ susurro:  
 Noti aridos furores  
 Arcete pestilentis.

Florilegula, mellifica gens,  
 Rovilegula, melligena cohors,  
 Quæque Hymethia thyma,

Quæque

Quæque Hyblæa dona croci  
 Veris decora populamini:  
 Queritis rosas? lilia queritis?  
 Vobis viola, calthula vobis  
 Ridet: omnia sic simul omnia  
 Modico gyro consita Venus habet.  
 Ne vago murmure sparsa  
 Ania fatigate iuga.  
 Ne iniuriis ludibria Cauris  
 Sitis leuicula pusilla.  
 Illa videtis lactea colla,  
 Vitream columellam alabastrinam.  
 Sistite remigium huc vestrum.  
 En tibi rosa florissuccula, aliuola  
 Rosa flammigena, rosa coruscula,  
 Quam labiola turgidula pandunt,  
 Quam corallina lucida  
 Gemina conserit coronis.  
 Inde fugite, rapite, va cui  
 Illa libuerit lingere mella.  
 Certa turget ille venena,  
 Quæ me interimunt, nec ubi tango,  
 Quod tum faciant, si quis attigerit.

Pax, date mi qui bibam,  
 Qui madeat Genius meus  
 Gelidulus, tremulus, aridulus,  
 Embeo Phœbi furore,  
 Ignibus cupidinis.  
 Qui veteres euerrens focos  
 Flammam tenuem excitatam

*Leni ventilat ala.*

*Poteram & debueram  
Fortasse, ni fallor, amens  
Plumbea senectute  
Aligeros premere amores.  
At illi velle me nolunt,  
Et circumuolitantes  
Placere faciunt mihi,  
Quod credidi molestum.*

*Post exilia, post neces,  
Post seruitium, post fugam,  
Post precipites minas,  
Post iras Genij mei,  
Anime mi, quid moraris?  
Absistere dolori,  
Abdicare te querelis,  
Desinere te macerare?  
Quin te ipsum resumis?  
Atque in gremio Panthea,  
In nexibus eius coma  
Captiuus illi, tibi triumphare?*

*Si mi seua proteruitas  
Indicit numeros, neque  
Hærentem in manibus semel  
Deponere lyram licet:  
Ah quid me fieret, mihi  
Si res de meo amore  
Vellent esse secunda?*

Concin-

*Concinniore versu  
Cupidinem canamus, &  
Almam Cupidinis parentem.  
Huc Gratia decentes  
Simul Voluptas, & simul  
Ades racemifer Lyæus,  
Seu vos vocat sopor, seu  
Vigil lucerna cum face  
Fænet loquacibus susurris.  
Vtrinque pulchra, vtrinque  
Par fulget astris, prouocans  
Deos decore Pæscompsa.*

*Hæc sparsa legerat Cupido  
Et libero dictata passu.  
Risit, & ait, sic esse  
Meos docui milites.  
Vt ordo sit negligere ordinem,*

*Dicite hoc in cymbio  
Quot latitant poetae?  
Quot cymbia in hoc poeta?  
Quot cymbia hoc in cymbio?  
Poeta quot in poeta?  
Age cymbio hoc sedalis  
Cymbia excute, & poetas.*

*Multa simul, multa seorsum  
Queror, iacto, gaudeo, neque  
Idem aliis sum, neque mihi.  
Talia sunt regna Cupidinis  
Ventosa sic agit ala*



Seq<sup>3</sup> nosq<sup>3</sup> qua vel volens  
 Vel timore vagantes.  
 Nam qui consilium attribuit ei,  
 Eget ipse consilio.

Marmoreas pande papillas.  
 Solidulæ strophio non egent,  
 Scintillas oculicremas  
 Excute luminibus.  
 Aperi conchigenas  
 Epyropis guttulas.  
 His captum teneas Dea:  
 Cætera rege, contege,  
 Ne captus peream miser.

Serum mihi est diei,  
 Tibi mane, ros tibi ergo.  
 Mihi imber ex ocellis.  
 Tibi flos in rore turget  
 Cur ergo fructu carebo?

Nata delitiis benigna  
 Relinquens querula iurgia lyra  
 Que facio Veneri, & Veneris puero:  
 Fac mihi delicias Thalia.  
 His e floribus aureis:  
 His e floribus omnicoloribus  
 Aptaserta meis comis,  
 Adde laurum: Phœbi laurus est.  
 Iunge myrtum: Veneris myrtus est.  
 Adnecte ederam, edera Liberi est,  
 Cumq<sup>3</sup> his puniceas plecte simul rosas

Dicata

Dicata ferta Gratiis.  
 Sine quibus inuenusta Venus.

Audite cali, quæ loquor.  
 Audi, iunulo parentis  
 Quæ fundis omnia, Tellus.  
 Gremium nouans vetustum,  
 Audue, humeniia terga  
 Quod secas squammigerum pecus.  
 Audite liquida vie,  
 Quas aligera premit cohors.  
 Aliquid utinam vestri fierem,  
 Quando melius esse mi  
 Obsuit ab una puella.

Semel ut concitus cestro,  
 Veluti qui Clarias aquas  
 Ebibere loquaces  
 Quo plus canunt, plura volunt,  
 Vi rota quæ mota semel  
 Per seipsam superat gyros,  
 Sese fugiensque sequensq<sup>3</sup>  
 Suos in se implicat gradus:  
 Nequeo silere quantum  
 Insideat vitifero mihi Deus  
 Miserone anne beato.  
 Qui de me victor, & victus  
 In meis malis triumpho.

Saturos iocis lepores  
 Madidos mero susurros  
 Medramini Carmina.

*Age Bacche, Bacche, Bacche,  
Thyriger femorigena,  
Taurifrons, Euan, Bimater,  
Eue, tympanocrotale:  
Percute me percute.  
Nam sine te Phæbus aret,  
Velut arbor absque liquore.*

*Decreueram nil amplius  
Gestire cum Camænis.  
Iuraueram posthac nihil  
Futurum cum Lyæo,  
Horrebam, si modo semel  
Audirem, hic est Cupido.  
Mi rorulenta prata,  
Mi rosida luna, mi niues,  
Mi flumina, quanta pater  
Oceanus dat, atq; accipit:  
Fulmina horrida videri  
Opinione sola.  
Arebam, ardebam, urebar.  
Valete mi, Thalia.  
Abite abhinc, serores,  
Aiebam, at illa mota  
Mottis alis abire  
Dum fingunt, in me tota  
Se celeres insinuarunt.  
Quid agam iam misellus?  
Sic sarcina hac ferenda est.  
Seni siticuloso,  
Nisi exuam meipse?*

*Qui*

*Qui lenicula hæc putabit  
Incondito mollia pede:  
Si pectore candido facit,  
Mecum haud faciens, tamen facit  
Si liuore minor facit.  
Haudmecum faciens facit,  
Secumq; solus sentit.  
Secum valeat sibi ergo,  
Qui nescit, quid sit venustas.  
Plus semineglecta placet  
Errore picta blando  
Natina sinceritas.*

*Cum me rapuit Bromius,  
Cur in Bromio non ero?  
Cum me Musa rapuit sibi,  
Cur non Musa tenet sibi?  
Cum me lancinat Cupido,  
Cur non haurit corda sibi?  
Sed ab illis saepe raptus  
Sum semper in Pasicompsæ,  
Quia fas illos Pasicompsæ  
Cui venantur imperanti  
Potiori laborare  
Fortiori cedere.*

*Sat esse sat putabam,  
Cum semel animum induxi,  
Sapere, esse despere in loco.  
Verum, semel illud ut semel  
Occipit se inferre, arduum  
In me ut continuo furit,*

*In me perpetuo furit,  
Nec pote retrahere pedem,  
Nec si quem posse velim.*

*Est desiderij latex  
Inopia de fonte fluens,  
In quo stridentia tela  
Stringit ferox Cupido,  
Scintillantia temperans.  
Ibi igneas deponunt  
Mulciberi stricturas.  
Sed fulmineas vicissim  
Flammam capiunt ab illo,  
Quae mortalia corda  
Variis fingunt figuris,  
Aliis ut alia cordi sint.  
Me lucidum Lyaeo  
Voluptas, & venustas  
Placido sinu Thalia  
Mollissime cubantem  
Mulcent, caput reclinant.  
Quae somnia potiora sint,  
Quam vulgi vigilia manes.*

*Igitur sopore fracta  
Tanquam tuba Gradivus  
Hic cymbios vocato.  
Me carmifex cura lacerant:  
Inq, inquieta vigil  
Membra recurvit Amor.  
Quid ergo me victum fleo  
Si Bacchus victus iacet?*

*Vis*

*Vis incitata fluminis,  
Et pigra vis Bootae,  
Et vis amoris vulnerans,  
Et corda vulnerata,  
Hac quatuor non sentiunt  
Nocturna dona somni.  
Flumen deorsum vergitur,  
Circum piger Bootes.  
Spargit Cupido vulnera,  
Tum corda vulnerantur.  
Non dormiente vulnere  
Dormire corda possint?*

*Anime fuge, rape te  
In quacunq; loca velis.  
Extra omnia loca si velis  
Fuge res, fuge teipsum.  
Fugere nequis Pasicompsam,  
In qua teipsum reliquisti.*

*Cum metior animo meo,  
Quantum abierit sparij,  
Et securam abstulerit mei,  
Nec quicquam attulerit sui:  
Mens glaciata riget.  
Nec mea Pasitheae  
Quod rigido negavit nutu  
Referet in meliora,  
Quare, nequid praeterea  
Tale quicquam eueniat,  
Amemus, mea lux.  
Et quae praesens simplici*

Offert vultu, duplicemus.  
 Affectus omnia domat.  
 Quod præ nobis nos feremus.  
 Et si non erimus, erimus.

Quin canimus, o sodales?  
 Quin canendi occasio  
 Non abripitur a nobis?  
 Si non adest, illam adesse  
 Vel faciamus vel putemus.  
 Vel fingamus in cypellis  
 Sceptræ, commoda, gaudia.  
 Cuncta Bassareus permutat.

Nectareola basiola credulus  
 Olim speravi, nec mihi  
 Detruit spem protervicia.  
 Nunc ubi serena vultus  
 Lux mitior refulsit:  
 Despero, cui credibile sit  
 Aiqui sic habet, & ratio est.  
 Si qua ratio est in amore.  
 Nam si prodit spes è malo,  
 E bono cur non sit metus?

Eodem e fonte surgunt  
 Metusque spesque lenta.  
 Sic Iuppiter, sed idem  
 Nunc ridet in sereno,  
 Nunc nubibus minatur.  
 Quam satius est, quam melius,  
 Qui semper arridet Deus,  
 Bromius

Bromius, V amifer, Euius  
 Vlylocapnerotator,  
 Hunc sequi sequamur. I præ-  
 Tu qui cantharum pro iuba habes,  
 Pro lancea thyrso ferox,  
 Pro galea caliginem merie  
 Ague, in te prelium,  
 In quo sit victoria somni.

Flexanima blandiloquentia,  
 Qua spiras ab ore Dea:  
 Perdanima torruientia,  
 Qua vibras ab oculis Dea:  
 Misere scite, misere scite,  
 Seu dignus videor, siue non.  
 Me dignum efficiet Dea,  
 Qua fecit toties suum,  
 Me nolente: cur volente  
 Nunc nem non faciet suum?

Hæc canimus sodalibus,  
 Non hispidis, inconditiis,  
 Aut rusticis ineptis.  
 Canite canentes ergo,  
 Accinite accinentibus,  
 Detergite rubiginem  
 Ex animis verticosis.  
 Siftite, siftite fugaces  
 Latuias, iucunditates,  
 Pellite, pellite restitantes  
 Acidas, asperas querelas.  
 Sed canenti materia sit

*Eademq, quæ forma, tener  
Madidus, mollis lacchus.*

*Moribunde Cygne, quid est?  
Quid id miser negoti  
Tibi fabulæ facefcunt,  
Horrenda iura moris  
Cantu senem pacifci?  
Quin præuenis canendo  
Quod pollicetur æuum,  
Non quod minatur orcus?*

*O cærule creata ponto  
Salfas ideo lacrymas exigis?  
O instabili oria elemento,  
Ideo quaterere fidem licet?  
O gelido generata loco,  
Cur letiferas ventilas faces?*

*Parentis officinam ut  
Ingressus est Cupido,  
Extinxit illico ignes.  
Sic maior in minorem  
Grassata flamma regnat.  
Hic loripes moleste  
Ferens, Cyclopas ergo  
Instent iubet caminis.  
At puer amara ridens,  
Ut ventilauit alas,  
Liquata sunt metalla.  
Quæ postea Cyclopea  
Sine malleo figurant.*

Dum

*Dum cano, bibite socij,  
Ut canentibus uideam bibam.  
Dum cano, canite uos quoque.  
Accinite accinenti,  
Ut bibentibus adbibam,  
Ut bibentes combibamus,  
Canenti accinite.*

*Noua Cytherea, noua,  
Depone Panthea uelum,  
In quod ut tua oscula libet  
Zephyri lenis aura polo,  
Sese infecit ab occiduo  
Mollior tremente rore,  
Mollior tuis capillis,  
Quos motitare ueretur,  
Ne frontis vastet honorem.  
En dimonet serica texta,  
Et te basiat aduena,  
Per tot maris æquora uectus,  
Hodie ueniens, hodie abiturus.  
Me firma fides, & tua  
Proximum in terra genitum,  
Commendans Genius, nihil.*

*Tot per maria uectus hic  
Pura sedulitate  
Meretur precium uia.  
Basiet utcumq, libebit,  
Ne ingrata uidear bonis.  
At te potiora manent,  
Vnde nec inuideas Deis.*

I 3

Io triumphe, Io heus,  
 Quota portio beati  
 Estis muneris, labores?  
 Age laureate myrte,  
 Age myrteate laure,  
 Gemina mihi tempora cingite.  
 Nondum victoria stetit.  
 In tanta res spes pluris est.  
 Qui expectat, sic potius est.

Tenella germinilla,  
 Succiplenula puella,  
 Molle anni ver humani,  
 Queis mane vite vibrat  
 Mentis lucem serena:  
 Adeste, vos Cupido  
 Niida promus luuenta,  
 Et aurea Voluptas  
 Inuitat, huc adeste.  
 Prasente vere flores,  
 Prasente sole lucem  
 Carpite, sublegite.  
 Qui d fringitis futurum?  
 Vbi nam est prateritum?  
 An quod non est, inuabii?

Si candida flamma, candida nix,  
 Cur torrida flamma, frigida nix?  
 Quid interest tua, si  
 Natura curat, ut hoc  
 Quod sit sibi tale, sic tibi sit.  
 Sic sit sibi tale, quod tibi sit?

Sed

Sed interest tua, quod  
 Superba Pasce mpsa.  
 Cum candida tibi, candida sibi,  
 Tibi flamma sit, sibi gelida sit.

Inflata vela Erato  
 Tumentia vela Thalia  
 Laxa, remitte, molli  
 Aura dehinc vehendum.  
 Quid fluctibus iratis,  
 Et Cypridi ridibunda?  
 Quid fluctui tumentis,  
 Aequabilique laccho?  
 Quid insomni Tebyi,  
 Et curine cœ quieti?  
 Vos o graues coturni  
 Ciuilibus theatris.  
 Apagete lites impia,  
 Et impia belli vices  
 Cum sertis & nitidis toris  
 Mutanda (quis neget?) piis.  
 Sic hoc iubet Cythere.  
 Sic imperat Cupido.  
 Sic ianthina Camœna,  
 Risus, iocus, voluptas,  
 Charitesque cum Lyæo.

Quas usus tulit olim,  
 Post aras consecrauit  
 Licentias canendi.  
 Neuos placere iussit,  
 Placere, commendari:

I 4

Cur non dehinc futurum est?  
 Vt usus hac ferat, quæ  
 Consecret posteritas?

Et lux soluitur in tenebras.  
 Et nox in se recurrit  
 Sic, post vices diei.  
 Et quæ trudit, his hiems cedit  
 Tempora temporibus.  
 At mea tempora temporibus tuis  
 Vrgentur vsque & vsque.  
 Neque est quo se reducant.

Dic nocturna Hecate,  
 Siue inter astra bicornis  
 Errare vides amantes.  
 Siue te truniorum anceps  
 Non ancipitem tenet orbita,  
 Quæ tenet ancipites amantes.  
 Sen te myrica silua tegit  
 Imis Elysiis leui  
 Populo iura dicentem,  
 Cui dubij placuere amores:  
 Ecquid miserius vides  
 Adusto facibus Dei,  
 Qui pharetra temperat orbem,  
 Pallidulo lucifuga amante?

Si cali continentur amore.  
 Si matrices omnium  
 Elementa coaptat amor,  
 Vt ex amore fiat unum,

Ab

Ab ab cur alius amor  
 Totus integer ingruens,  
 A me abest dimidio sui?

Quando non deerit, quod querar,  
 Nec me afflictum miser amplius,  
 Miscens gaudia lacrymis,  
 Nexibusque liber ab his  
 Incipere cupiam esse meus.

Qui misces animos puer,  
 Deprome tela, queis te,  
 Meque regnes vltus, acri  
 Sier fixa dolore Pascompsa,  
 Quæ sub tuo fleat iugo.  
 Nam si mei nil te piget,  
 At regni misereat tui.

Mala merx putris senectus:  
 Mala res caduca vita:  
 Fera fors ruina vite:  
 Fera subdoli maligni  
 Cariosa dona fati:  
 Quod nos morti destinatos  
 Mori iubet ante mortem.  
 Verum Musa miserescens,  
 Mellitis picta verbis  
 Solatia tulit mali,  
 Oblinens miseriam  
 Appellatione miti,  
 Pellaci blanditia  
 Viridem canans senectam.  
 Bona Musa, bona Dea,

Quid teipsa mala nostra  
 Hac regis benignitate?  
 Quid viriditate pingis  
 Quod cras & ante cras, mox,  
 Atrum & aridum est futurum?

Olim lepore blando  
 Litis versibus  
 Candidus Anacreon  
 Quam pingeret amicus,  
 Descripsit Venerem suam,  
 Pariterque singulas canens  
 Detornauit carmina.  
 At dicta supprimunt mea  
 Superantque cogitantes,  
 Quae sunt leuiora dictu,  
 In diuina Pasicompsa.  
 Quid sint cetera, quis curet?  
 Quare Sueue pictor,  
 Quare artifex supreme,  
 Pictor optime maxime,  
 Pinge quod scis, quod haud scis.  
 Pinge quod potes, quod haud potes.  
 Extra aleam manus tuae,  
 Quod nec speculum ipsum potest,  
 Eritq; Pasicompsa.

Geminilla papillula.  
 Eburneola colostella,  
 Lacteola marmorilla,  
 Acerbicula modo vix modo  
 Primulum sororiantes:

Si

Si fiat aliquando tener  
 Infantulus ut vos fugat,  
 Ah ab misello quid fiet?  
 Quales sitis futurae,  
 Quae nunc mihi, quae nunc meis  
 Tanta incendia funditis.  
 Venena tot paratis  
 Bibentibus mortem sibi  
 Letifera luminibus.

Deflexerat penna sagittis.  
 Longo trita ministerio,  
 Cariosa sanguine atro.  
 Amor flammipuga flammam Dia  
 Ad penne substituit loca.  
 Nunc in miseros vagantur  
 Gemina peste tremenda  
 Vtrinque cuspidata tela.  
 Sed prima plusquam cuspide sauciant.  
 Flammata vtrinque tela  
 Plus prima quam cuspide vrunt.

Bene sit bonis puellis,  
 Lepidillis bellis pusillis,  
 Aligerulis Cupidinillis.  
 Qui tetricas Musas meas  
 Vuluosas, fastuosas,  
 Tubicrepas, odiosas,  
 Marte diro turgidas  
 Gelido cruore foedas,  
 Melle Attico irroratas  
 Nectare proluerunt.



Here Cupido, heræ Venus,  
 Postquam me sub ingum datum  
 Volentem detinetis,  
 Domitate Pascompsam:  
 Ne me vestrum laceret,  
 Aut lacerum finite abire.  
 Vt, cum suum sciuerit,  
 Forte volet misereri.

Redimere me volebam.  
 Sed redemptitia mihi  
 Deerat pecunia.  
 Volui dedere animum.  
 At deerrauerat animus.  
 Obsides ergo oobtuli animos.  
 Risit proterua Cypris.  
 Quos, inquit? an fretum?  
 An qui deseruerunt?  
 Nam utrinque horum habes nihil.  
 Quod non est, quid pignus fiet?  
 Respondi quoque non esse me  
 Alterum, alteros valere.  
 Vbi pro moueo nihil:  
 Accipe pignori fidem inquam.  
 Accepit ergo pignus id.  
 Dedit me protinus in pedes.  
 Nam qui seruem quod non habeo,  
 Cum tu habeas, nec serues?

Candidum Bassarea  
 Tulerat utero parens.  
 Sed fulmine perustus  
 Puniceum colorem

Traxit

Traxit ab ignibus atris.  
 Teli nunc etiam trifidi  
 Spirans grauem furorem  
 Inspirat ignis haustus.  
 Furiatque mentis arcem.

Si furor est Cupido,  
 Si furor est Lyeus,  
 Si furor est Thalia,  
 Quoties furor, furor, furor  
 Amans, bibens, poeta?

Dum Mars sinu Cytheres  
 Fetus fouet vicissim,  
 Notisque flammis percitus,  
 Flammas ciet vicissim,  
 Carpensque carpitur satur:  
 Deposita galea  
 Exarmatur clypeo,  
 Thorace reclinato,  
 Et lancea reposta,  
 Ignei Cupidines  
 Et somniferis sagittis  
 (Nanq. omnigenas pharetras gerunt)  
 Vnam in Martis viscera dirigunt.  
 Ille illico soporem  
 Atque oculis atque animo capit,  
 Et capitur supinus.  
 Illi cachinnum tollere:  
 Suauè ridere mater.  
 Exultim ludunt, aduolant:  
 Qualis mellifica cohors

Verso tempore suenit.  
 Humoq; in terga tollunt:  
 Oh oh tolle, tolle oh oh.  
 Ibi princeps fone satus,  
 Solus qui figit Deos,  
 Solus facit poetas,  
 Incliti Iouis genus  
 Collocatur eques sedens.  
 Et Paana concinunt.  
 Bullatum ab ense truci  
 Balibeum recingunt.  
 Quem clypeo currus vice  
 Nectunt, & intentum humeris  
 Pennigeris lorum trahunt  
 Nauticum celeuma canentes  
 Vt Helciarij solent.  
 Quis compareret Bacchi tygres?  
 Deoidis dracones?  
 Et Cybeles leones?  
 Piætas Iunonis aues?  
 Columbulas Dioness?  
 Apollinisve cycnos?  
 Quin vt sellam curulem  
 In eo galeam reportant.  
 In qua focus sublimis  
 Ridens, sedens triumphat,  
 Ast alij factò agmine  
 Disturbare properant.  
 Illi contra repugnant,  
 Et volant, & reuolant,  
 Et conuolant, & subuolant.  
 Plebeia donec victa gens.

In thoracem subit.  
 Vnde recti, qua parte hiat,  
 Osculis manusculisque  
 Imitatur lemures.  
 At illi tum triumphant,  
 In me vt omnes triumphant.

Ioue genitus Cupido  
 Venatur egressus, leuium  
 (Ab miser orbis ab miser  
 Quantus tibi furor instat)  
 Fratrum imisummiolantum  
 Ad communis prædæ lucrum  
 Trahit igneam cateruam.  
 Varia turba, lasciuia cohors,  
 Varius color igne tinctus,  
 Vultus idem vt fratres decet,  
 Alius vt alio genitore satos.  
 Sunt hi Vulcania proles  
 Sine ratione feroc.  
 It satus Atlantiade patre  
 Furto melior, & dolis.  
 It Apollinis decora  
 Soboles meditata carmen:  
 Zephyrus quoque suos sibi  
 Ventosa genuit agmina.  
 Sunt qui de spumarum notis  
 Nati sunt sine patre  
 Simul cum Erycina matre,  
 Cum primum genitalibus aquis  
 Extulit os sacrum polo.  
 Nec Martis amplexus ferit,

Et inuidiosa Deis  
Ambrosia vigilia  
Steriles esse videntur.

Ua quibus incubuit grauis  
Tempestat hac rabie ferox.  
Hi tum simul omnes simul  
Fratrem comitantur principem.

Huic Noctua pugnum premit  
Illa scurra flexicolla.  
Hic nutat, nutat, annuit,  
Et contra colla flectit,  
Et digitulum mordere dat:  
Morsumque suggit ore.  
Dein taluram rostro incutit.  
Vter plus gesticulatur?

Ille filo sutam gerens  
Fert illisem palumbem.  
Hic humeris rete habile  
Reuocauit a tergo prorsum,  
Et plagulis faciem texit  
Fratribus mormolysans.  
Fert viscum hic, ille arundines,  
Ille fissili stipula  
Acanthidem emulatur.  
Modos vibrans, retorquens.  
Quales nec ipse Cerylus,  
Nec Terei placidum nefus,  
Nec dulcis audet Aedon.

Expediiores alij  
Manalios fugaces,  
Roseis cataphractos nimbis,  
Roseis loris reuinctos,

Roseis

Roseis millis feroces,  
Panos munera salacis,  
Catellos copularunt.  
Sonat aurum nemus, tremit  
Laipectora Tellus,  
Quacumque tulere gressus,  
Quaqua ventilarent alas.  
Cognatus ridet Aether  
Novo incitatus aestro,  
Atque in terram refusus  
Implet rerum parentem.

Illis operam spemque simul  
Anteuerit, & superat  
Omne pradae genus, omne  
Ima, summa, media.  
Volentia, nolentia  
Captiua detineri  
Postquam noluerunt.  
Nec calum expers ignium est,  
Sed seipsum promouet,  
Ipsumque se propagat.

At princeps Ioue genitus  
Nec retia, nec catellos,  
Nec aliud telorum genus  
Meditatur, ut vincitos trahat.  
Sed lenia ex radiis fulmina  
Calesibus ocellis,  
Quos Panthea iaculatur,  
Reticulo intercipientis,  
Auersus, ne & ipse videndo  
Misellus pereat prius,  
In me urget, illa ingruunt

K

*Eamque ferunt insaniam,  
Pro qua non sapere iam velim.  
Eamque mortem oppignerant,  
Cuius vice nolim viuere,  
Si aliter sit viuendum mihi.*

*Fortuna si partes meas  
Eadem tam geris atque tuas,  
Vt me ludibrio habeat  
Tenero puella nutu:  
Tum ferre me negantem  
Nouo quatis flagello:  
Nunquam vices meas mi  
Per te gerere licebit?  
Vt ferre me hac volentem  
Nolim pati flagellum  
Nescire me virum esse?*

*Si sunt carmina mollia.  
Cur durus hac dicit Amor?  
Si durus hac iubet Amor,  
Cur mollicella verba?  
An qua imperat Amori  
Panthea mollicula  
Scintillantibus exercit  
Mi nectat ex ocellis,  
Quod in meos ocellos,  
In corda, verba, cantum  
Sese induens, triumphat?*

*Domitor puer virorum,  
Domitor puer Deorum,  
Domitor puer omnium,  
Domita tuos rebelles*

Et

*Et militantis annos  
Permitte o imperator  
Dulci senescere aura.*

*Cupido, cum manus dedi,  
Quas vinculis coercitas  
In seruitutem agebas:  
Non tibi satius fuit,  
Quo te carmine pingerem,  
Soluere? permittere  
Tibi vacare potas?*

*O nuntium grauem, meas  
Qui nunc percurrit aures,  
Ab auribusque corda.  
Panthea me supplicem,  
Panthea supplices preces  
Contempsit, & risu ferox?  
Nec me vltus es, o Cupido?  
Contemptus es, Cupido,  
Et tuis ste rilibus aris  
Imponier postis honores?  
Inultus es Cupido,  
Et vis Deus vocari  
Sic victus a puella?  
Ineptus es Cupido.*

*Orata me pridem Venus  
Emeritum militem  
Dono remunerare,  
Pete, inquit, ut vis, & feres.  
Aio ut quiete viuam,  
Persunctus tot labores:  
Qua me cura adussit vsque adhuc*

*Vratur ut vicissim.*

*Ergo illico ut audivit*

*Scelerata nocensque turba,*

*Se se abdidere cordis*

*In intimos recessus,*

*Harum vetera lustra ferarum.*

*Tum Venus e capillo*

*Plexo reticulo feras*

*Nequicquam latitantes*

*Implicuit involutus.*

*Atque e nati sagittis*

*Compositum fasciculum*

*In his, quas prope habuit, sibi*

*Destinatis aris*

*Subdit impostas: statim*

*Ingens flamma reluxit,*

*Et momento citius*

*Tum scelus id consumpsit.*

*Bene tibi sit flamma ultrix,*

*Que mihi olim trux fuisti*

*Ab igneis sagittis,*

*Nunc pia que fuisti*

*Olim leuiferis sagittis*

*Nunc ultricibus sagittis.*

*At vos nocens, dura, fera,*

*Maleominata turba,*

*Male conciliata turba,*

*Que me aridum fecisti,*

*Exuxisti, ebibisti,*

*Oculos canos fecisti,*

*Ossa pene nudasti,*

*Siqua latitas intus adhuc,*

*Que*

*Que vetia effugeris Dea,*

*Pari supplicio poena*

*Par, etsi fera, manet.*

*Et si qua nunc reperta sit,*

*Carnifices proinus mei*

*Vrite ignes in ignem.*

*Cum poculum poposci,*

*Nec poculum datur mi,*

*Pro poculo morantem*

*Moram ebibi molestam.*

*Cum mi dari poposci*

*Aut turturem aut palumbem,*

*Nec mi datur palumbes,*

*Moram illico voravi.*

*Cum Pantheam poposci,*

*Nec Panthea se mihi dat,*

*Sed in mora mora est ipsa,*

*Ego non moram hæc voravi,*

*Sed me mora hæc vorauit.*

*Cur amo, si non audeo?*

*Cur non audeo, si amor*

*Amor, & diffidentia*

*Ex magnitudine obstant,*

*Hæc fastus, hic decoris.*

*Exurge dum Cupido.*

*Et quod facis face ergo,*

*Vt quantus es tantum audeas.*

*Verg, tuq, fastuq,*

*Estis soboles decoris,*

*In me tu ut auolasti*

*Refedit ille in illa.*  
*Adiunge te ergo fratri.*  
*Ibique pene regnes.*  
*Tum fratre subdito, mi*  
*Audaciam parabis,*  
*De utroque tum triumphans.*

*Quot Amor habet sagittas,*  
*Tot miser ego vulnera,*  
*Nec fessus ille, nec satur*  
*Nisi hoc, haud saturum esse.*  
*Nec sibi deerit, quin me faciat*  
*Pecudem, canem, capellam.*  
*Postquam fecerit leonem,*  
*Omnia vertat, & euerat:*  
*Quaeque ademerit, referat versum.*  
*Omnia, nisi me ipsum.*

*Bacchus, Musa, Cupido,*  
*Tria sunt diuersa regna,*  
*Haud tria diuersa monstra.*  
*Vnum furiat, vnum insauat,*  
*Vnum expectorat ipsum peccus.*  
*Vno vincit se exui homo.*  
*Qui tribus ego victus?*

*Rerum vicissitudo,*  
*Cur in me non statuis vices?*  
*Tui oblita semper cedes*  
*Nec releges vestigia?*  
*Vt, vnde discessum est prius,*  
*Dia regna libertatis*

*Vacordia*

*Vacordia relegata*  
*Resipiscens reuisam.*

*Quae Thessalis venena*  
*Tibi indicat, Cupido,*  
*Quis cuncta transfigures?*  
*Quin est duplex venenum.*  
*Nam pristina in figura*  
*Nonam induo figuram.*  
*Tamen haud fit ista quicquam*  
*Accessione lucri.*  
*Nam qui esse vult utrunque*  
*Quod ipse, quodque amata:*  
*Neurron est, neque hac, neque ipse.*

*Sobolis genitalis Aetheris*  
*Pelluciduli, turgiduli,*  
*Rosculi, tumiduli, gemmei,*  
*Quales concha globulos parit.*  
*Teretibus tremuli guttulis:*  
*Vobis si stamma quoque*  
*Coruscare queat, mea*  
*Vos ego Fascicompse*  
*Comparar: libens queam.*

*Imperabam ego olim mihi:*  
*Nunc mi imperat Cupido.*  
*Sed mi imperans Cupido,*  
*Non mi imperat, nec ego mi.*  
*Non ego sum Cupidini.*  
*Qui sim illi, si non sum mihi?*  
*Sed uterque Fascicompse.*

*Cape fructum amoris, inquit  
 Mihi Venus renidens.  
 Et mi ostendit Pasicompsam.  
 At qui capiam, quod non capitur,  
 Nec vult capi, nec capi potest?  
 Non sat, inquit, est videre?  
 Nam sol, qui, quam tu, pluris est,  
 Nil plus habet, & sat habet.*

*Recita mihi, quot dolores,  
 Quot spes alit, quot reponit  
 Dia desperationes  
 Quae nes dies, Atropos,  
 Scribisque vita elenchos.  
 Sic ego, sic Dea, quae nei dies.  
 Quot in te sunt vacordia  
 Tuique obliuiones,  
 Qui (væ) Deo relicto  
 Tibi stulte fabricas Deos.*

*Animaduerso furore,  
 Quoties memet reprendo,  
 Toties reprendo iustas  
 Statim reprehensiones.  
 Nec mi mora fit vlla  
 Quin supine desipere ausim.*

*Comitatus, imperium, loci  
 Prærogatiua, cultus,  
 Soboles ambitionis,  
 Abite quo vocat vos  
 Ampullosa stiltitia.*

*Aurea*

*Aurea mediocritas  
 Ostentat uberes sinus.  
 Vnde si licet recessim  
 Aliorsum me amouere,  
 Vitam velim solutam,  
 Qua diuos sibi eligit,  
 Curas iugulare, Musa  
 Pauperis in gremio.*

*Nec morte nec vita queam  
 Placare durum amorem.  
 Nam vita fulguritis  
 Aegrescit in medullis,  
 Nec tamen recedit ille.  
 Ergone mors superest?  
 At nonne morte peior est  
 Mors a seipso abire?  
 Illa moriar morte aliis.  
 A se hac morior mihi ipsi.  
 Nec tamen recedit ille.*

*Regina Calliope  
 Tange citharam canentis,  
 Citharam vt reparet Neera.  
 Et tu florens Thalia  
 Aufer numeros canentis,  
 Vt det numeros Neera.  
 Et tu lenis Erato  
 Lacera animum canentis,  
 Animum vt integret Neera.  
 Et tu ferrox Cupido  
 Vt re spiritum canentis,*

*Vt refrigeret Neera.  
 Nam si quacunq; velle vos  
 Pro me intellexit, omnia  
 In aduersum retorquet.  
 Vt contra vos mihi agre sit.  
 Contra vos mis faciet bene.*

*Nonne haec dies serena  
 Cur nubilus animus mihi?  
 Natura si contraria haec,  
 Cur nubilum nubilum mihi?  
 An sol communis aliis,  
 Communis haud item mihi?  
 Sed Dia sol solus mihi  
 Fert nubilum & serenum?*

*Quam metuo, ne ha pruina,  
 Quibus albicat capillus,  
 Insidant versiculis:  
 Et frustra in his flores queram  
 Sunt tamen & hiemi  
 Sui flores, suus nitor  
 Inpinguibus r acemis,  
 Propter aquas gelidas,  
 Pater quas Renu patri  
 Vitreo vitreus laccho  
 Hieme subeunte propinat.  
 Quare in versiculis meis  
 Si vine a non floret ver:  
 In turgidis nitescit.  
 Autumnus hic racemis,  
 Cum lucido Lyao,*

Et

*Et fratribus Lyai.*

*Tenelle ros iuuenularum:  
 Rosa candida: suauē liliū conuallium:  
 Aura matutina cali,  
 Siuculosas Sirio siccante lacunas:  
 Pruiua sapientis anni:  
 Inamabilis adamabili spina in rosa:  
 Flosculis Nemeaus Auster:  
 Flammi anhelō Siry cor acre cordi:  
 Age te explica, atq; ostende nobis,  
 Vtrum esse vis, vtrum esse non vis,  
 Aut te exue, aut nos exue.*

*Limen alterius vite,  
 Que mox mihi paratur,  
 Salue, nec ignaro tui  
 Nec trepido obrepis mihi.  
 Non me tamen, quasi via  
 Decurso spatio, puta  
 Ad te aduentare senem.  
 In me tener Cupido  
 Securus audacter tui  
 Renouat mihi iuuentam,  
 Que spirat in Pasithea.*

*Concinniore versu  
 Hodie canere volebam.  
 Cupidinēq; inuolabam,  
 Quem pedibus astringerem.  
 Men' pedicis? ait ille.*




*Haud facies, hoc Martis est  
 Sub rete cum matre simul,  
 Vt inter heroes suos  
 Vinciat a poetis.  
 Mibi frustra non data ala.  
 Abeo, dixit, & auolat.  
 Et me, meosque versus  
 In libero furore,  
 Venustulo furore,  
 Nulla religione  
 Vel pedum, vel carminum  
 Sic liberos reliquit.*

*Postquam Iouis iussu mea  
 Stamina necessitas  
 Prodiderat Atropo secunda:  
 Alnum Capitolium,  
 Quod vegetum Anacreontis  
 Lepidi caput reclinat,  
 In Elysiis viretis  
 Me excipiet sensibus integrum,  
 Cum Musis & Marte fero,  
 Multiplicique Phæbo carum,  
 Nec inuisum Gratiis,  
 Et militem Cupidinis,  
 Lenis comitem Lyei,  
 Blandæque Voluptatis,  
 Sobria quam parit Venustas,  
 Edera, myrto, lauru, Iouis  
 Esculo coronatum,  
 Fratre seruato patreque,*

Et

*Et aquila recepta  
 Ad Cadmias ruinas,  
 Alcida Iouis amulum  
 In literarum monstris,  
 Populo redimitum.  
 Nouo clarum triumpho  
 Beabit aeterno bono.*





## I V L I I C Æ S A R I S S C A .

L I G E R I L A C R Y M Æ .

A D

Diuam Constantiam Rangoniam.

**N** E mecum Dea, quod nitidi decus ardet olym-  
 Cui se siderea supposuere faces, (ps)  
 Ne corrumpes graui celestia lumina fletus.  
 Qui poterit dāna hæc post reparare Deū  
 Me sine perpetuis damnare hæc fletibus ora:  
 Conuenit ut fors hæc sortibus una meis:  
 Quo non pulsus ego? quid non perpressus? ubi non  
 Extant excidij iam monumenta mei?  
 Ipsi qui fuerant, qui sunt mihi poena recessus,  
 Enderunt lacrymas in mea vota loci.  
 Tu quoque diuini post impia fata mariti:  
 Impia que poterant tollere ab orbe Deos:  
 Alpigenas profugo superans pede protinus arces,  
 (Barbaricas te isto pectore ferre niues?)  
 In solio domitans infamia fata labore,  
 Fortunam aggressa es velle docere, quid est.  
 Vidit & inuenus summisit genua latebris:  
 Cessit, ut aspectus horruiſt illa tuos.  
 Illa tuos, quibus ipsa tamen nitidum æthera mulces:  
 Atque refers patrij sidera magna poli.

Vt

Vt quanta est in magnanimo Constantia vultus:  
 Sese agitet tanta Fors iremesacta fuga.  
 Abstineas igitur satis est, me audire gementem.  
 Si me audire voles, lacryma risus erit.

Causæ luctus, arniffæ sedes atitæ.

Aeterna lacryma, memorisque infamia luctus,  
 Tristia flebilibus murmura fusa notis,  
 Et miseri accentus, & lamentabile carmen,  
 Et grauiora ad viduos verba vlulata rogos:  
 Vos fletu humentes vitæ, crinesque soluti:  
 Tu materne graui vulnere fixe dolor:  
 Ite hac in miseros numeros, diuisque sinistris  
 Dicite inornata carmen inane lyra.  
 Quod neque depensus viridi sub rupe viator,  
 Raptave de dura matre puella legat.  
 Cui nec odoratus tedarum luceat ordo:  
 Neve tener pellens agmina thyrsus agat.  
 Sed qui funeribus miseri torquentur acutis:  
 Quis, fera dominam compe de stringit humum:  
 Ille ego, cui rigido tam blandiun lusit Apollo,  
 Quem fouit patrio Martia flamma sinu.  
 Ah quem nulla unquam docuit fortuna timere,  
 Nulla leuem facili sustulit aura gradu,  
 Distrabor in vario populantes vulnere curas:  
 Ah satis, ah nimium, si nisi cura fuit.  
 Ah ego perpetuo martis damnatus amore,  
 Heu tamen auerso quem fugit illa pede,  
 Et primo tenuis fraudatus flore iuuenta,  
 Ante etiam vitæ cognita dona cadam?  
 Sic dira æternos intentant omnia luctus:  
 Sic ego sum rapido raptus ab hoste mihi.

Communemq<sub>3</sub> lupisque, aribusque ad retia captis,  
 Celsi haustum pariter turba cruenta negat.  
 Quippe ego sum nostri vnum hoc in funere funus:  
 Exerceiq<sub>3</sub> alio mors sua iura graau.  
 Eum memini, quantorum acies effusa malorum  
 Fixerit in miseros spicula dira Lares.  
 Euerfig<sub>3</sub> Deum manibusq<sub>3</sub> iraq<sub>3</sub> Penates  
 Nil præbent reliquum, quam mihi flere diu.  
 Qualis ubi pallens propter cita flumina pastor,  
 Sub stabulis numerum dum studet esse suum:  
 Alitis afflatus crudeli fulminis igni,  
 Attonitum nescit qua ferat inde caput.  
 Sæpe ego Barbarica nigris in rupibus umbra,  
 Illa fouens cura semina dira mea,  
 Qua patri Eridano fontes rumpuntur, & vdis  
 Turbat inexpleum pinguis culta vadis:  
 Aspektans sacrum laticem, rex optime, dixi,  
 Rex flumiorum, Italia rexq<sub>3</sub> paterque, plaga,  
 Equid, ubi ad veteres torques tua flumina ripas,  
 Qua rapidis Athesis arua fatigat aquis:  
 Has tecum lacrymas, æterni elementa doloris,  
 Restituis patrio tristia dona solo?  
 Sic ego sic pleno decurrere grandior alueo,  
 Vndaque sic precibus visa fauere meis.  
 Vnda fauet, versosque oculos in flumina, fluxu  
 Perpetuo similis, quos imiteur, habet.  
 At tu, qui ad luctum placidus lenia ora vertis:  
 Quem iuuat his miseris lata necare modis:  
 Iuro tibi Geniumque tuum, cineresque meorum:  
 (Nam quid ad auersos sint mea verba Deos?)  
 Iuro tibi infami damnata hæc lumina fletu:  
 Vt morerer, me etiam hæc commersisse manu.

Non

Non licuit. Verum hoc munus ne crede Deorum:  
 Qui mea non vna funera morte volunt.

In Alpibus æger Apollinem &  
 Aesculap. alloquitur.

Magne, minorq<sub>3</sub> Dei, quanquam mihi magnus uterq<sub>3</sub>:  
 Magne pater, solo sed patre naie minor:  
 Magne pater, medicas si rite sacraimus aras:  
 Si colui præsens altera sacra puer:  
 Aspice me, miserum, extorrem, rerum omnium egeum:  
 Quem tenet ignoto barbaræ terra sinu.  
 Aspice me dulcis liquentem luminis haustus:  
 Cuius adhuc nullus pectore gustus inest.  
 Quique bonis insanæ carui miser exul auitis:  
 Quique tuli duri vulnere seruiti:  
 Nulla cui mæsto ridens Aurora reluxit:  
 Nulla cui faciles condidit hora Deos:  
 Quem diuus genitor fraudauit lamine, diro  
 Funere, quem diro funere diua parens.  
 Saliem non potuit seræ ventura senectæ  
 Præterita exorients spes releuare mala?  
 At me perpetuus crudeliter obsidet æstus.  
 Nec maior Sicula est ignibus Aetna meis.  
 Accipe qua tristis expugnat Sirius umbras:  
 Qua steriles rapidus Cancer hiulcat agros:  
 Aut in desertis Lybies, ubi litifer atros  
 Per populos siccis Auster anhelat equis:  
 Et quæcunque graui pariter quocumque sub orbe  
 Feruida languentem colligit hora sitim.  
 Illa sitis, sitis illa leues mihi condiet haustus.  
 Sic miser in mediis ardeo mersus aquis.  
 Ecce igitur misero facilis succurrit Apollo,

L

*Et desert gelido gramine latus opem.*  
*Vos ego fatales succi, vos gramen adoro:*  
*Vniucius vestro caule superbi honos.*  
*Vnde mihi licuit fugientem ducere vitam:*  
*Funeraque extructis tollere sulca rogis.*  
*Vosne ab Hyperboreis spirauit Cynthus auris?*  
*Vosne sub Odrysi pastor habet nemore?*  
*Vosne ab Acidalius misit Venus aurea campis?*  
*Aut Paphio facilis fonte rigauit Amor?*  
*Qui mihi conceptos in morem fulminis æstus,*  
*Ïussisti que atris ignibus ire faces?*  
*Non Venus, aut tanto statuit Puer ales honore.*  
*Ab quantum flammaram illa, vel ille trahunt.*  
*Vnde igitur? Pholoos glacialia pectora nosco.*  
*Vnde fuit toties mors mihi, vita venit.*

Angela Paulina accepto falso nuntio e  
 clade Rauennati de mea morte, ve-  
 nenum hausit.

*Me miserum, quid enim? mihi post mea fata superstes?*  
*Te mihi defuncta Lesbia vnius ero?*  
*Tecum una nostri perierunt Lesbia sensus:*  
*Et sedet exanguis tristis in ore dolor.*  
*Non mea festino iuuant vestigia Baccho:*  
*Nigrave nocturnos decipit umbra pedes.*  
*Qua veniam petere, & faciles que frangere rixas*  
*Lingua, nec ad lusum iam tibi visa rudis,*  
*Inque tuum mihi te solita appellare furorem,*  
*Inssibus heu quoties facta diserta tuis,*  
*Nunc misera in luctus, ac verba vocantia mortem*  
*Soluitur, & truncos integrat atra modos.*  
*Tantum nescio qua, posito sub nocte silenti*

Que

*Quæ referam tumulo carmina, garrat Amor.*  
*Nec inuat insuavis lacrymato potus ab imbr.*  
*O pereant oculis pocula dira meis:*  
*Pocula, que nostram potuistis perdere vitam:*  
*Pocula tartareis annumeranda malis.*  
*Tecum una nostros haussisti Lesbia sensus.*  
*Nunc ego sum toto corpore truncus iners.*  
*Nec tibi iuratis oculis miser utor: at illi*  
*Sunt tantum lacrymis rauua facta meis.*  
*Crudeles diui: si tam didicistis amare.*  
*Et siquid modo sunt: quid nisi turba nocens?*  
*At tu perfida spes potuisti fallere nostras?*  
*At sine me tibi mors Lesbia grata fuit?*  
*Vobis inuideo manes: vos nostra videtis*  
*Pectora, vos roseis ora relicta notis.*  
*Vobis illa meos forsan nunc narrat amores:*  
*Signaque sub tacitas dicit operata fores.*  
*Irrita tum blandos inter conuicia lusus:*  
*Quæque facit nimio nox superata mero.*  
*Absentem externis ut me quaesisset in oris*  
*Audax infida freta puella rate.*  
*Ah mecum ut foret, ah tantum exhaustisse viarum?*  
*Quid fuit hoc? patrio quam procul illa solo est?*  
*Adria non potuit trucibus violentius arenis,*  
*Me miserum Stygia diuidit annis aqua.*  
*Heu quoties animo subeunt mollissima rerum*  
*Tempora, & ignigeno pectora victa Deo:*  
*Tunc tua mi ante oculos, tua Lesbia oberrat imago:*  
*Mensque stupet rigidis non bene nixa malis.*  
*Te ne ego conspicio funestis lectule tedis?*  
*Te ne pati his possum cernere luminibus?*  
*Luminibus: qua postquam illum videre nitorem,*

L 2

Cernere iam posthac digna fuere nihil.  
 Ast ubi post somno reparanti claustra laborum  
 Cedit peruigili cura soluta pede:  
 Robora sideream nutant cum fessa quietem:  
 Cum sopor in tepidis frondibus urget aues:  
 Te mihi tum seris nox votis arua reducit:  
 Vmbraque crudeli mota dolore, fauet.  
 Sola mea propriis tenebras miserata tenebris,  
 Persimilis nostris conuenit apta malis:  
 Te teneo, rogitoque: & enis mea Lesbia? uinīs?  
 Et pia iam lacrymas audit unda meas?  
 Timc haeres, fixoque petis mea lumina vultu:  
 Sauciag, incerto fluctuat ore fides.  
 Mox Aurora rotis nigrantes verberat auras.  
 Et fugat amplexus inuida diua tuos.  
 Exurgens audios moueo per strata lacertos:  
 Hei mihi pullatis strata maligna iocis.  
 Et bene qua lusus seruant vestigia nostri,  
 Implentur lacrymis humida facta meis.  
 Quodque meo nunquam saturantur perdita fletu:  
 Quam commune sua cum domina illud habent?  
 Ah tum quam vanis tabescunt pectora curis:  
 Nec potis est infans addere verba dolor.  
 At qua finis erit lacrymis? qua causa doloris  
 Mors fuit, hac ea me morte leuare potest.  
 Mors mala, mors, ah mors raptarum infamia rerum,  
 Sat mihi, nec toto me bene tange pede.  
 Sic sum ego nuda mei, nil prater nomen, imago:  
 Quod melius de me est, Lesbia nostra rapit.  
 Exiuncti te, meq, simul mea Lesbia. Verum  
 Is miser est, iterum qui periisse potest.

Ad

## Ad Aequicolam.

Maxime vir, geminas cui circum tempora laurus  
 Purpurea facilis nectit Apollo manu:  
 Aequicola Aonidum decus, acceperissem rerum  
 Numinibus vestris, numinibusq, meis:  
 Quid faciam miser? aut mea quo mœstissima veritam  
 Pectora, perpetuis nubila facta malis?  
 Quam non fausta sacra huic fixi vestigia terra:  
 Irrita sic lento me coquit igne mora.  
 Quosque male institui numeros, diusque sinistris,  
 Nunc etiam leuis edimus auspiciis.  
 Exulis huc animum primum detrusit Apollo:  
 Nec minus hos ideo non probat ille modos.  
 Vix dum etiam attigeram maturi luminis oras:  
 Præluit teneros cum pia barba dies:  
 Excidimus patriis rebus, Patriæ relicta  
 Mitis ego in primo vertere flore solum?  
 Mitis ego? & longa confectum at te parentem  
 Mecum deserias vidimus ire vias?  
 Ah quantum illius tangebant fata, nec ultra  
 Metibar casu funera nostra rudi:  
 Tantum alios merito moueant mea fata parietes:  
 Teque mari imprimis qui potes esse pater.  
 Qui pater es vatum: dextris qui carmina Musis:  
 Atque pares fausto condidit amore iocos.  
 Te sine, qua aduerso Parnasia numina Phœbo  
 Concipere in duro contigit exilio.  
 Nequicquam domina moueant caelestis acumen,  
 Haud ita me facili lumine fata vident.  
 Sed male diuerso cœpi cum tempore vestras  
 Ah puer incautus sollicitare Deas:

L 3

Nunc quoque sentio quam non speret numen amicum,  
Fortuna referunt semina prima sua.

Aspice: caruleo siccant dum rore capillos,  
Pellit & obliquo limina falsa pede.

Vos observantem iam me videt altera Phœbe:  
Dum redeat voti meta suprema mei.

Mantoi colles & collibus addita sanctis  
Numina Aestinis confociata Deis:

Tuque tuo pater Andino cum flumine: per quem  
Tollit adoratum Roma sub astra caput:

O si vos quicquam vatium nunc pectora tangunt:  
O ego sic aliquem si vocor ad numerum:

Dicite me Mario desertam ducere vitam:  
Dum fera precipiti spes quatit ora metu.

Ille potest animum dulcis firmare cadentem:  
Languidaque humana corda lenare manu.

Hoc scitis est, dicat per me mitissima fiet,  
Atque volens veniet in tua vota Dea.

### Ad Claudium Philomusum.

Quos mihi diuinos Philomuse ostendis honores:  
Quosque adeat tepidos victima sancta focos:

Verte, nonnos quibus arrisit Fortuna triumphos,  
Et patet ad dominos semita certa Deos.

Hui, heu, me patrii miserum iactura sepulcri,  
Me Genius, veterum me docora alia patrum.

Amissum imperium, & clari mihi nominis usus.  
Quique trahit magnos ordo superbus avos,

Aeternum Philomuse iubent lugere, nec inter  
Candida vivendi munera luce frui.

Huc adeo mihi iam rediit res omnis: ut ipse,  
Quam quod sum, quidvis esse magis cupiam

Aspice

Aspice me, qui cuncta vides, cui dextra potenti  
Montales strepero territat igne minas,

Iuppiter, & Iovis o soboles Rhannusis virgo,  
Vindice que constans numine cuncta quatit.

Humanos, tu sola Deum miserata tumultus  
Diceris obliquas corrigere vna vices:

Et iunidos hominum vite componere fluctus,  
Et premere elati turbida facta animi.

Si quid ab antiquo mihi sanguine degener, vlla  
Turpavi puras conscia arte manus:

Nec mea nobilitas veteri splendore refulsit:  
Aversos etiam par sit habere Deos:

Atque pati merear miseranda turpia vite  
Tædia, morsque auido surda sit vna mihi.

Atque pater tumidis Athesis animosus ab undis  
Flumina barbarico sacra ministrat equo.

Flumina Scaligeris libata. Penatibus, olim  
Flumina regnato dantia iura Pado.

At si magnanimos antiqua lucis honores  
In me etiam ostendunt fortia facta Deis:

Ignotum, extorrem, miserum, rerum omnium egenum  
Excute ab extremi pulvere diua soli:

Sedibus & me redde prioribus: unde tepenti  
Sanguine pura tuos imbuat agna focos.

Tristia sui veteris renouas fomenta ruina:  
Nec patet ad priscos orbita nota Lares:

Ab ne animum, quo me supremi muerere luctus  
Expleam inornato carmine, diua nega.

Cætera magniloqui possunt que ferre Quirites,  
Et Clary numeris plenius ire ducis:

Hic vos detineat facundus Claudius. At me  
Aeternis lacrymis nil nisi flere iuuat.

## Ad Maturinum Almandinum.

Quid me iterum amissa reuocas ad crimina laudis?

Quid me iterum ad culta fœdera rupta lyra

Almandine? quid a veri me luminis haustu

Ad leuia, & tenuis pondera nulla ioci?

Non artis ea conueniunt commercia curis:

Libera que grauibus pectora pressa malis

Ostendunt diuis crudelibus. O mea fata,

O patris, o patrie funera dira mee.

Nunquam ego te posthac visam clare orbis ocelle?

Atque oculo siquid clarius esse potest?

Magnanima regina plage, que sceptrâ potentis

Imperij, & duris hostibus una metum

Ingeminas: que prisca nouo tua frena tumultu.

O veteres orbi numina sancta Lares,

Nunquam ego vos posthac fumanti letus acerrâ

Inque dapes, tepidos inque vocabo sinus?

Nunquid inultus, in externis inglorius oris

Hospes inhumana contumulabor humor?

Spes ego qui veterum miser ostentabar auorum,

Recturus valida fortia regna manu,

Exul agor: nec certa salus super ulla pericli.

Nulla (ab fatorum crimina) certa salus.

O vexilla, & inundantes o sanguine campi,

Arida quos clari nominis ossa tegunt:

Huc me transmisisisti? At hac inuicta probata est

Dextera, ut & toto corpore victa foret?

Sancte, Deum atque hominum custos, ac præses Apollo,

Clare lyra, ac medica clarior artis ope:

Torne ego pestiferi superare pericula calis:

Addat ut ingratos Parca rogata dies?

Scilicet

Scilicet in thalamis, & fœmineo ululatu

Prestat luctifici funeris ire viam?

At mihi querenti pulchram per vulnera moriem,

Vulnera, que quondam plurima dura tuli:

Non licuisse adæ clarissima premia vita:

Et patrij vere nomina ferre viri?

Hoc est, illusisse modis Fortuna superbis.

Hoc est, de patria, seua, fugasse domo.

Sic nunc ignotis miseri consedimus oris:

Si tamen ire, redire, ipsa sedere vocas.

Sancte Canis, Canis & soboles mea numina manes,

Vix capiunt magni quos pia regna poli:

Si veras animi moles temeraria virtus

Extulit, & vobis nomina digna tuli:

Accipe me iam, hausti vestro qui munere lucem,

Jam pudor est, sine te, me sine, luce frui.

## Ad Io. Proliachum Burdeg. Senat. F.

O decus extremis ingens ubi flexibus aquor

Audit honorata iura suprema plage:

Quas tibi, victuro meritas pro carmine laudes,

Queve feram numeris munera digna tuis?

Dum mihi diuinis ultro decernis honores:

Diuinis ingens sis Deus ipse modis.

At me crudelis deslenter facta puella,

Atque amissa animi pignora certa mei,

Improbis huc vestra luctus subducit ab aure,

Pallidaque incertis obsidet ora notis.

Per tibi ego, tibi sidereos mea sidera ocellos,

Per qui oculos oculis imposuere meis:

Iurato misere quicquam, si credis amanti,

Nec tollunt facilem verba verusta fidem:

Iuro miser, nihil antiqui mihi luminis usus,  
 Munera nec mentis, qua prius, vlla super.  
 Heu quoties digitos Musarum admonimus aris:  
 Mollis ubi argutos ventilat aura sonos:  
 Durus Amor toties subit importunus, & imis  
 Ossibus infestas induit igne faces.  
 Humida qua vacuos fumans Aquitania campos  
 Explicat, Hispanis addita regna iugis:  
 Qua vagus aurifero flexu Garunna superbit,  
 Et pinguem in numero gurgite sulcat humum:  
 Perque truces sequitur populos: perque inuia montis  
 Monstra, peregrinis clara cadaueribus.  
 Ille Subalpinis conceptos collibus amnes,  
 Nostra ubi iam tenuit subdita colla iugo,  
 Liquit: ut ignoti fugientem ad limina mundi  
 Depressa extremo frenet in orbe fuga.  
 Dumq; sibi excelsam speculatur callidus arcem,  
 Vnde ferat cordi specula dira meo:  
 Illis fidereis, illis insedit ocellis,  
 Qui in me vni domini pondera iuris habent.  
 Inde mihi horrendas irati fulminis iras.  
 Et reducis patior vulnera seua necis.  
 Inde serenata latos mihi frontis honores,  
 Luminaq; aestiuo lucidiora die,  
 Amissumq; animum, & vite hoc spirabile lumen  
 Sentio, & intacta gaudia plena morae.  
 Aspicias, ut primo inbaris surgentis ab ortu,  
 Cum fugiunt roseum pallida castra diem,  
 Rettulit excelso Venerem mea Nenia vultu?  
 Tam similis iam iam non sit ut illa sibi?  
 Vt vera incessu subget Dea? iamq; loquente  
 Mobilis excluso conticet aura Noto?

Explicit

Explicet aureolos per eburnea colla decorat:  
 Eben ben animi vincula certa mei:  
 Non iam sol celo miser aurigatur aperto:  
 Querit & ignotas ille pudore vias.  
 Seu placet angusto mea tollere nubila risu.  
 (Ab qua votivi semina rara boni)  
 Differor: atque vnus penitus liquefacta medullis  
 Attonito rigidus concutit ossa tremor.  
 Ast ubi conuerso taciturna Proteruia vultu  
 Pallida luminibus vulnerat ora suis:  
 Ut vetus antiquis radicibus eruta pinus.  
 Ardua montani gloria pinus agri,  
 Illa procellosi furis obnoxia Cauri  
 Concidit, & vasto sternitur ieta solo:  
 Sic misera, & toties validis iactata ruinis  
 Mens iacet, excita & fluctuat in lacryma.  
 Quique Deosque, hominesque ferocis, qui durus honores,  
 Quique minas audax, quique superbus opes  
 Sperno, puellaris patior qua iura triumphis?  
 Quæve catenato pondera dira pede?  
 Nec volo posse meos, nec possum velle lacertos  
 Captiua excutere fortia vincla manu.  
 Quod te, per Genij decora, atque insignia vestri,  
 Cui nitidus multo nomine venit honor:  
 Consolare amentem animi: atque opis omnis inanem  
 Excita in antiqui pristina iura mei.  
 Tu potes Aonio voces animare lepore,  
 Languidaque alitiloquis tollere verbamodis:  
 Et trahere in varios discordia pectora casus:  
 Demereque, aut leuibus addere rebus opem.  
 Me tibi redde, mihi me redde: nec ipse periclo,  
 Quæ tua sunt, & erunt, mitte perire tuo.



Iuro miser, nihil antiqui mihi luminis usus,  
 Munera nec mentis, qua prius, vlla super.  
 Heu quoties digitos Musarum admonimus aris:  
 Mollis ubi argutos ventilat aura sonos:  
 Durus Amor toties subit importunus, & imis  
 Ossibus infestas induit igne faces.  
 Humida qua vacuos fumans Aquitania campos  
 Explicat, Hispanis addita regna iugis:  
 Qua vagus aurifero flexu Garunna superbit,  
 Et pinguem in numero gurgite sulcat humum:  
 Perque truces sequitur populos: perque inuia montis  
 Monstra, peregrinis clara cadaueribus.  
 Ille Subalpinis conceptos collibus amnes,  
 Nostra ubi iam tenuit subdita colla iugo,  
 Liquit: ut ignoti fugientem ad limina mundi  
 Depressu extremo frenet in orbe fuga.  
 Dumq; sibi excelsam speculatur callidus arcem,  
 Vnde ferat cordi specula dira meo:  
 Illis fidereis, illis insedit ocellis,  
 Qui in me vni domini pondera iuris habent.  
 Inde mihi horrendas irati fulminis iras.  
 Et reducis patior vulnera seua necis.  
 Inde serenata latos mihi frontis honores,  
 Luminaq; estiuo lucidiora die,  
 Amissumq; animum, & vitæ hoc spirabile lumen  
 Sentio, & intactæ gaudia plena moræ.  
 Aspicias, ut primo inbaris surgentis ab ortu,  
 Cum fugiunt roseum pallida castra diem,  
 Retulit excelso Venerem mea Nevia vultu?  
 Tam similis iam iam non sit ut illa sibi?  
 Vt vera incessu fulget Dea? iamq; loquente  
 Mobilis excluso conticet aura Noto?

Explicit

Explicet aureolos per eburnea colla decorat:  
 Eben ben animi vincula certa mei:  
 Non iam sol celo miser aurigatur aperto:  
 Querit & ignotas ille pudore vias.  
 Seu placet angusto mea tollere nubila risu.  
 (Ab qua votivi semina rara boni)  
 Differor: atque vnus penitus liquefacta medullis  
 Attonito rigidus concutit ossa tremor.  
 Ast ubi conuerso taciturna Proteruia vultu  
 Pallida luminibus vulnerat ora suis:  
 Ut vetus antiquis radicibus eruta pinus.  
 Ardua montani gloria pinus agri,  
 Illa procellosi furis obnoxia Cauri  
 Concidit, & vasto sternitur ieta solo:  
 Sic misera, & toties validis iactata ruinis  
 Mens iacet, excita & fluctuat in lacryma.  
 Quique Deosque, hominesque feroces, qui durus honores,  
 Quique minas audax, quique superbus opes  
 Sperno, puellaris patior qua iura triumphis?  
 Quæve catenato pondera dira pede?  
 Nec volo posse meos, nec possum velle lacertos  
 Captiuæ excutere fortia vincula manu.  
 Quod te, per Genij decora, atque insignia vestri,  
 Cui nitidus multo nomine venit honor:  
 Consolare amentem animi: atque opis omnis inanem  
 Excita in antiqui pristina iura mei.  
 Tu potes Aonio voces animare lepore,  
 Languidaque alitiloquis tollere verbamodis:  
 Et trahere in varios discordia pectora casus:  
 Demereque, aut leuibus addere rebus opem.  
 Me tibi redde, mihi me redde: nec ipse periclo,  
 Quæ tuæ sunt, & erunt, mitte perire tuo.

Carolus a Longauiilla, qui ad Ticinum  
periiit, deflet sub persona Fran-  
cisci regis.

*Flos hominum, flos idem hominum, sobolesque Deorum:*

*Dignaque magnanimo dextra superba loue:*

*Que voci via prima graui laxata dolore*

*Excipiet fletus murmura trunca mei?*

*At non & molles lacryma, fractave querela:*

*Queque gemit viduis virgo relicta rogis,*

*Lugebunt validum Gallorum gentis honorem:*

*Hunc animus luctum non capit ille tuus.*

*Magna, atq; innumeris anima expectata triumphis,*

*Vera cui semper vincere vita fuit:*

*Quam nunc nobilibus commissam exercitus umbris*

*Hoc licet hostili viderit orbe mori:*

*Vicisti: & victæ rigidis cervicibus Alpes,*

*Et rapido cessit hostica terra pedi.*

*Nobile nec viridi spoliatum lumine pectus*

*Fudit ad hostiles verba, precesque manus.*

*Armaq; tam raris vni tibi debita fatiis,*

*Hostibus haud vnquam clara trophæa dabunt.*

*Fortes exuuiæ, æterni tristissima planctus*

*Pignora, & ignoto robore Martis onus,*

*Quid fueras? ubi? cum sic sunt in corpore tanto,*

*Atq; animo totidem vulnera facta meo:*

*Nigra dies, quæ sæua diem, lucemque rerexit:*

*Magnorum ut caderet luxque, dieque ducum:*

*Ausi nefas immo me, quibus caput extulit oris?*

*Quonam pallentes duxit ab orbe rotas?*

*Tene sub horrificis aluit fera turba tenebris,*

*Cui cetricum curuo palpitat angue caput?*

*Vt Dis-*

*Vt ducis vnus diro sub vulnere cuncta*

*Tentares mœstis perdita castra notis?*

*Nomme vides quam moerentia turbida luctu*

*Deposcam numerum Martia signa suum?*

*Et nunc regna Italæ toties exercu a fatiis,*

*Sueta Deum varias sollicitare vices,*

*Amisso ancipitis tam cæno fulgure belli:*

*Quanto oculis nunc sunt visa minora meis?*

*Cum nostros Fortuna animos defixit in urnam:*

*Atq; pari certant dæmona, decusq; modo:*

*Quam tibi nunc memori sumis magna urna sepulchro:*

*Quam magni pugnaæ agminis instar habes.*

*Quæ validum patris nomen in armis,*

*Missaq; terribili vulnera dura tuba,*

*Terroremq; Italum, ac Reni: quæ parua minacem*

*Inuicti molem principis vna regis.*

*Cum satis hæc tecum tamen & viuientia corda*

*Regia perpetuo condis: habesq; loco.*

In Symonis Thomæ medici præstan-  
tissimi obitum.

*Vnde mihi dolor, & lacryma mortalia tentant*

*Pectora, & infansio lumina rore premunt:*

*Inde simul cur & fieras diuina canentium,*

*Non poterit sacris corda cedere modis?*

*Hoc potius decuit: neque enim labentia rerum*

*Semina flebilibus sunt reparanda notis.*

*Nec miser infami luctus renouatus ab æstu,*

*Infano aut lacrymas æstus amore nouans*

*Debet honorati producere funeris auram.*

*Lugeat extinctos moriua turba suos.*

*Vini adhuc Thomas de morte trophæa relinquens,*

*Haud moritur, solitus rumpere mortis iter.  
 Pura anima & patrio tandem tibi reddita calor,  
 Augens sidereis sidera magna tuus,  
 Nunc spectas, quæ condideras sub pectore sancto,  
 Quodq; vides hoc es, lumen, & aura dei.  
 Tanque sive placet, quam posse haurire, nec, illud  
 Tollitur hoc, paribus perstat utrumq; viis,  
 Vt nos hic trepidos gelida caligine sepios  
 Tecum abiens mentis lux tremefacta fugit.  
 Et vidua ante oculos urbis versatus imago  
 Teque manente manens, teque ruente ruens.  
 Aspice, quam mæsto miscentur menia luctu,  
 Inque uno tota urbs funere funus erit.  
 Ab quem præterea miseri imploremus? & unde  
 Vsta erepta habeat posse redire sibi?  
 Tantis abest fati domitor, tam certa nocendi  
 Mors valet in vacuo ponere signa solo.  
 Quod voluit, potuit, quis nunc audebit, ab alto  
 Ducere spirandi semina dia polo?  
 Ille dabat conclamatas producere lucas,  
 Et cali reduci regna tenere pede.  
 Flore nouo reparans fugientis lumina vita:  
 Amissumque iterum posse videre diem.  
 Gaud eat, an doleat, dubitat Natura quod alti  
 Est immenso operis lumine victa sui.  
 Dum sua, tanta, simulq; stupet pariterque superbit  
 Imperia eiberis artibus aucta iuis.  
 At nunc se minor, & crebris spoliata triumphis  
 Sese in te, atque mas querit, & optat opes.  
 Nos quoque queis tecum esse aliquid sperare licebat,  
 Externos nobis iam stupor esse facit:  
 Vixq; etiam incomptis, paucisq; his vocibus hisco.*

Nam

Nam quod erat nostrum, tu tibi solus habes.

Ad Margar. Vitelliam pestilentiaæ  
tempore.

*Si mihi quod fuerat meliori in pectore mentis,  
 Et mentis validus corde vigente vigor,  
 Cum potui rapidos deslere Cupidinis arcus,  
 Meque ipsum in medio quærere sape mei:  
 Tempore in extremo trepidos percurreret artus,  
 Et veteres firma sorte foueret opes.  
 Nunc canerem grauiora feris exercita fati.  
 Pingeret ac diuos mæsta Thalia deos.  
 At simul antiquos armissimus oris honores,  
 Maiestas ubi quod quærere vellet, erat.  
 Sic color ignaua nitidus de menie recessit,  
 Torpidaque ipsa sua mole ruente iacet.  
 Nec potis est blandum componere pectore Phœbum,  
 Sed misere præsens exulat ipsa sibi.  
 Quin etiam rabido in luctu via clausa dolori est,  
 Seque grauem cumulis obruit ipse suis.  
 Aspice fertilibus marcenia semina sulcis,  
 Iam præserte malo desunt esse metus.  
 Tetrrior informi macies incondita leto est,  
 Corporaque ostemat mortua viuæ fames.  
 An miseris satis ipsa mihi parum fortuna videri  
 Iussit & infernas impia iunxit opes.  
 Haud negat amplius: at largo dat munere vitam  
 Vnde petas, mortis pignora certa, cibum.  
 Heu heu quis locus hic terrici sub crimine planctus,  
 Quæve cadaueribus terra sepulta vacat,  
 Quid, quod & heu, quæ nos vitam sperare iubebat  
 Exitium miseris attulit ipsa fuga.*

Ipsa fuga exitio est dirag, in funeris hora  
 Quod volui fugiens solus abesse queror.  
 Hic igitur quos prætere a malus hauserit ensis,  
 Atq, minax plenis hostium ignis agris  
 Crimma, cuncta vorans duplici mors vltia flagello  
 Vt herius non iam quo fera tendat, habet.  
 Se sibi sufficiens vasto dum crescit hiatus  
 Materiam regni sustulit, ipsa sui.  
 Mene igitur fratre amisso, amissog, parente  
 Qui duo terrarum lumina lucis erant:  
 Mene etiam fratre occiso, occisog, parente,  
 Qui duo terrifici fulmina Martus erant:  
 Vltima despecte duxisse ad limina vitæ  
 Quos mihi lenta dabat, serag, Parca dies?  
 Vt quod honoratis toties obiecinus ausis  
 Corpus inornata morte periret iners.  
 Non erit, ecce mihi Vstellia magna superstes,  
 Dumq, erit illa mihi vita, superstes er o.

Isabellæ Scaligeræ filiolæ tumulus.

Vna dies mundo te hæc intulit, hæc eadem una  
 Abstulit: una fuit vltima prima eadem.  
 Quid valeant luctus, quid acerbi murmura plantus  
 Quid inuēt aratis picta querela notis.  
 Heu patrem, ab quo me ipse malo consolet inani?  
 Evincendum etiam num mala mi esse bono?  
 Esse, canunt miserum: non esse, informe: manens sic,  
 Sic abiens, sentis esse, nec esse nihil.

Margaretæ Scaligeræ bimulæ acer-  
bus interitus.

Audite heu stirdi cineres, surda ossa querelas,

Quas

Quas nequicquam amens fundit vterque parens.  
 Alloquere heu mutus cinis: heu muta ossa parentes,  
 In lacrymas quorum versus vterque cadit.  
 At si auersa pris ea fors singulibus, audeat  
 Hunc sensus miseris dura negare modum:  
 Eheu quoniam animam, quo carinine compellabo?  
 Terrigenas superis præferet illa homines?  
 Filiola heu sicci cineres, sicca ossa, parentum  
 Ab saltem miseris ebibite has lacrymas.  
 Ebibite has lacrymas: supremaque funera: qua vos  
 Aequum erat inferis reddere mi, accipite.

In Caroli Valesij obitum Ducis Aure-  
liani Diui Francisci regis F.

O Fatum infelix: o non iam sidera: non iam  
 Aut calum, aut siquid calitus esse potest.  
 Occidimus: res Scaligera, ab res Itala. iam spes  
 Excisa est. mihi mors omnia. vita probro est.  
 Ergo tibi haud poteras, calum, calum esse sine illo.  
 At tibi cum es calum hoc, tartara dira mihi es.

M



IVLII CÆSARIS SCALIGERI ÆNIGMATA.



Qvis pulet, & tamē est, operosis otia Mæsis  
Et struere insidias, & dare verba sibi  
Si neq; ludus iners, bladi neq; murmura sō-  
His sine, nec tacito pocula picta mero. (ni

Fœmineas inter rixas, tremulosque cachinnos

Et cyathum, & choreas hæc tibi facta dedi.

Sic redeunt alacres, posui cum seria, nugæ:

Nec cedit reduci pectoris æstrus aque.

Cuncta, iube, dicet, faciet, dabit: omnia. Tantum

Garrula, ne prohibe, bucca tacere nequit.

Ænigma.

Qui seipfos fecere reos iam mortis Homeri,

Illorum e numero turba proterua sumus.

Sphinx.

Horum unum peperit fallax quæ fœmine quondam,

Exitio misera quo data turba fuit.

Immani ingenio monstri superata dolosi

Nec miseranda suis artibus ipsa perit.

Deus.

Quis queat infinitam ænigmate condere lucem?

Quo maior tamen est, hoc minus ipse patet.

Non capere est, quod ubiq; manet, non cernere certum,

Non

Non aliis dare, sed nec retinere sibi.

Natura.

Artifici cordata manu subnixæ nouerca

Attamen agnosci nomine matris auet.

Efficit, ut factum haud post multo diruat, aufert;

Vt reddat, tota est quæ sibi, nulla suis.

Necessitas.

Quæ Deus est, veteresq; Deum plusquam esse canebant;

Inque Deo nulla est, hanc tibi me esse puia.

Fatum.

Quod vitare nequis, tamen evitare laboras;

Orbis sum prisca, sumq; catena noui.

Fortuna.

Sum vero, at quid sim nemo describere nouit:

De me qui loquitur plus, minus ille sapit.

Siquid agis me egisse refers, clamasque tyrannam:

Atque petis dura voce supinus opem.

Si sum, sum Dea. Quid duro male litigat ore

Seruus? si non sum: stultitia ipsa tua est.

Casus.

Quod tibi nec fortuna dabit, nec fata dedere;

Hoc ero: sed quid sum, forte scio nec ego.

Fama.

Non vir, non mulier, non mas, non fœmina, non stirps;

Non animal, retinens undique, viuo aliud.

Nunc noram, nunc mendaci discrimine primum

Verus, dehinc multi me genere patres.

Haud pedes, haud eques, haud nani, non præpete penna

*V*elifico,ingredior,sto,natio,curro,volo.  
*Q*ui me descripsit,nihil is quaesisse videtur,  
*Q*uam me.cui fauceo,non fauet ille mihi.

## Spes.

*Q*ua reliqua ex omni numero desidit in uno,  
*N*ec cruce confixum deserit illa reum,  
*B*landa quidem specie, lento sed numine fallax.  
*N*umeng<sub>3</sub> & nomen decoquit ipsa suum.

## Sol.

*Q*uale animal, dic, esse putes, quod mobile, totum  
*E*st oculus, neque pars præterea vlla manet?  
*Q*uotidie gignit natum sine matre creatum:  
*Q*ui tamen una ipsa hac interit ille die.  
*C*uius item soror absente est genitore creata,  
*P*artita imperium fratris & interitum.  
*Q*uotidie &c.] Dies. soror] Nox.

## Ignis.

*C*rescens deficio, ingratus matrisque vorator.  
*M*ors tamen illius morte parata mea est.  
*S*axa, domus secreta palam vel nocte videbis.  
*I*nuenisse tamen cæcus & ipse queat.

## Aqua.

*A*me ipsa, ad me ipsam egredior, remeoque, eademque  
*A*tque alia, præceps, prona, supina, manens.  
*I*nstabilis, constans, mutans, mutata relinquens  
*Q*ue repetam, repetens lingue que aggrediar.  
*N*ulla mihi facies, facies tamen omnis, amara  
*E*t dulcis, facili, difficili que modo.  
*M*ultifona, at multi populi sum mater inani  
*C*onsilio efficiam, qui meriunt, ut ament.

Vita

## Vita.

*Q*uam cupiunt omnes tamen, at sum tractus amarus,  
*M*irum: me, qua sum, qua nihil est, perimit.  
*A*ltera magna soror mihi tum succedit inani  
*C*arnificem interimens iure superba meum.

que nihil ] mors priuatio. Altera magna ] vita aeterna,  
 qua mortem perimit.

## Cinis.

*Q*uod rectum, & curuum, quod transuersum atque ad-  
*E*t viride, & siccum, sum nihil: ante fui. (amussim)

## Spuma.

*I*nstabilis mater cum rupta est, nascor: ut olim  
*V*ipera, sed rursus pristina fio parens.  
*Q*uin pregnans orior, rumpor que puerpera. proles  
*N*on nostri generis illico nata volat.  
*M*eg, uehit mater dum vino, recepta sorori  
*I*llius, hospitii & pietate fruor.  
*N*ulla manu, aut capite, aut pedibus discrimior. Est  
*Q*ue vita est hominis omnibus vna locis. (par  
 proles] aer inclusus. sorori] terra.

## Nix.

*C*andidior multo multum candente, parente,  
*L*enta magis motu, viuidiore opera.  
*T*ota ego sum donata insignia prætextato.  
*T*um vigeo, quando plurima morte cadunt.  
*T*ota ego ] bulla. Tum vigeo ] hiems.

## Vox.

*S*ignum animi, plusquam tonitrus, res extera, rerum  
*R*es, vnum a paucis tertia rebus ago.  
*N*escio quo pacto iam me videre Latini

M 3

*Qui non viderunt vera videnda, sibi.*

*Signum animi &c.*] Nota specierum. *tonitrus*] quia plus vox, quam sonus. *res extera.*] quia extra animam. *tertia*] Res, spes, vox. *Nescio*] Nota specierum. *meri- dere*] Visa vocem audire militis. *vera videnda*] veritatem Iesu Christi.

### puteus.

*Ventris inexhausti purissima viscera cernis  
Aluo, ima capitis redditur ore cibus.*

### Arbor.

*Ad superos trabo demissa de sede parentem  
Doque pati summo vertice posse Iovem.  
Mi cantum assimulat Siculi bona Musa poeta  
Hinc etiam vitam carperet ille sibi.  
Maxima de minimo & fluxo robusta, superba  
Ex humilitatis talis qui tibi magnus eras.*

*parentem.*] terræ succum. *Doque &c.*] in arborem mutans, *Mi cantum*] amittit. *vitam carperet*] glandem.

### Currus.

*Curribus ipse meis, quanquam sunt firma, moueri,  
Non moueor, hoc munus dant aliena mihi.  
Me tamen haud tergum trahit, insideove gerenti.  
Quin equitum meae vel pondera terga gerunt.  
Pro quibus officiis vectori porto benignus  
Multa dapibus placita munera, nulla mihi.  
dapibus placita munera,] fœnum*

### Charta.

*Eius, quam texi, nomen gero, commoda primum  
Candidior nunc sum, mollior ante fui.  
Sedula sepositos commissa voce saluto,  
Pro quo saepe ignes, vulnera, vincla tuli.  
Quod prius officium dederat, quod verna Canopi,  
Hoc mihi Parcarum & Pallados explet opus.  
Bellumque & pacem, vitam mortemque pacifcor.*

*Res sacra me quondam resque profana tulit.  
Hæc quoque quæ dedit hæc sine me nequisse videtur.  
At supplere valet filius ignis operi.  
Quæ calum scicidi, ad calum terrestria vexi  
Non nisi præscissa hæc iam tibi dona dedi.*

*Eius*] tela. *nomen gero*] scripta. *Sedula &c.*] literæ. *sepo- situs*] longinquos. *ignes, vul.*] lacerata, scissa, visa, lino iun- cta. *prius officium*] membrana. *Parcarum*] linum. *Pallados*] tela. *Hæc quoque*] penna. *filius ignis*] carbo pro attra- mento. *Quæ calum*] atrum. *dona dedi*] scripturam.

### Jonas in ventre orcæ.

*Sum nondum dira confectus morte, sepultus.  
Haud vana, haud saxum, non humus ulla regit:  
Et loquor, & sapio, & vitalibus abdicor auris.  
Meque capit vinus, meque vehit tumulus.*

### Glacies.

*Sto, quæ currebam: sed non tego, quæ tego. Mater  
Olim, nunc sterilis, rursus eroque parens.  
Quæ constat facies, non constituit, horridus illam  
Iuppiter instabilem sed tamen esse dedit.  
Anfigio tamen, & velles me forte tenere,  
Aut tota aut sensim subtraho me minuens.*

*non tego,*] translucida. *Mater*] aqua. *eroque parens*] lique- facta. *sensim subtraho*] lubrica. *me minuens*] liquefacta.

### Aurum.

*Et curuum & pauidum durumque fuisse libebit  
Quin etiam audacem & præcipiti ore dabo.  
Imperium in fratres, quanquam virtute potentes  
Est mihi, sed multo fulgure pondus iners.  
Sum vulgi votum, sapientis abominor auram,  
An possis, valeam, dicere quid valeam.  
in fratres] metalla.*

## Vitrum.

*Infelix terra me filius edidit, & qui  
Materna patriis arte petitur aquis.  
Inde gero tibi letitias, conuicia, rixas,  
S; pergas: si non, mellea verba, iocos.  
Materna patriis &c.] lapis fluuiatilis.*

## Arcus.

*Litera sum pecoris capiti detracta minacis,  
Cuius, siue caris viscera tenta irabo.  
Hac pellunt seruum fugitiuum: ferreus illi  
Dens, clunes, auuum legibus inde volant.  
Alter a mi similis cognataque litera maius  
Edit opus, sapiens reclus viraq; caue.*

*Litera sum ] Σ. viscera tenta ] neruus. Hac pellunt ]  
Ex Athenæo. ferreus illi Dens ] sagitta. Altera ] Θ. maius  
Edit opus ] sibilum. reclus utraque caue ] arcum & ballistam.*

## Lima.

*Non edo pascalem, non pascor carne solocis:  
Dentis at innumeri robore rodo meos.  
Me tamen hac macies deformat dira vorantem,  
Atque etiam exeso corpore fio minor.  
rodo meos ] ferrum.*

## Laterna.

*Nomine mendaci, re verax, fallere nullum  
Assueui, torui filia tersa proci.  
Furibus infensa, insidiis inimica latronis,  
Agnosco vitam non nisi morte meam,  
Nomine mendaci ] Quia non latet. proci ] Tauri.*

## Ostreæ.

*Hic habitio in valuis, hic sum mihi tota supellex.*

*Ianua*

*Ianua sum tota, & tota fenestra mihi.  
Sublatum tamen a summo curuamine reclusum.  
Admittit, sed non aeris orbe, diem.  
Nil video tamen, & iuxta est lux, atq; tenebra  
Pinguis sed plana luce minore magis.  
Sed qua non fugiam, cur ergo retia tendunt?  
Fioque cum castris splendida præda meis.  
admittit] Aqua. luce] luna.*

## Pompilus.

*Remigium inuersum Zephyro mutante carinam  
Rectam pacato turbine vela vehunt.  
Hac eadem tibi mensa cibum dabit orba paratum,  
Quam mihi perpetuo tempore fida casa est.*

## Testudines.

*Non tectis capimur, nunquam extra tecta vagamur.  
Quin etiam grata quo gerimur, gerimus.  
Nec vox, nec sine voce sumus, dum viuimus, edunt  
Mortua concordēs corpora nostra sonos.  
Nec vox] sibilus. edunt mortua &c.] chelys.*

## Spongia.

*Planta sui, nullo officio radice alebar.  
Sed nullo ore vorans innumero ore animal  
Castigare malos licuit persape poetas.  
Facta eadem una opera & dempta litura mea est.  
Planta sui &c.] ζωόφουρον.*

## Sepulchrum.

*Durum iter, & varie confectum emense viator,  
Prisca tibi officio patria terra patet.  
Hic ubi conuiuas tanto tractabis honore,*



*Apponi ut non daps carior vlla queat.*  
 conuinas ] vermes. carior ] teipso.

### Tegula.

*Sicca acies, quantum voluit, bibit: inde sedenti*  
*Dulcia dat fratri pocula quisque suo.*

### Carbones.

*Infima quos olim florentes vita fouebat*  
*Viuentes, alia nunc ratione sumus.*

*Mutabit solum tamen, ut nox atra, colorem.*  
*Instituam, veluti lingua disertæ, loqui.*

*Infima ] Arbor ex tribus animantibus infimam habet.*  
*viuentes ] carbones viui. Mutabit ] carbo extinctus.*  
*Instituam &c.] litera notata carbone.*

### Luna Solem alloquitur.

*Quod mihi das, plus absente accepisse videbor.*  
*Et quo plus prope sum, tum minus illud erit.*  
*Copia me perdit, me perdit amicitia. una*  
*Et triplex. Quod non tango, queo trahere.*

*Copia ] lucida dies. amicitia ] ☿ ☽ ☾. triplex ] Triuia.*  
*queo trahere ] maria.*

### Campana.

*Excubat os nitidum patulo mihi semper hiatu.*  
*Sacra ministerio ferrea lingua dei est.*  
*Nunquam sponte loquar, nunquam nisi iussa, tacebo.*  
*Excutere at vocem verbera sola solent.*

### Acus.

*Imbelli facit acta viam per vulnera cauda.*  
*Sed nunquam repetit, quam facit inde viam.*  
*Officiosa tamen facit, ut confecta creantur,*  
*Vulneribus coeant vulnera prisca nouis.*

*per vulnera ] sutura. cauda ] filo. Vulnerib. &c.] sciendo ea*  
*quæ scissa sunt.*

Farina

### Farina.

*Innumeri sum dentis opus: de matris amictu*  
*Excitior, fatum est dente perire nouo.*

*Dissoluunt partes patrio nascentis ab orbe.*

*Hæc sedet, ut grauis est: hæc leuis acta volat.*

*Sum multa ex vno, rursus coitura sub vnum.*

*Post, ero, quod facit, & quod fugit omnis homo.*

*Innumeri dentis ] molarum. matris ] tritici. amictu ] furfure.*

*Dissoluunt &c.] volatica farina, & fursur, & gramum.*

*Sum multa ] pollen. vnum ] panem. Quod facit ] sterucus.*

### Anchora.

*Magna, bibens, apri dens, dentes fero parua quaternos.*

*Ingens pro diguis annulus in capite est.*

*Cum teneo dominam, nihilominus illa mouetur.*

*Et cum non teneo, magna auis atra volat.*

*dominam ] nauem. illa mouetur ] nauis fluctuat. magna*  
*auis ] vela.*

### Acetum.

*Doni menti uori iacet hic informe cadauer.*

*Dat, quam vult formam, qui fuit ante, liquor.*

*Doni menti uori ] vini.*

### Clauus gubernaculi.

*Quis putet ad latus hanc caudam possuisse Latinos?*

*Cætera postremo corpore turba dedit.*

*Inuius pedibus, tricenis, ter tribus alis*

*In magna vitrix vnica regnat aue.*

*Quis putet &c.] Clauus Latinis dicitur a Gallis, quoniam*  
*ad latus Romani olim, alij ad extremum nauigij.*

### Clauus ferreus.

*Infelix fouea summerfus protinus ima*

*In per me facto funditus ore forem:*

*Magna tamen capite in nostro sapientia magno,*

*Quaquam percusso vitat adire lacum.*

### Pila lusoria.

*Haud unum genus, haud uno concludimur orbe,  
Turba eodem tamen hoc nata sub orbe sumus.  
Quodq; aliis extra corium est, mea viscera tendit.  
Proq; omni est aliis noscere sola anima.  
Vt sibi quisque velit certa me sorte fouere,  
Verbere continuo longius a se abigit:*

Orbe ] globo. sub orbe ] mundo. Quodque &c. ] far-  
tura e pilo tomentacco. Proque omni ] In folle flatus  
solus.

### Menſa.

*Si dabis, accipies: tantundem leta reponam.  
Nanque mihi ad larga est munera larga manus.  
Mira mihi in numero lusst natura meorum,  
Quadrupediq; tripes unipediq; bipes.  
Quin humilis repſi pedibus ſine, tempore priſco.  
Sed plures, puto, ſic, cum volet illa, dabit.  
Altera pars nitidi virtutum Sardanapali.  
Quin ſcio, ſpes vite iam quibus una fui.  
quibus ] gulosis.*

### Siren.

*Me fugere pice, & velo victricia ſigna.  
Quæ ſum, quæ non ſum foemina, piſcis, auis.*

### Tela.

*Recto & tranſuerſo directus tramite campus,  
Sed tamen alter ſtat, trames vt alter erat.  
Mobilibus teritur pedibus. poſt funus & ante  
Funera, nondum etiam mortua membra tegit.  
Furfure conſeritur. Das pro latamine ſenum.  
Nec niſi poſt pluuia munera gratus erit.*

*Alter*

*Alter ſtat ] ſtamen. trames ] trama. Mobilibus teritur.]  
calceoli intimi. poſt funera &c.] ſudaria. membra tegit.]  
ſubucula. Furfure ] texendo.*

### Speculum.

*Mira tibi mater rerum fecunda nouarum,  
Quin etiam tecum te tibi ſape parit.  
Fœtus tam ſimilis tibi, ne magis eſſe potis ſit.  
Attamen illius dextra ſiniſtra tua eſt.*

### Teffera.

*Quaquam eadem facies, tamen eſt diuerſa precanti.  
Veritas, ſubuertas, ſtat ſibi ſemper idem.  
Dupliciter peperit numeroſum tibi natum.  
Illa agit ad bellum, bella ego ſape fero.  
Si potes, abſtineas, niſi ſub ſapiente, ſiniſtrum  
- Dextrum multatum nomen in omen erit.*

eadem facies ] quadrata. diuerſa ] peracta. Dupliciter ]  
Dupliciter numeroſum, & quia multa teſſera, & quia cum  
numeris. tibiâ ] e tibiis animalis. Agit ad bellum ]  
Lacedæmonios. bella ego ] ludo rixas. nomen in omen ]  
Quia ludus non erit ludus, ſed rixa.

### Frenum. Calcar.

*Vnius fratres de ventre parentis eodem  
Diuerſum officium fecit uterque ſuum.  
Hic ventris comes eſt, oris comes ille voracis,  
Attamen haud ſaturat, hic tenet, ille fugat.  
Cornua neſtuntur tamen eſt maxima, ſolum  
Alterius multo vulnere cauda ferit.  
ventris comes ] calcar. oris comes ] frenum. Cornua ]  
Cornua freni, & freni cornua calcaris. Cauda ] ra-  
diis ſtellæ.*

### Horologium.

*Integra ſum cæli ſemper voluentis imago.*

*Sic traho discretis tempora certa viis.*  
*Sunt alij fratres multo virtute minores,*  
*Quippe frequenti egeant ad sua facta manu.*  
*Infinita vni feruorum turba ministrant.*  
*Officium hoc alij candida Nais habet.*  
*Tertia fors operas pacta est cum sole. dieq<sub>3</sub>*  
*Fecit opus: tacuam nox aboleuit opem.*  
*Quippe fr[eq] Clepsydræ volunt inuerti. Infinita ]*  
*Arena. candida Nais ] aqua.*

## Serra.

*Dissidiis que inimicitiiis que creata creandis*  
*Non imelleto barbara torua sono,*  
*Non nisi iens, rediens, multumq<sub>3</sub> vltroq<sub>3</sub> citroq<sub>3</sub>*  
*Dentibus infestis rosa sine ore vomo.*  
*Dissidii que ] Quia fecat quæ continua sunt.*

## Sera.

*Certa fides, nisi vis decoxerit apta mariti,*  
*Qui me femineo numine blandus init.*  
*Autamen, ille bene, aut aliter si forte gerit rem,*  
*Perpetuum misero pondere pendet onus.*  
*Certa fides ] Clauis. Perpetuum mis. ] Quia clauis pendet,*  
*tamet si non aberrarit.*

## Incus.

*Mutna quot patior, pugnax tot vulnera reddo.*  
*Qui me icit, plagis icitur ipse suis.*  
*Quamquam idem pater & nati fidissimus autor*  
*Atque eodem natus semine frater erat.*  
*Qui me &c. ] Malleus in eudem fabricat. semine ] ferro.*  
*Malleus*

## Malleus respondet.

*Non sum hostis, tamen es si infestus vulnere multo.*  
*Sed pater, atque eodem semine semper eram.*  
*Quod si quis medius nos interuenerit, ille*  
*Sentiet ille suo nomine bella geri.*  
*Quod si quis med. ] ferrum.*

## Pons Cæsaris.

*Dissita coniunxi porrecto limite regna,*  
*Ne tereret trepidus mobile miles iter.*  
*Indomitus stupet ipse sibi noua vincla tyrannus.*  
*At sola exercet fibula grammaticos.*  
*mobile ] Pontonibus, lintribus. Indomitus ] Renus*  
*At sola ] de fibulis pontis.*

## Tollenones.

*Non bibo, demisso capiti nisi cauda superstet*  
*Demissa rursum non meo ab ore vomo.*  
*Sto, pede non moueor, cessans contemplor olympum:*  
*Ars mea: vicini viscera sucta traho.*  
*non meo ] sed a titula. vicini ] putei.*

## Aratrum.

*Ore gero gladium, matrisque in pectore condo.*  
*Vt mox, quæ nunc sunt mortua, viuâ colas.*  
*Dux meus a tergo, caudamque trahens retrahensque*  
*Hasta, non me, ut eam verberat, ast alios.*  
*matris ] terræ. quæ nunc &c. ] fruges. Dux meus a tergo ] At*  
*duces præire solent. Caudam ] stiuam. Hasta ] sti-*  
*mulo.*

## Cunei &amp; Securis.

*Mi caudam feci multo de corpore primam,*

*Qua facio caua, ab iis exeo, non habito.*

*Quot fratres sine cauda habeo, tot in arte ministros*

*Victores, qui post praelia facta cadunt.*

*Victores & c.] Ligno scisso cadunt cunei.*

**Crepitus ventris.**

*Ima e sede ruens cognauit fulminis alti*

*Summani videor rite venire manu.*

*Vicini figiunt, quatiuntur tecta cackinnis.*

*At si mutus ero, iurgia saepe cio.*

*Summani] Fulmina terrena. Summani manu iaculari dicebantur.*

**Tentorium, Papilio.**

*Talis ego e terra qui munere factus aquarum*

*Nunc sub forma ignis arceo fidus aquas.*

*Mollis eram: nunc plus, sed molli hoc munere durus*

*Et Mars, & duri munera Martis agunt.*

*Talis ego e] e lino macerato. nunc plus] sub forma pyramidis. Mollis] lini plantæ. Nunc plus] tela.*

**Furnus.**

*Dimidium cali pars est a scripta diei,*

*Alicui noctis tempora fusca manent.*

*Summa est illa, ima hæc. Neutra est nec summa nec ima,*

*Summa mea est, uno do tibi virunque loco.*

*Das, quo non egeo ipse, cibum, satur haud satur illum*

*Reddo tibi totum, quo saturere, volens.*

*Neutra est] Quia circularis. virunque] quia furnus, vbi ignis est lucet, vbi non, obscurus. cibum] panem, satur] plenus. haud satur] non comedit.*

**Ephippium.**

*Insideo, insideor, prisco olim tempore nostri*

*Usum Germani dedecus esse putant.*

**Infundibulum.**

*Tam cito Flandra merum potum haud vesica reponit,*

*Quam cito quod potu fida refundo meum.*

*Illatamen spurcum, & retro tibi reddit odore.*

*At nostrum illa sum qui volat, ille bibet.*

**Veget.**

*Non subsicus cohibet, non nervus colligat artus:*

*Sed vicinorum brachia grata tenent.*

*Illatiam frustra officio conentur abuti,*

*Ni vires digitis nexile præstet opus.*

*Non caput a cauda, non detur tergo venter:*

*Sed tibi qua placeat parte sedere queo.*

*Totum corpus iners quanquam est & inutile edendo,*

*Exuperant omnem viscera nostra cibum.*

*sed vicin.] salices curuatæ in circulum. nexile & c.]*

*vimina. viscera nostra] vinum.*

**Crumena.**

*Materia infelix detracta cadauere forma*

*Tam varia, ut nec ego me mihi nosse queam.*

*Haud melius fatum, nam pendeo more latronis.*

*Ingenium sic me furis habere putant.*

*Si dederis, seruo, seruatum reddo petenti.*

*Non nisi at auriculis tracta referre volo.*

**Millus.**

*Qualis inaccessis iaculis defenditur hystrix,*

*Ferrens armani tergora nostra pilus.*

*Pro domino fera bella gero: sed bella gerendo*

*Contineo domini colla reuincta mei.*

**Annulus.**

*Tota catena fuit seruorum, ego sola catena*

*Pars, sed me dominus induit ipse volens.*  
*Italia vastator adest, qui victor amicis*  
*Partiur modus milia milia suis.*  
*Italia vastator ] Annibal.*

## Atramentum.

*Candida mater erat, genitor fulgore cornuscus.*  
*At facies nari tota colore nigra.*  
*Prodit ex aliis etiam genitoribus. unam*  
*Matrem de cunctis impius ater arat.*

*Candida mater ] charta. genitor ] ignis. Prodit ] factum*  
*ex aliis materiis. unam Matrem ] papyrum, chartam.*

## Echinus marinus.

*Mi caput est venter, non differt alius ab ore.*  
*At domus est tergus, tela cauenda pedes.*

## Sal.

*Quod molle, ac liquidum timuit temeraria puppis,*  
*Nunc durum, & rigida mole catina vehit.*  
*Rodo mihi lapides, atque horrida tergora ferri.*  
*At carnes seruo, & piscibus abstineo.*  
*Quid &c. ] mare. Nunc durum. ] sal.*

## Statera &amp; Bilanx.

*Est unum mihi, sunt duo brachia iuncta sorori.*  
*Iura sed ex equo iudiciunq; damus.*  
*Illam gerit geminos equo discrimine ventres:*  
*At mihi de geminis in quibus arma vigent.*  
*Cor filium illa adhibet, leges ego tergo porto.*  
*Inspicit, ut sapiat lingua viriusque polum.*  
*Vae tibi qui terras perplexo murmure vexas:*  
*Iudicij cuius tartara lingua sonat.*  
*Ille gerit &c. ] bilanx. geminis vng. ] vncii duo in trutina.*  
 Consilium

*Consilium ] librat pondera. leges ] numeros, notas ponderum.*  
*Iudicij &c. ] iudex.*

## Pluuia.

*Sublimi in regno, e regno digressa parentis,*  
*Ipsa mei rursus pristina fio parens.*  
*Pars remanet pura: ast alia est infecta sorore.*  
*Si mea non veniant tempora, siccus eris.*

*Sublimi in reg. ] nubes. parentis. ] aqua. parens ] aqua.*  
*pars ] terra. ast alia ] lutuar.*

## Pecten eburneus.

*Multi ex dente uno, multis cum dentibus omnes:*  
*Dentem illum quanquam turba proterua negat.*  
*Dentibus hi dentes sunt facti, non tamen usus*  
*Idem aliis, nullum os, digero: hoc officium est.*  
*Dentem ] Quia dicunt esse cornua, non dentes. Dentibus ] terra. digero ] discrimino capillos.*

## Caminus.

*Sic niger, ut cernis, nimio sum lucis amore.*  
*Me Latium patria voce carere iubet.*  
*Perque hiemes caleo, perque aestum frigeo, quanquam*  
*Me Temese feruor sape calere facit.*  
*Lucis ] ignis, fumus ex igni. Me Latium ] Quia Græca vox.*

## Hortus.

*Si spectes veteris frugalia sacula vita,*  
*Do totum, at toto hoc vita carere potest.*  
*Sum comes & frater pacis, stabulique piorum*  
*Premia qua nobis pagina sancta canit.*  
*Do totum ] ὄλον olus. stabulique ] Elysi. Premia ] paradisus.*

Scipio e ramo.

*Brachium eram. par sum factus: sed muua cernis  
Officia, hic: ut me, quem fero, & ipse ferat.*

Monachi, Fratres.

~~Mundi quisq; gula. fœx, recrementa latrunt.~~

~~Quorum anima plures, nullaq; inane pecus.~~

~~Alea, auaritia, ingluuius, perituria, somnus:~~

~~Est, & ubi (ab ætate) fœcora dira placent.~~

~~Dotibus his ergo credatis, mortua mundi~~

~~Vtuit onus mundo, mortua turba sibi est.~~

Organum musicum follibus inflatum.

*Multis ex animis plures in pluribus insunt,*

*Ille cum taceant, hæc coluere sonos.*

*Mobilis insulibus submititur aura re ductis.*

*Iactet Ctesibios Græcia vana suos.*

*Multis ex animis ] follibus. in pluribus ] tabulis. Illæ ] folle*

Mortarium.

*Buccis semper hians patulis soror aspicit infra.*

*Inuerso sed ego suspicio ore polum.*

*Semper habet linguam nexam, que personat aures.*

*At mihi adest, & abest dempta, reposita mea.*

*Annuit, ut loquitur, atque abnuat illa, loquar, vel*

*Non constare loco stat: mihi certa fides.*

*soror ] campana. Annuit ] campana.*

Ligula caligaria ærata.

*Ambigua ceruice biceps, velut amphibia*

*Rostrum utrunque aneum more triremis habens,*

*Arcta cauum subeo, mox ut traiecta rediui,*

*Inuoluens spiris dissita necto meis.*

Molæ farinariæ.

*Quod defessa manus longa absidione frequemat:*

*Quique*

*Quique in sese anni more recurrit equus:  
Audax angustis veniens solertia rebus,  
Efficere inuento pondere fecit aquas.  
Pars angusta meat, patulo pars libera cursu:  
Sic nostra tua sit irrequiete quies.*

*recurrit ] rotando temonem molæ. efficere &c.] in fluuiis. angusta meat ] canalibus. patulo &c.] fluminibus. Sic nostra ] Quia non laboras trufatilibus.*

Triticum.

*Defosso, ut vinam: caso post funera, iuncto,  
Verberibus tuso quod mihi carcer erit?  
Ut depromer stem, lanier ut dentibus albis.  
Impositum in navi me necet intus aqua.*

*post funera ] messes. iuncto ] in manipulos. Verberibus ] tritura. dentibus albis ] mola. in navi ] in aluco ad panem.*

Vectis machinalis.

*Quodnam onus illud erat, quod si non tollere possis  
Hoc simul, atque illud tollere quis melius?*

Circinus.

*Pes bipedis stans alter adest, alterque mouetur.*

*Signa ta nen statuit fidus uterque sua.*

*Hoc infinitum est, motu quod ducitur ipso.*

*At nulla alterius omnia parte nihil.*

*quod ducitur ] circulus. At nulla &c.] punctum.*

Iris.

*Pons ingens vario tractum depictus honore,*

*Quem super haud vlli se posuere pedes,*

*Nullas suppositi transmittit fluminis undas:*

*Sed super impositis ipse grauatür aquis.*

Nitedula, Cincindela, Lucula.

Non ignis, non stella micans, non candida Luna:

Me tamen in cæca non nisi nocte vides.

Sic scribit sapiens, sapiens sibi lumina præfert.

At mihi sic sapio: lumina pene gero.

Cribrum.

Partes membra mea faciunt leniora frequentes.

Quo plures addis hoc leniora facis.

Sin aliena graui me pondere pondera trudent,

Queis fueram leuior, his fuero leuior.

Totum ego sæpe diem solo de limine vidi.

Nunc videas strictum per loca mille diem.

Sin aliena ] triticum. Queis ] foramina. his ] horum  
opera foraminum. solo de lim. ] in tergo pecudis.

Follis pila.

Non salio, nisi si plenus mihi pondere venter.

Sum leuior, cum me sarcina tota premit.

Quam melius, quam tu, sperno sola muccida terra.

Autorem referunt semina prima suum.

pondere ] aere. sarcina ] aer. Quam tu ] qui non curas  
cælestia. Autorem ] aerem.

Follis fornacarius.

Ex animis iaceo, surgo cum ducere suctam

Tento animam, in cineres hancque profundo iterum.

Mi gemina est cauda: excipiturque & pellitur aer.

Quomodo delphinus pellit & haurit aquas.

Ex animis ] sine aere.

Columna ad ædes.

Si non sto, non stas, si concido, concidis, vna

Virgo ventre carens, altera ventre tumens.

Est

Est quæ rugosis intermet ornamentis.

Est quæ simplicibus pura nitet tunicis.

Est arcu similis quæ iungitur apta forori.

Ast alia inducto iungitur apta iugo.

Perfides, & Persa, calaibus superadduus vna:

Hæc ventrem atque pedes, ille dedere caput.

Virgo ventre ] Ex Vitruuio. rugosis intermet ] striatæ.

pura nitet ] non striatæ. forori ] fornicî: sustinendo.

Ast alia ] Thufcanicus. dedere caput. ] capitellum ex Vi-  
truuio.

Ouum auis, piscis, serpentis.

Fœtus auo similis, similis ventri ore parentum

Quos idem genuit coniuge missus auus.

Patria tergemina est, triplici regnatur in orbe,

Vt calun, sic nos aquora, terra capit.

Fœtus auo ] ouum otio. similis vent. ] mari & fœminæ.

coniuge missus ] quia in ouo mas & fœmina potentia:

aquora, terra ] piscis, serpentis.

Fœmina dormiens inter virum &  
mœchum.

Fœmina quæ sola est, simul & non sola: nec absens,

Nec præsens: simul & quæ sit utrunque sibi.

Quæ mota ac simul immota est: quæ vincula soluta:

Atq; bono atq; malo apta nec apta viro.

sola est. ] quia dormiens nullius operis. non sola ] quia

inter duos. quæ sit utrunque ] quia dormit absens.

mota ] quia spirat: immotaque dormit. vincula soluta: ]

vincula somno, soluta vinculis. bono ] marito. malo ]

mœcho. malo apta ] idonea malo, non idonea mari-  
to.

apta ] iuncta, quia marito coniugata. Non iuncta,  
quia non actû coiens.

## Mustella.

*Captaces animosa capitq, voratque voraces.  
Non tamen a genere hoc discrepat illa nimis.  
Alierius generis vorat insidiosa vorantem,  
Ad furtum sibi quæ lumina nocte parat.  
Non potuit vicibus natura sagacius uti.  
Cum furum furax, fur quoque fure cadit.*

## Cannabis.

*Qui fuit, ut tanquam latro lacerarer iniquus,  
Quæ bona iustitia sæpe ministra fuit?  
Telluris soboles solis primum voror ab æstu.  
Mox pereor, tanquam naufraga puppis aquæ,  
Aut flumio, aut pelago, aut stagno, putrive palude:  
Exercetq, malus triste cadauer odor.  
Hinc tanquam grassatorem me malleus urget,  
Durateaq, premit forcipe crebra manus:  
Viscera dehinc laniat pendentia ferreus unguis:  
In capitata etiam pendeo lenta cruce.  
Postquam, quisne unquam iussit torquere nocentem?  
Me miseram: nibilo torqueor inde minus.  
Tum posita in volucris scelerata Ixionis orbe  
Volvor, & acta cita ventilat aura rota.  
Post aliis alias mutat as ordine pœnas  
Innumera tunc sum dente fatigat anus.  
Innumerus dens innumeras conferecit in unum  
Comminus, & facie lenigat ora noua.  
Atq, hinc iam varios rerum quis dixerit usus?  
Vix satis ad tantos sit mea Musa modos.  
Nam pars exiliis susceptis sponte vagantur:  
Ast alij furcis pendula colla tenent.  
Necdum finis erit, rursusq, subacta sub undis*

Lubrica

*Lubrica, qua spectas, æquora sio libens.  
In quibus ut videas, quibus hæc sit acta Camænis,  
Rursus ab infestis ignibus vsta cado.*

## Candela.

*Aut apis, aut bircus, vel pinguia viscera pini  
Ostendere diem post simul ante diem.  
Se sibi sufficiens alieno munere pinus  
Non eguit, laqueis cætera egere vides.  
Vires sæpe vices has supplere Minerua.  
Arte Promethea si modo fulta vigent.  
Viva videt præsens, quæ nunc hæc scribimus: at de  
Se, quid scripta velint nulla videre potest.*

## Oleum.

*Tota meæ vitæ iam nutrimenta fuerunt.  
At nunc inter nos hostica tota sumus.  
Vinco tamen, facioque in eis, quod navis in vnda.  
Quin in dissidijs tempore iuncta sumus.  
Terra parens aluit, quæ lac dedit alma bibendum:  
Si tamen attigero, me sibi tota bibit.  
Munera Mercurij Germanæ munera poscunt.  
Nam quod ego huic, illi tota palæstra fuit.  
Nam quod ego] ego sum Mineruæ & palæstra Mercurij.*

## Pera nummorum, iterum.

*Quod furum mala turba sibi furatur, & arceat,  
Hoc ego non furans arceo fida tibi:  
Sed fures si iure bono pendere iubentur,  
Cur ego non furans pendeo iure malo?*



## Remi.

*Alas, crura, pedes, potius, pinnas ne vocemus?*  
*Hoc potius proprij pro ratione loci.*  
*Non mirum est nomen, cauda mirabile sola.*  
*Innumeras, longas vincere posse breuem.*

## Liber.

*Vt cernis, vincētus fero nomina vana soluti,*  
*Semitono quanquam syllaba prima vocat.*  
*Me corium tegit, aut animal, mihi filia lini*  
*Arborei spoliij nomina prisca tenet.*  
*Hac hinc, atque hinc hæc, qua cernis, multa meorum*  
*Membrorum alborum sunt nigra membra mea.*

## Otium.

*Quod pauci norunt, Græca ut dicatur ab aure,*  
*Datq; ideo studiis nomen, & acta sua:*  
*Mollius id quanto est, quanto est imbellius, hoc plus*  
*Vrget, mollitia frangere plura potest.*  
*Hæc etiam, nisi te secreta mente foueret,*  
*Non legeres: præstat nanque legenda tibi.*

## Ventus.

*Magna boat sine voce, volat nulla actus ab ala:*  
*Plurima diruere, nil fabricare potest.*  
*Inq; mari, inq; igni, in terris, in nubibus altis*  
*Vnus tot regnis tot sibi regna parat,*  
*Auget & extinguat genitoris semina primi,*  
*Hostis sepe fouens prælia, vimque sui.*  
*Clarius audieris hæc, se si conferat ad te:*  
*Multa ferens, elephas qua neque ferre potest.*

Somnus.

## Somnus.

*Quæ tollit, statuit: quæ excludit, claudit in imo.*  
*Inque labore quies, inq; quiete labor.*  
*Vtq; illum sensus tenuem non percipit ullus,*  
*Sic etiam sensu percipit ille nihil.*  
*Plurima capta vehit secum: sed quando sororent*  
*Ille vehit, nil post amplius ille vehit.*

## Veritas.

*Hæc mensura rei est, in mente vel ore loquentis.*  
*Esse vlla in toto si tamen ore potest.*

## Aer.

*Hostis, amicus, atrox, pius, intus & in cute notus,*  
*Et cæpit, & capitur, nilque tenere potest.*  
*Erumpentem adytis, rumpentemque excipit hostem,*  
*Et vehit & vehitur, nusquam & ubique manet.*  
*Fratribus immitis furit, & pacatur, & ardet,*  
*Et gelat, & patitur, & docet inde pati.*  
*Preferit is si te, vel si defecerit, ibis*  
*Ad propriam, neque as vnde redire, domum.*

## Rifus.

*Lenia compositi placido tibi limina vultus*  
*Denorat: iratam fixus in ore canem.*  
*Quin etiam durus tumido contemptus hiatu,*  
*Quin etiam viua est in moriente nota.*  
*Sape leuis tremulo stolidus vibrat æra pulsu:*  
*At sapiens presso limite signat iter.*

## Crepitus, iterum.

*Terribili numeros sonitu tuba flexilis vrget,*  
*Crispataque crepat vox tremebunda fuga.*

*Aurea materies non est, argentea non est,  
Aut cornu, aut tenui ductilis ære via:  
Sed quibus e latebris septem discrimina vocum  
Obloquitur fidibus doctus Apollo suis.  
Non tamen ex omni, sed tantum illius ab antro,  
Quo streperi melior anseris ara fuit.*

## Gallina.

*Cui lux ante diem, tenebra sunt ante tenebras,  
Sic utrunque simul sedula segnis erit.  
Querere posterius, natone, priusne parente  
Possumus, hoc quod nunc est, quod & ante fuit.  
Fit melior peior, generique tuoque suoque:  
Sed peior melior post modo vita tibi est.*

## Aluceus apiarius.

*Nobilis urbs, populus iusto sub rege laborat.  
Vix ades, large vix numerantur opes.  
Non me coctilibus surgentia mœnia plinthis,  
Vnica perpetuo sed pede testa capit.  
Sæpe etiam solo cingit me stipite murus:  
Sæpe etiam textu cratibus orbe tegor.  
Imus nulla via est, fœdo qua limite quadret.  
In medio rota est, sed sine lite forum.  
Ast ubi sedutio variis sub regibus orta est,  
Solvitur antiqua religione fides.*

## Domus.

*Terra pedes operit, costa a caput ordine texunt:  
Quaedam habet, ast alibi non habet vlla cutem.  
Hæc tibi vestis erit, nec tangeret pectora, ni tu  
Attingas: omnis temporis usus erit.*

*Sunt oculi in latere, in ventre ora: atq; ora per ima  
Arcet, & admittit, quæ tibi vis, neque vis.*

## Cithara.

*Est dorsum tumidum, ventris planissima sedes:  
Summa sibi dentes cauda reflexa tenet.  
Intestina foris sunt, e quibus edere vocem,  
Quod nequit, ipsa sibi muta ministra facit.*

## Bombarda.

*Tota gula est, tota est porrecto pectore rostrum:  
Multipedes pedibus monstra duobus agunt.  
Ferreæ vox, qualem sibi quondam optavit Homerus.  
Si tamen audisset, nollet habere sibi.  
Vt ricino, nullus postrema est exitus alui:  
Sed saturo, quod non suscipit ore, vomit.*

## Tritremis.

*Quam crurum numerosa cohors non sustinet, ales  
Crura gerens potius sustinet ipsa sua.  
Mota solo scisso vestigia nulla relinquit,  
Et rostri in duro stat rigor ore minax.  
Quanquam audax, cauda reuocat tamen atra sub alui,  
Quod facit aufugiens acta pauore lupa.*

## Cancer.

*Ore bidens, bimanus, secus os, fastigia cauda.  
Vna est, in toto corpore, mole caput.  
Curuum remigium vicibus pellitque trahitque:  
Sed nunquam recto tramite carpit iter.*

## Turbenlusorius.

Tensa citos equiti cursus cohibebit habena:  
 Tensa tamen cursus huic dat habena citos.  
 Non tamen in cursu spatium procurrit ad ullum:  
 Sed retinet, sibi quem coeperat ante, locum.

## Veru.

Que longoque brevisque modo sunt rostra volantum,  
 Cum comedunt, intus debui esse cibus.  
 Hoc rostrum vario cooperitum est carnis amictu.  
 Nec vorat hanc: alia lege voratur ab hac.  
 Cauda regit volucres proorsum moderata volantes.  
 Ast hoc in puncto cauda reflexa regit.

## Piscis.

Cui manus os, vigili cui fit sub lumine somnus,  
 Pars prima summus ultima & ima regit:  
 Omni prædo vorax, etiam si dente carebit.  
 Quendam etiam vera est fama vorasse patrem.  
 Ast alius nunquam, quibus vitur, euolat, alis.  
 Quæ nulla, & bina, & quatuor esse solent.  
 Quod super, & subius, quod retro & ante, geritque  
 Et premit, & pulsus cedit, & instat ei.  
 Partim epulis mistum tibi fit pro munere vitæ:  
 Partim epulas virus, quo tibi seruet, habet.

## Ignis, iterum.

Qui magis in tenebris, minus aucta in luce videtur.  
 Sed tamen in tenebris multa videre facit.  
 Non oculos aperit cæci, fecitve videre.

Sese

Sese aliter cæcum posse videre facit.  
 Mobilis immotum fecit, quod se ante mouebat:  
 Vt viuat, victum subtrahit ipse suum.

## Funis.

Qui brevis in sulcis creui bene potius ab imbrī,  
 Excidium doleo longus ab imbre meum.  
 Qua iacit ad mortem memet tortura ministro,  
 Officij, & vite præbui illa modum.  
 Captiuus capio, laxatus capta relaxo.  
 Atque trahens retraho, meque retenta traho.

## Hortus.

Nobilis vrbs quadam relictis signata viarum  
 Limitibus, riguis sæpe beatur aquis.  
 Atque hæc vrbs aliqua partim fundatur in vrbe:  
 Ast montes alias, imag<sup>3</sup> rura tenent.  
 Cuii cuiq<sup>3</sup> sua est domus, nullus amicus amico  
 Vnquam in concilium non coiere simul.  
 Pauca tamen coiere simul, seseque maritant.  
 Aut celebrant lecti vincula regis ope.  
 Maxima pars relictæ stat corpore, parua recumbit  
 Haud tollens presso pectora fusa solo.  
 Crinibus, atque oculis dominus, pedibusque recisis  
 Vescitur, & soboles est numerosa cibus.

## Colus.

Herba ut me vestit, sic quæ vestitur ab herba.  
 Non tamen hæc, nisi me vestiat apta manus.  
 Illa non spoliant, spoliat manus: inde labores  
 Tum sibi non æquos, dum fugit illa, creat.  
 Nam de veste mea deuoluit viscera longa.  
 Cur iungenda parans separat illa prius?

## Anulus.

*Pœna salutiferi furtis antiqua Promethei,  
Nunc equi & Nynphæ nomen honoris habet.  
Addita visceribus prisca sunt ossa parentis,  
Quæ dent mandatis signa parata notis.  
Vnde etiam faciem, & proprium Balearica nomen  
At non officium tela dedere suum.*

Balearica nomen ] σφευδών.

## Subula.

*Ferre a rostra viam faciunt, retroq; recurrunt.  
Vis suis at transit, nec redit inde viam.  
Quæque eadem, nec erant eadem, coiere sub unum  
Ius, tenuat dignis quod tibi Morta suis.*

## Pons.

*Nunquam ad amicitiam poterant seiuncta coire,  
Quamquam immota nouo quæ coiere modo.  
Nanque est imbrifera quæ forma in virgine, unxit  
Victis dissiduis mollibus una duas.  
Sæpe & Hamadryades superarunt Naida, nec dum  
Tactam, vel pedibus dissecuere suis.*

Sæpe & ] pons ligneus superauit aquas.

## Arcus.

*Quod prope percutiens faciebat vulnera pulsu,  
Nunc neque contingens & procul illa facit.  
Imperium domini, domini modo viscera frenant,  
Et rigidos cohibent mollia frena pedes.  
Nulla ala in bifida cauda est alata volucris.  
Quodque caput texit, nunc regit apta manus.*

Culcitra.

## Culcitra.

*Quod volucris dorso leue pondus & vile gestat,  
Hoc ego compositum sub cute condo mea.  
Incubere cutes alia, curibus sed in illis  
In propria incumbunt ossa reposita cute.*

## Conopeum, iterum.

*Pensilis explicuit fastigia mollia meta,  
Quod tibi Serneuit, quod tibi gessit onis.  
Subier curi culices quæ non nouere procaces.  
Abdita ne queras tu quoque scire mala.*

## Bolis.

*Qui penetrant oculi summi sub culmina mundi  
Quo penetro, quare non penetrare queunt?  
Atque equidem videor res breuia rudisque figura,  
De cauda pendens non nisi pondus iners.  
Ast oculi officio fungor sic certa videntis.  
Meque oculata eguit magna auis ara volans.*

## Sutor.

*Ferro rem gerit, & stricto dat vulnera telo.  
Sanguinis ast illis gutta nec una cadit.  
Tum sine sutura medicatur vulnera. Quare  
Sic faciens, quod tum non facit, ille facit.*

## Nox &amp; Dies.

*Absentis, quod adest sum, absentis tamen adsum:  
Nec me absente absens amplius illud abest.  
Vno illud creat: ast ego pluribus haud quæo regnum.  
Vna tamen ætria dat mihi regna vice.  
Absentis ] priuatio dici, quæ adest absente die.*

*Latitæ dominus duros fert sæpe labores:  
Auctor mæstitiæ, sæpe quietis, opes.*

### Iter ad Mortem.

*Quodnam iter est, quod nemo videt, potuitve videre?  
Qui tamen ignoret, est prope nullus homo.  
Plenus hospitii, & blando munere captum  
Fallere te tandem fœda ruina docet.*

### Craticula coquinaria.

*Quis diuinabit miranda texta figuræ?  
Totum animal costis, abdita cauda, pedes.  
Plusquam ossis macies, carnem non induit ullam.  
Imo etiam carnes hæc caro nulla gerit.*

### Sepulchrum, iterum.

*Est domus, est paries longe antiquissimus eius  
Perpetuus, quoniam ianua nulla patet.  
Rumpitur hic facile, ast aliis est saxeus: illis  
Est sine calce, aliis calx quoque mista tenet.  
Exule sole vacat nullis obscura fenestris:  
Nec facilis tetricis murmurat aura locis.  
Nulla loci facies, nec vis, sed frigida torpet.  
Nec sedes, tota est nil, nisi lectus iners.*

### Fratres Monachi, iterum.

~~*Quatuor in stabulis mundi sub crimine peræ  
Porcorum saturant semibominumque greges.  
Est vocale genus, nullo distincta colore  
Vellera: sunt affinis plumæ nigra, alba, pecus.  
Atque vitænam pecudam toto sine nomine mandra:  
Non animarum etiam carnificiis impi.*~~

Turris

### Turris campanaria.

*Longam, multoculam, unipedem, caput urget acutum,  
Quod ridens Boream tegmina nulla gerit.  
Cum clamat valide, longa intestina mouentur:  
Non tamen ex villo se mouet ipsa loco.*

### Ligula, iterum.

*Flexilis hæc, & vimineis amplexibus apta  
Vestis erat, Doricam telecta regensque suam.  
Quale ferunt geminum ancipiti caput amphisibana  
Nunc habet: at rostrum non aperitur ei.  
Quin aperit potius, vestigia cæca Typhlina  
Qualia, sunt oculi tale quid ipsa gerit.*

### Rota.

*Vnus pes paruis, magnis duo, sæpe quaterni.  
Quale hoc cunque animal pondera certa gerit.  
Mira pedum natura: loco non vlla mouetur.  
Sed mutare locum, quod gerit, ipsa facit.*

### Furca.

*Infans & iuuenis vetulaque atate bidens est.  
Nulla sed exeris denubus ora patent.  
Non herba, aut foenum cibus est, non hæc sibi mandit,  
Vt mandant, aliis suppeditare solet.*

### Echinus marinus, iterum.

*Cui nullum caput, a capite extant cryra, sed illis  
Ingrediens, nullo sub pede signat iter.  
Os veluti radix: duo sunt longinqua propinqua:  
Vulnera feri extra, quod inuat inuis habet.*

## Litus &amp; mare.

Quo ruis? insanus assultibus ecce resisto,  
 Quam sine fine rues, tam sine fine cades.  
 Frangeris, & fracto domita cadit impetus ira,  
 Nec cadit, indomitus sic sine fine furis.  
 Interdum valida vi munimenta retundunt  
 Innumeris alias turba pusilla globis.  
 Vt sterilis natura mihi, fecunda tibi, sic  
 Est sterilis tibi fors, est numerosa mihi.  
 Qua licet inter se nunquam fuit apta coire:  
 Attamen a socio non abiit vlla suo.

## Fluuij &amp; Mare.

Sum patris, est nati mirus nauis que, paterque:  
 Sumque idem, nec sum, si bene cernis, idem.  
 Infera nos, illum superum natura gubernat:  
 Vnde putes animal, nec tamen esse putes.  
 Sed tamen aut mouet, aut varia ratione mouetur:  
 Nos tantum e multis motibus vnus agit.

## Pluma.

Quod tollit, premit: ima petens, sursum ara repellit.  
 Et summo premitur: nec tamen ipsa capit.

tollit. ] auem. premit ] bilancem. sursum ] appulsa. in bilan-  
 cc. somno premitur ] a dormiente. ipsa capit ] somnum.

## Ænigma.

Quenam sunt tenebrae placidi tegumenta laboris,  
 Sub quibus urbani lux latet alma salis?  
 Mos fuit antiquis, victori dona corollas,  
 Sed victo muria pocula plena dare.


Non

Non ea barbaries nostras nunc asperat umbras.  
 Sat poena, & premi risus utrinque leuis.

## Excusatio ænigmatum.

Orgia qui tetrica colis intemerata Minerva,  
 Cui nisi caelestis pectore spirat amor:  
 Non est quicquid habes, non quicquid cōspicis, aurum.  
 Sunt etiam paleis utilitatis opes.  
 Hos nobis permittite leues haurire liquores.  
 Scit natura sinu ludere parua suo.  
 Si nihil hac aliud, quam calum fingeret, esses  
 Tn quoque tanta loquens hac ratione nihil.

O 3





IVLII CÆSARIS SCA-  
LIGERI VRBES.

A D

DIVAM CONSTANTIAM  
RANGONIAM.



Quam te memorem? totis que viribus usa  
Nature, cali maxima vincis opes.  
Nā nec vox, nec mēs hominē sonat. O Dea  
O Dea, vel signa sui potiora Deis. (certe,  
Excipe caelesti tibi debita munera nutu,

Quem Fortuna sacro numine victa timet.  
Hic iterum per me natas miraberis vrbes:  
In quibus & retines principis ipsa locum.  
Stemmata dum fratris, dum stemmata dia mariti  
Instituis magnos inter habere Deos.  
Hinc Muina, hinc Genua, hic claris Verona triumphis,  
Inuidia incendunt secula tota sui.  
Quam fūto maiore viget, potiore parente  
Lussibus exultat turba renata tuis.  
Disperiere aliqua: vix nomina sola supersunt:  
Nullaque, que non sit interitura, manet.  
Auspiciis renouata tuis tamen, aucta<sup>q;</sup> factum est  
Per te ne possit amplius vlla mori.

Roma

Roma.

Vos septemgemini caelestia pignora montes,  
Vosq; triumphali mœnia structa manu,  
Testor, adeste, audue sacri commercia cantus:  
Et Latios animos in mea vota date.  
Vobis, dicturus meritis illustribus vrbes,  
Has ego primitias, primaque sacra fero.  
Quin te vnā laudans, omnes comprehenderit orbem,  
Non vrbem, qui te nouerit, ille canet.

Verona.

Italie canimus semper florentis ocellum:  
Calliope nequeat grandius vlla loqui.  
Aucta Deus, auctura poli Verona Quirites:  
Quot ciues, tot habens sidera digna Ioue.  
Non animi, non ingenij vigor acrior vsquam.  
Nulla creat plures Martia terra duces.  
Transferre in caelum voluit sibi Iuppiter. Atqui  
Clarius in nostris maluit esse locis.

Lutetia.

Francigena princeps populosa Lutetia gentis  
Exerit imensum clara sub astra caput.  
Hic cuius numerum, ars precium, sapientia finem  
Exuperant: superant ibura, precesque Deos.  
Audiit, obstupuitque hospes: factusque viator  
Vidit: & haud oculis credidit ipse suis.

Byzantium.

Europa imposita hac, Asiaque obiecta potenti:  
Limes utriq; olim, nunc utriusque caput.  
Translato imperio, pariter Fortuna recessit:  
Creuit & auspiciis maxima facta nouis.  
Auxit, qui rapuit: sed nunc ceruicibus orbis

*Imminet. Ipsa etiam Roma superba tremit.  
Non vetus illa: nouo meretrix sed perditæ luxu:  
Quæ nullum crimen, nolle pudere, putat.  
Surge ferox, quate, cede tua est victoria, tantum  
Misce armis leges. accipe, daq; iugum.*

## Venetiæ.

*Peruia barbaricis tellus Oenotria turmis  
Pertulit impositi pondera dira iugi.  
Ipsa suos fleuit populares Roma Quirites:  
Sensit & indomita noxia tela manus.  
Haud tulit hoc Genius: cuius fatalibus ausis  
Tutior in medio Roma renata mari est.  
Clara virum virtus animo: insatiata cupido  
Imperij: vastæ non numerantur opes.  
Iuppiter, haud temere tua sunt ita dissita celi  
Mœnia, si possunt tangere parte cares.*

## Mediolanum.

*Compositos populos, validiq; exordia regni  
Excepit facili terra beata sinu.  
Creuerat Ausonio commistus sanguine Gallus:  
Et dabat antiquo fortia iura Pado.  
Tertia se adiunxit tertis Germania rebus:  
Et stetit audaci fama parata manu.  
Quænis simplicibus iactet se gloria signis:  
Cum triplex uni contigit aucta mihi.*

## Patauium.

*Huc antiqua Deum domus Ilium, & inclyta bello  
Robora, Dardanio exposuere Lares.  
Decepti patrias, non victi, amissimus oras.  
Perpetuis res est Græca valere dolis.  
Qui vicere, suos ideo amiserunt Penates:*

*At noua sunt profugis regna parata viris.  
Arma decent Teucros, vastos sapientia Graios:  
Victis Euganeis pectus utrunque dedi.  
Regna vides Veneio Phrygiis maiora ruinis:  
Atticæque a Patano pectore terra sapit.*

## Genua.

*Ditis opes Asia, & claros Orientis honores,  
Quantaque ab Euxino tunditur ora salo,  
Pisanas acies, Thysca decora inclyta pubis,  
Et traxi ad Ligures Gallica signa manus.  
Subiectis domitis tenuis cervicibus Alpes:  
Et tremuit nostras Africa dura trabes.  
Afflictus toties Veneius quæ fugerat olim,  
In patriis metuit tela petiuis aquis.  
Frustra Galle cupis: frustra es frustrator Hibere:  
Frustra sæua ferox: Insuper arma capis.  
Vinco ego, cum vincor: par est victoria damno:  
Sumque eadem domina, seruaque facta mea.*

## Ferraria.

*Inclyta qua patulo fruitur Ferraria calo  
Reginas rerum lumine ditat aquas.  
Aurea nobilitas: studiorum nobilis otij  
Ingenia: audaci pectore prompta manus:  
Magnanimitique duces, genus alto a sanguine diuum:  
Perfugium profugis mœnia sancta viris.  
Vos me iustificata redeuntem et stragis acernis,  
Quos vetus ex ima sede Rauenna gemis,  
Germano in pugna amisso, fortiq; parente:  
Quo matri victæ vita dolore fugit,  
Ornatum elogis, decoratum nomine regum,  
Auctum Felsinea restituitis ope.*



Saluete heroes, & quæ sanctissima tellus,  
Fratriſque ac matris, & patris offa tegis.

## Inculifima.

Armipotens rerum præſes V alesia tellus  
Addidit antiquis iam noua iura focis:  
Cum dedit inuictos terrarum lumina reges:  
Quo leuius gaudens pondere preſſa volat.  
Quæ te igitur memorem? neque enim terrâ eſſe fatebor,  
Sed calum: quæ ſic fundis, habesq; Deos.

## Tunetum.

Inuide demolire altæ Carthaginis arces:  
Quem ſors æqualis, parque futura manet.  
En te inuito iterum florens, exciſa renaſcor.  
Te non vinco ego: nec me tamen ipſa premis.

## Brundufium.

Vt populos ad ſe ipſa vocet, procurrat in altum,  
Et ſecat æquoreas Auſonis ora vias.  
Hinc Solis proſpectat equos orientis anhelos:  
Hinc petit indigenis Africa terra notis.  
Illyricas oftentat opes, animoſque ſuperbos:  
Horrificis Boreas qua furit alius equis.  
Quo molles natura ſinus dedit alma vocanti:  
Hoſpes vt optata ſic poteretur humo.  
At non Brundufium præcinctum præpete portu  
Æquat inoffenſis vlla carina vadis.  
Iam liceat reliquis peregrinas condere puppes:  
Italia at ſtatio vera ſit vna ſua.

## Brixia.

Quæ pingues ſcatebras ſpectat ab alta  
Poſtulat imperij Brixia magna vices.  
Calum hilarum, frons læta vrbi, gens neſcia fraudis.

Atque

Atq; modum ignorat diuitis vber agri.  
Si regeret patrias animis concordibus oras:  
Tunc poterat dominis ipſa iubere ſuis.

## Aquileia.

Diua, parens terra, forteis quæ proſpicit Hiſtros:  
Nobilis Italiae ianua prima tue:  
Barbarici miſera incurſus obiecta furori,  
Triſtis inhumana facta ruina manu es.  
Incluta pro Heſperis ſed cum cadis koſtia terris:  
Non poteras melius, viuere tota volens.

## Rhodos.

Clara Rhodos, ſed clara olim: nunc horrida nimbis  
Obnubit nitidum dira procella caput.  
Ab dolor, ab mors, ab ſiquid morte atque dolore  
Durius, aut etiam tetrius eſſe poteſt.  
Stertiſtiſ? & ferus armeni lupus optima carpiſt?  
O iam ſit iam aliquis velle perire pudor.

## Ragufa.

Quam fera, quamque inculta vides hæc ſaxa viator:  
Tam ſunt ingeniis peſtora culta meis.  
Munia multa ſenum complet cordata iuuenus:  
Et viridis iuuenum multa ſeneſta gerit.  
Quod tetrica rupi natura nouerca negauit:  
Hoc eadem natum mater habere dedit.  
Ciuem alibi diuina ſua prudentia terra  
Exhibuit: terram hic ciuibus illa ſuis.

## Volfinium.

Hetrufci imperij priſcum caput: aurea ſedes,  
Magna vna atque eadem perdita mole ruit.

*Fecit opes Virtus: opulentam euexit ad astra:*

*Ast opibus tumidus luxus ad ima ruit.*

*Obfuit alta quies, seruoque obiecit inertii.*

*Eneruant rigidas otia lenta manus.*

*Quos amat, his iusto condit Deus acta labore.*

*Sic mala dura inuuant: sic bona blanda nocent.*

### Rotomagus.

*Tranquille species, & imago plurima vite*

*Sola, aut cum paucis Neustria diues eris.*

*Illecebra omne genus fundit tibi blanda Voluptas,*

*Quæ desunt, orbis nec sibi totus habet.*

*Gens numerosa, ferax, Arctoi limina mundi*

*Mutauit terris vberioris agri.*

*Expulit affines belli discrimine Francos:*

*Cessit & inuictis terra Britanna viris.*

*Ignoti Oceani domina es: neq; Gallia magnum*

*Te sine, Regina nomen habere potest.*

### Altinum Venetias alloquitur.

*Quanta fui, cuius modico vestigia tractu*

*Obruit insani fœda ruina maris,*

*Sedibus egregie doceant illustribus vrbes.*

*Oppidaque elapsa condita multa manu.*

*Aspice, quo fastu tumeat Taurisa pubes.*

*Vna mei germen stipitis illa fuit.*

*Muranum incolumi calo, atq; insontibus auris:*

*Et quod Maiori nomen ab orbe tulit.*

*Quæq; etiam cali dicta est de nomine Turris:*

*Cuncta hæc interitus sunt monumenta mei.*

*Tu quoq; mirifici complens miracula mundi,*

*Te regina vangi te voco magna soli.*

*Disce frui virtute tua, & felicibus orsis*

*Pars mea: nam totum quam sit inane, vides.*

### Troia.

*Bis vetus euersum est Argiuis Iliion armis:*

*Bis noua victores Græcia luget auos:*

*Maxima Troianos retulit cum Roma nepotes:*

*Atque iterum, imperium cum modo Turcus habet.*

### Lipsia.

*Lipsia, se ostentans sublimibus aurea tectis,*

*Lumina dum saturat, mens perit icta fame.*

*Veستا quibus ratibus longinqua marmora terra?*

*Vnde frequens flauit pura nitela Tagi?*

*Huc Cyprum, huc Terresum, huc Arabas, huc Serica,*

*Sedibus euulsa huc Indica regna suis. (dices*

*Cum gemma bibitur, vincuntur nectare gemmae:*

*Sed lingue varius vincit virumque nitor.*

*Nec Germana tamen vitatur Lipsia luxu:*

*Ast hunc Germanum Lipsia magna facit.*

### Cymaclum.

*Cerula piscosi que complent stagna Cymacli*

*Nais ab Adriacis estibus auget aquas.*

*Squammiger Eois labens exercitus vndis*

*Ludit & in refluus agmina iusta vadis.*

*Turgeat, & laxis Neptunus gaudeat oris.*

*Tuta mihi angusto, certaq; prada gerit.*

### Auinio.

*Viuendi ratio cum libertate recepta*

*Efficiunt, ut sis altera Roma tibi.*

*Templa, forum, celso subducta palatia calo:*

*Magna hæc, te, plus est, dicere posse num.*

## Taurinum.

Excipiens gelidas patriis ex Alpibus auras  
 Hesperij princeps ius capit una soli.  
 Terra ferax, gens lata, hilaris addita choreis:  
 Nil curans quicquid crastina lima vehat.  
 Ingenium natura aptum, sed more solutum:  
 Plus animo capiens, quam dare possit ope.  
 Felix Marte nono, felix melioribus armis.  
 Nanque recens acuet pectora lenta metus.

## Maffilia.

Incluta Romanis equata palatia rebus,  
 Tam modicis miserum est deliuisse casis.  
 Ah ubi compositi mores, sapiensque Senatus?  
 Obruta sic veteri mens sine mente iaces.  
 In tenui victu tenuis quoque gloria, sordes  
 Plusquam Græca: humile est, & sine more genus.  
 Diuinas petiere tuas gens extera leges:  
 Hoc verum dare sit, nec retinere sibi.

## Pisæ.

Pisæ vetus, victi spoliis Orientis onusta.  
 Inuidia armaui liuida tela trucidis.  
 Sic nocuit vicisse, aliis sic vicimus ergo.  
 Sic res est humili tutior arcta loco.  
 Mortales, sperate vices, nec credite Fatis.  
 Nam quod nos aliis, illa dedere mihi.

## Aurelia.

Non potuit magni caput esse Aurelia regni.  
 Ergo quod reliquum est, corq, animusq, fuit.  
 Dat Bellona manum, facundam curia linguam.  
 Ars potuit nullis vlla latere modis.

Tam

Tam come ingenium, tanta est prudentia rerum:  
 Hac quod non nouit, Gallia muta silet.  
 Ipse pater choreas agitans in vertice Nyse  
 Olim, aut hinc, aut huc munera leta tulit.  
 Nil humile, aut vulgare sonat: magna omnia, magni  
 Quin animum vulgus principis ipse gerit.  
 Qua tibi non cessit, toti non cesserit orbi.  
 Cedere nec debes tu nisi sola tibi.

## Rauenna.

Prima per Aemathias quondam vetus edita siluas  
 Adriacum secuit Thessala proxa sinum:  
 Desertumque solum, tristisque informe palude  
 Munuit: atq, urbis nomen habere dedit.  
 Hac belli sedes, gelido cum miles ab axe  
 Proruit, & Graios expulit inde duces.  
 Hinc sedet Illyrici prospectans prelia Nerei:  
 Ionius reduci cum tumet æstu aqua.  
 Hinc oculus superiq, maris: terræque iacentis  
 Excubat: hinc diuis vrraq, meta viris.  
 Si iungas solita liquentia marmora terra:  
 In medio tanquam cor, metuenda iacet.

## Londinum.

Vrbs animis, numeroque potens, & robore gentis,  
 Vel cunctos præ se despicit vna Deos.  
 Torua peregrinis, sed non & inhospita, merces  
 Vicinis patrias aggerit, atq, petit.  
 Contemnis, cui das, tanquam isto munere maior.  
 Odisti vnde petis: ne videre minor.  
 Dicat, qui bello valeas, Aquitania, quid non:  
 Et Nortman, & cum Saxone Roma vetus.

## Bononia.

Post diras rerum clades, Fatigue superba  
Imperia, & Martis que fera iussa tuli,  
Hic primum meque, atque alios cognoscere cœpi:  
Deposuique animus barbara sceptrâ mali.  
Et didici, quam non fueram, quam deinde futurus:  
Quem bona abortiuum sic tuere parens.  
Quæ causas, quæ cunctarum primordia rerum,  
Quæ diuini operis prima elementa doces.  
Cælestesq; plagas, & sanctæ commoda vitæ,  
Et si qua e numeris nata figura latet.  
Cum reliquas superes diuini legibus vrbes:  
Non sulsi omnigeno germine cedit honos.  
Arma viris connata: animus conterminus astris:  
Atque ardens vitæ stat melioris amor.  
Si ciues dederas, si magna Hetruria leges:  
Accipe, quæ possis dicere: reddo libens.

## Memphis.

Pene etiam ad nigram Memphis porrecta Syenen.  
Pene etiam Nilo longior ipsa meo,  
Inueni tamen extremo sub margine sinem:  
Sic sperare animo, & te decet esse tuo.  
Africa cur posita est vobis pars tertia mundi?  
Tertia quando orbis pars ego sola forem.

## Luca.

Thufci delitium, Thufci laus inclita cali,  
Iustitiæ illa s'o robore Luca potens,  
Luca potens opibus, felix concordibus armis,  
Cui veneranda fides, mens pia, pura manus.  
Cælestis vegetum comitatur candor acumen,

Ad veteres referens candor acumen auos.  
Iraus igitur dum seruit Hetruria factis:  
Virtutis merito libera sola fuit.

## Adria.

Olim ingens decus Hesperia, lux addita terre,  
Eridani cuius proliuit vnda pedes,  
Nunc vix nomen habet, letoque informe cadauer,  
Et famulis sordens Adria putret aquis.  
Translatum est alio imperium, tituliq; vetusti  
Ecce nouos ditat prisca ruina Lares.  
Dira tamen frustra faciat Fortuna superbos.  
Discite, quam valeant sceptrâ manere diu.  
Nunc agitur melius mea res: secura timoris  
Cum vigeo, sortis lege soluta mea.

## Beroic.

Si cui simplicitas, & prisca sacula vitæ,  
Sors sine dissidis, mens sine fraude placet:  
Ne Scotia dextras, hirsutaque pectora spernat.  
Haud bene iunguntur luxus, & arma simul.  
Nimbiferosque loues, & iniquas vicinus auras:  
Corporaq; horrendis sunt potiora malis.  
Iacta Aegyptesolum, potius sit sortis iniquæ:  
Solicita vitæ ducere ab arte dies.

## Mantua.

Maxima cum veteri iurgeret Hetruria regno:  
Sceptraq; terrarum iungeret aucta mari.  
Mole noua tumuit, solisque excreuit auitis.  
Vt premeret fori iura aliena pede.  
Inde est in superas deducta Colonia terras:  
Non tamen his potuit Mantua tota dari.  
Clara viris, felix ducibus, diuo inclita cynco,

*Quem vitreis aluit Mincias Andis aquis.  
Mantua dives anis, magno non cesserit orbi.  
Tota tamen parte hac vincitur ipsa sui.*

## Lugdunum.

*Fulmineis Rhodanus qua se fugat incitus undis:  
Quaque pigro dubitat flumine mitis Arar,  
Lugdunum iacet, antiquo novus orbis in orbe:  
Lugdunumve vetus orbis in orbe novo.  
Quod nolis, alibi quaras: hic quare, quod optas.  
Aut hic, aut nusquam vincere vota potes.*

## Nicæa.

*Se negat Italia sobolem Nicæa parentis.  
Si non esse volunt: nec meruere capi.*

## Ancon.

*Denicatrix pelagi iuis anfractibus Ancon  
Ostentat placidi commoda rara sinus.  
Nimirum Dea, que voluit capere urbis honores:  
Lenia sic voluit reddere sceptrum matris.*

## Candia.

*Centum olim cinctas operosis mœnibus urbes  
Reddidit ad paucas imperiosa dies.  
Oppida parva tamen reor illa fuisse: sed aucta,  
Quod deest ex reliquis, Candia sola refert.  
Veri equidem fateor Iouis incunabula magni.  
Nam liquor haud alibi nec Ictaris ille venit.*

## Florentia.

*Parva flueniſonis aggeſta Fluemia ripis  
Mollia de nitido nomina Flore capit.  
Faſula regnabat: verum meliora ſequutus  
Martius antiquas detulit amnis opes.  
Divitias Hera: Mercurius discrimina lingua,*

Mercurius

*Mercurius varias ire, redire vias:  
Ambitiosa ferox, bellacua, flammæa, Mauros  
Pectora: magnificam docta Minerva manu:  
Juppiter ostendit caelestes menibus aulas:  
Sirenium tribuit dulcis Apollo sonum.  
Vera vetus Roma soboles, aliena requiris:  
Mutua que proprias vertis ad arina manus.*

## Buda.

*Threiciis iaculis, seuisque obiecta Sarissis,  
Virtutis Scythica lima vetusta fuit.  
Nunc misera, & misere extremis exterrita factis,  
Olim ab se victi sordida preda iacet.  
Discite, quid faciat discordia pectora, Reges.  
Semper sic odium dissua regna ruunt.*

## Neapolis.

*Parthenope varij statui discrimina mundi:  
Que tria diverso tempore sacra dedit.  
Aurea Pythagoras communis commoda vitæ,  
Et docuit Sophia Græcia magna procos.  
Altera succedens studiorum mollior ætas  
Admisit Musas debiliore sono.  
Tertia vulnifici que sunt premia ferri:  
Atque equitum potuit sola tenere decus.  
Sic ex prinata, & serua, regina super sum.  
Roma, quod es, fueram: que modo sum, quod eras.*

## Calicut.

*Non satis hoc fuerit: noto quod perdita Nereo  
Hærebat dubiis tunſa carina vadis?  
Protinus audaces incognita litora puppes,  
Instituuntque novas mortis adire vias.  
Sontis tanta ſitis seſe tibi colligit auri:*

*Fatali ut citius morie perire iuuet?  
Hic dicēs animi magni te nomine dignum?  
At non est, animum perdere, idemque frui.*

## Capua.

*Flammea si valeat superare superbia fastum.  
Pinguem luxuriam delictus amor:  
Hoc mollem pinges Capuam, Capuaque colonos:  
Et qua alius visa est, nec sibi meta fuit.*

## Burdegala.

*Oceani timidus furioso percita Cauro  
Expugnat rapidis fluctibus ira trabes:  
Persequiturque ferox fugientem ad litora puppim,  
Quæ tumidus refluo fronte Garumna premit.  
Verum ubi compositum populum, sanctumque Senatum  
Cernit, adorato luore fracta iacet.  
Qualem hospes dicas populum, qualemque Senatum?  
Quis etiam visis equora muta silent.*

## Sena.

*Cum premere inuidiis vicinas viribus Vrbes  
Martius imperij sollicitaret amor:  
Abstiniui: & iustam colui sub pace quietem:  
Summaque iudicij maxima, nolle, fuit.  
Quot nam oblita suis, quæ regna aliena petebant?  
Vi mea sim: pro me sit potuisse satis.*

## Antuerpia.

*Oppida quot spectant oculo me torua sinistro:  
Tot nos inuidia pallida tela petunt.  
Lugdunum omni genum est: operosa Lutetia: Roma  
Ingens: res Venetum vasta: Tolosa potens.  
Omnimoda merces: artes priscaque æqueque,  
Quorum insunt aliis singula, cuncta mihi.*

Babylon.

## Babylon.

*Heu nusquam aspicio rerum miracula turres.  
Mortali pereunt omnia facta manu.  
Cui momenta poli, & tempus dominatur inane:  
Nec rem, nec numerum reddere posse reor.  
Ah miseram: quæ sic poterat perisse, nec esse:  
Nec tunc, cum poterat esse, fuisse puo.*

## Tridentum.

*Nobilis Italico qua prima vrbs imminet orbi,  
Ausoniis miscet Norica verba fonis.  
Romanum ingenium est, animus Germanus, acerba  
Vltio, si obducta est nube serena fides.  
Accipere a Veneto, cuius pars, milite leges  
Hæc potuit: si non, & valet ipsa dare.*

## Heidelberg.

*Nobilis imperio Franconia dextra potenti  
Belligero nulli Marte secunda riget.  
Cum victis ab se pepulit vectigal Alanis,  
Libera Germano nomine Franca fuit.  
Nec contenta suis angustis finibus (illi  
Quæ par virtuti terra futura foret?)  
Egreditur: superat. Germani o pectus honoris.  
Victoris victos nomina ferre sat est.  
Non aliunde venis: Francusve est Hectoris vltus.  
Quid petis a victo stemmata? idia tua es.*

## Gaiacia.

*Quattuor ancipitis celebrantur secula mundi:  
Hæc: aurum, argentum, æs: ferrea quarta fuit.  
Quattuor excessere simul: Nam linea quinta est.  
Nanque vides ligno sacra renata meo.*

## Turonium.

*Splendidior nusquam Gallis opulencia regnis:*

*Et nusquam nostro maior in orbe nitur.*

*Non estus nocui pecori, non frigora pomis.*

*Nec iam horus certe Græcia facta suis:*

*Nunc etiam Phrygiaque nurus, artesq; Latine,*

*Atque petunt radios Serica regna meos.*

*Aut ergo hic etiam Elysi sunt munera cali:*

*Aut nullum vidit Græcia vana suum.*

## Ticinum.

*Qua citus Eridani ditat Ticinus arenas,*

*Gratus honoratas hospitibus hospes aquas:*

*Lux studiorum ingens: rerum pulcherrima sedes*

*Signat inexhausti iugera plena soli.*

*Demicta Italia, reliquis voluere relictis*

*Magnanimi hac potius parte sedere Duces.*

*Pace tua, Hesperia alma parens, hæc dixero: quanta es?*

*Quantave sum? totum es pars tamen una placet.*

## Nugamen.

*Nomina non ponam, tua nomina ponere, nil est.*

*Nam quia nil es, sunt nomina nulla tua.*

*Liuor edax scævus, fraudes, discordia, lues:*

*Barbaricis mendax perditia lingua probris.*

*Natio mendax, mendax natio, natio mendax:*

*Quo terra, & calo retrius esse nequit.*

*Segnis, iners, spurca sub pauperiæ superba:*

*Sordenti fatuus luxus auaritia.*

*Templa vorans attema superstitione, sed extra*

*Pupille, & vidua, & tu peregrine caue.*

*Triste pecus, pigri ventres, mens subdola, victa*

*Fracta es: vittricem non ferat ipse Deus.*

*Iactabunda*

*Iactabunda: sed in hoc est iactatio, talus,*

*Insidia, diræ, iurgia, damna, neces.*

*Perfidiosa, exlex, fera, ceruicosa, maligna:*

*Cam vino, & vini turbine caca Venus.*

*Venalis pudor: ai testi, se vendere, ludus:*

*Qui nequam faciat, laude superbus aget.*

*Furtus ingenium deest, deest vis iusta rapinis:*

*Sacrilegam tamen hoc ditat utrunque manum.*

*De magna dictum est olim Caribagine, quod te*

*De minima, de te velle silere, piium est.*

## Segusia.

*Nequicquam indomuo vallata Segusia muro*

*Ausonius aditum dat tibi Galle bonis.*

*Gens infida, ferrox, animoque armata bilingui:*

*Iuratis unquam vix stetit illi Deis.*

*Sordida mens, lucrique frequens intenta venenis,*

*Italici retinens nil, nisi iura, loci.*

*Perfunctis, peiorq; suis, scelere obruta, saxis.*

*Non sunt Pontificis noxia saxa nece.*

## Vienna.

*Aspice Barbaricis que propugnacula bellis:*

*Que ster fulmineis in iuhina torua pilis:*

*Aduersus spurium, que fortia pectora, Turcam*

*Apparet intrepida Nonica dextra fide.*

*Illam igitur validis assultibus irrita fudit*

*Prelia que capio fecerat hostis agro.*

*Quin etiam patrii demissis turbine cali*

*Auxiliis largo perpluit imbre polus.*

*Qualia regna putes, numen quibus excubat armis?*

*Nonne Dei est, pro quo pugnat & ipse Deus?*

## Hydruntum.

*Qua breuis epirum Cerealem despicit,urgens  
Tractus in Ionias brachia longa vias.*

*Opportuna dolis, & cauti fraudibus hostis,  
Hic sita sum vigili præda petita duci.*

*Hæc igitur firma Italica sunt claustra quietis:  
Et libertati iura perata tua.*

## Messana.

*Indomita scdeo spectatrix tuta Charybdis:*

*Ostendoque aliis lumine grata viam.*

*Mortales, si sic faciant, meliore fruantur*

*Numine. Nunc homini vera Charybdis homo est.*

## Pictauium.

*Si studium est anima: veniunt a corpore vires:*

*Galliaque a meritis poscit utrunque sibi:*

*Hæc studiis: alia belli exercentur amore.*

*Pictauium est animus, cætera corpus erunt.*

## Bergomum.

*Ingenium, corpus, mores, obtutus, amictus,*

*Tecta, cibus, gressus, guttura, sermo, sonus:*

*Omnia crassa modis insignibus, omnia dura:*

*Sic, valeant silices ut superare suos.*

*Ista domi: sed vicinus si aspergat acetum:*

*Artibus, atque dolis vincitur ipse suis.*

## Lypiona.

*Ergo grauis grumus quo pallidus emicet auri,*

*Insonni tellus scissa ligone gemit.*

*Cernis, ubi aduectus peregrinis flaribus orbis?*

*Cernis, ubi in paruo est India tota sinu?*

*Pressa maris facies: domita est violentia cali.*

*Quid reliqui est: nisi te carpere scepra poli?*

*Haud potes esse Deus: non vis homo viuere. Sors te  
Ex homine egressum tertia quando capit?*

## Salernum.

*Quæ Boreæ gelidas furias contemnit ouantis,*

*Torua procellosi despicit arma Noti.*

*Medorum & siluis sæcundas prouocat auras:*

*Fundit & a bifervis Indica dona iugis.*

*Protinus Autumnus Veris cum tempore certat:*

*Et Ver cum Autumnui tempore certat item.*

*Huc accessit hiems vernantibus vda capillis:*

*Et peperit mirans, & sibi poma legit.*

*Tuta mari fruitur: terræ dominatur amata:*

*Et cali mutat iura: quid ergo? Dea.*

## Tolosa.

*Quisquis es, impura damnas qui voce Tolosam:*

*Disce verecundo plenius ore loqui.*

*Fœta malis, infensa malis: cum crimine iusta*

*Exercet leges legibus orba suis.*

*Cogitur, a propriis aliena viuere mente,*

*Aspera crudeli sub pietate parens.*

*Magna quidem, ac Francis æquata superbia terris,*

*Ut iam iam seipsam vix tolerare queat.*

*Sumptus inexpletus ciues spoliavit inertes.*

*Sic diues viuuit, ut moriatur egens.*

*Inde vaser mercator agris successit ademptis:*

*Ingenique frequens aduena fretus ope.*

*Mox seipsum ignorans, fortisque oblitus auita*

*Certat cum nitida, nobilitate, domo.*

*Quid superesse bonis? bona quid superesse putadum est?*

*Ante sua hunc, hunc nec post sua fata mori.*



## Dertona.

*Si faciles animos, si candida pectora queris:*

*Queque decent claros nomina magna viros:*

*Magnifico Dertona tibi dabit inclyta cultus:*

*Inclyta, sed quondam: nunc male culta ruit.*

*Nimirum quod semper erit, huic contigit urbi:*

*Vt semper noceant sacula prava bonis.*

## Colonia Agrippina.

*Maxima cognati regina Colonia Reni,*

*Hoc te etiam titulo Musa superba canit.*

*Romani statuunt: habitat Germania: terra est*

*Belgica: ter felix. Nil tibi Diua deest.*

## Vicetia.

*Bacche pater, Ceres alma, bone bona numina pacis:*

*Que patulos agros, qui inga curua tenes:*

*Quid rerum, quid amicitia cum Marte cruento*

*Vobiscum? vestrum ut vexet utrunque furor?*

*Pulchra racemiferos domitat Vicetia colles:*

*Letaque spicilegi iugera findit agri.*

*Cedis amor, cedis germana insana cupido:*

*Nec patrius nato est tutus ab hoste cruor.*

*Nusquam iter est. vastata iacent latrone proteruo*

*Ruscula: corruerunt ignibus hausta suis.*

*Parce (nefas) scelerare manus gens debita celo:*

*Imbueq; ignoto pectora digna Deo.*

*Diuina facies: regio celestis: at huius*

*In cali medio rartara dira vigent.*

## Athenæ.

*Hic ubi disiecta frustra queruntur Athenæ,*

*Queruntur Graii meus, manus, arma soli.*

*Lignea vicisti, victricem fata periclis*

*Marm-*

*Marmoream faciunt. nunc miseranda, quid es?*

## Caieta.

*Te quoque cedentem natura Aeneia nutrix*

*Hesperio retinent litora curua sinu.*

*Iusta pius fecit, tumulumque sacrauit alumnus:*

*Vnde tuum in nostro nomine nomen habes.*

*Reddere non potuit, deerat quod legibus aui:*

*At data, quod potuit, vita secunda tibi est.*

## Carnutes.

*Sacula communes habeant sibi cætera laudes,*

*Vina, feras, segetes, mœnia, bella, forum:*

*Huc sua contulerunt omnes arcana Sibylla:*

*Cum dicta est virgo, que paritura foret.*

*Credidimus prius, atque fuit, si credere, vita est:*

*Sic nos, quam essemus, ante fuisse palam est.*

## Croton.

*Virtutis faciem, ac numeros metire viator,*

*Sive oculis, seu tu mente Crotona vides.*

*Quot ciuēs, tot victores. Nam nomine palmas*

*Pauperis est populi dinumerare suas.*

## Senones.

*Quæ Senonum vires, & quanta potentia ferri:*

*Traiectaq; Alpes, captaque Roma docet.*

*Histrum, atque Illyricum superat, Martisque ministrū:*

*Quæ Boiana tuas copia suggit aquas.*

*Subiit se Macedo: submittit Achaica tellus:*

*Horridaque armigero Thracia cedit equo.*

*Atque hinc res Asia tremefacta, & inhospita Ponti*

*Litora, & Armenios quæ colit ora duces.*

*Hæc summa est, populis, castris, & regibus, horum*

*Armorum arbitrio sors rata quæque fuit.*

## Tarentum.

Mollia qua tennis demittunt pondera lana,  
 Tonsa Tarentinis iugera lata iugis.  
 Hac eadem complent v&agr;grandibus horrea culmis:  
 Et tua sub prælum munera Bacche ferunt.  
 Nulla est in Latio Pomona beator usquam:  
 Nulla est Hesperidum gratior aura locis.  
 Se totum exhibuit lauta ad conuiuia Nerens:  
 Seruit & innumeris proxima silua feris.  
 Hic ver perpetuum est, tantum pro frugibus ætas.  
 Ne Etæreas superant sidera fœta dapes.  
 Quod si calum imis vellet mutare superna:  
 Haud aliis poterat plenius esse locis.

## Praga.

Septa metallifero circum qua monte superbis  
 Hercinia in medio Martia Praga sinu,  
 Linque aliis populis tanta munima sedis:  
 Qui nequeant armis iura tenere loci.  
 Nanque tuum est, non præsidio turgere locorum:  
 Sed loca præsidii fidere posse tuis.

## Mutina.

Nescit quo potius tumeat Rangonia tellus:  
 Tot se fama noua vertit in ora vetus.  
 Fama vetus, tot fama recens se vertit in ora:  
 Vt tituli numeros nesciat ipsa sui.  
 Mars catus inuictis admiscet viribus artem:  
 Ardua sic gemino nomine bella docet.  
 At Venus atherias cum sinxerit aurea formas:  
 Verborum adiunxit pondera picta modis.  
 Inde triplex liquidos animos inspirat Apollo:  
 Inde triplex nitida gratia iuncta manu.

Nulla

Nulla deest Erato: capiet te candida Pitho.  
 Vt mox oblitus tu videre tui.  
 Nescit quo potius tumeat Rangonia tellus:  
 Ergo nec dignum, velle tumere, putat.

## Moscouia.

Non veteri nos more fero nunc cedimus hosti:  
 Nec bellare mouent condita busta patrum.  
 Protinus aspectis mittuntur spicula turmis.  
 Conseritur presso comminus hoste manus.  
 Artibus his Scythicas treis iam deuicimus Horlas.  
 Arteis has etiam Turcica signa tremunt.  
 Huc simplex victus, futurumq; æmula virtus.  
 Hos parere simul, hosque iubere docent.

## Parma.

Inuentum mediis præclarum nomen in armis,  
 Prædita quo sit gens ignea Marte docet.  
 Ingenium rapidum facili flammatur ab ira:  
 Sed viget in patulo pectore purus amor.  
 Magnanimo, precium est, non displicuisse pudori.  
 Hoc satis, officiis cedere turpe putat.

## Magdeburg.

Vos ego magnanimis inuictos Saxonas armis,  
 Atque graues Martis turbine canto duces.  
 Non Macedo tu miles eras. Sic Græcia mendax  
 Facta tua in laudes transtulit alta suas.  
 Non veteres huc te quondam misere Britanni:  
 Quin iam seruiuit terra Britannia tibi.  
 Ipsa tua es: primumq; tuis cum montibus orta:  
 Cum cali ipsius sinibus orta tui.  
 Diues agri, diues quasita vestis, & auri:  
 Gens dubium est, armis sustitiane prior.

*Est hominis, patriis alios bene vincere telis.  
Iustitia teipsum vincere velle: Dei est.*

## Luna.

*Prospectans tumida terram Neptunus ab unda  
Oppida per doluit condita nulla sibi.  
Inmisitq; salum, merisq; sub aquora Lunam:  
Merisq; sic famulis nunc dominatur aquis.*

## Francfordia.

*Multa laboratis debet Francfordia sulcis:  
Multa racemiferis vinea culta ingis.  
Quid referam, quanta & qua conuexere metalla?  
Que Mars bellipotens, qua petiit alma Ceres?  
Huc latus patriis miratur partibus orbem,  
Aduectum huc stupuit Gallia magna suum.  
Hic Oriens, hic terra novis comperta sub astris  
Agnoscat Geny semina plena sui.  
Nec tamen in brutis sola hæc commercia rebus:  
Hic animi æternæ sed cumulantur opes.  
Quod si res, paucas operosa est dicere merces:  
Non magis est, cunctas res operosa dare?*

## Placentia.

*Nobilis antiquo porrecta Placentia muro  
Hinc hostem, hinc rapidus fluminis arcet aquas.  
Rara artes: gens scita, hilaris sed dedita luxu.  
Ingenium augustæ vix paruumur opes.*

## Nanetes.

*Vicit Æremoricæ animosa Britannia gentes:  
Et dedit imposita nomina præfæcæ iugo.  
Nunc etiam patriæ remanent commercia linguae:  
Vltimaq; a Gallo discrepat ora sono.  
Impavidum genus, Argivæ gens docta palestra:*

*Nec minus in bellis utilis, acer eques.  
Par domino quadrupes, sauis haud segnior armis:  
Respondent animis robora firma feris.  
Gens tamen hæc eadem patriis intenta choreis  
Laxat inexpleto pectora leta mero.  
Tanta etiam pecoris, tanta est opulentiæ frugum, ut  
Cum Cereris certet vomere magna Pales.  
Quid varias referam piscosa sub aquora turmas?  
Abduaque ignoro liora capta mari?  
Ne partire plagas, ut partis des mihi partem:  
Sed Galli hæc dicas integra regna soli.*

## Syracusæ.

*Illa ego sum Romæ labor, atque iniuria Pœni,  
Pro me etiam stragis Græcia sensit onus.  
Figere quæ voluere aliis in sedibus arma:  
Exturbata iacent sedibus orba suis.*

## Cracouia.

*Martia Sarmaticis tentata Croatia nimbis  
Arcigeri pugnax spicula fregit equi.  
Hinc belli fortunam armis, finemque sequuta  
Germana Herciniis expulit arma iugis.  
Quaque patet solis fugiens Lithuania campis,  
Vidtrici imposuit Martia signa manu.  
Moscouisq; docet, Turcisq; augusta trophæis,  
Vicinis quantum sit bene tuta quies.  
Tesseræ certa manu stat belli, & pacis: utramvis  
Si des, accipiam: vel cape, nanq; dabo.*

## Perusia.

*Sanguine audaci connata Perusia ferro,  
Tanquam hosti temere sæpe inimica suis,  
Partibus imperium, vitales partibus artas*

Colligit, inuisis partibus atra Deos.  
 Va tibi, sic odio qua te pariteris amaro.  
 Est, qua non toto est corpore tota, nihil.  
 Quinciam fera iura tui scripsere coioni:  
 Que inbeant terras semper habere manus.  
 Vestrarum hæc igitur summa est sapientia legum.  
 Nolle placere aliis, velle nocere sibi.

## Ambianum.

Terrori fuerat peregrinis Gallia turmis:  
 Terrori Gallis Belgia sola fuit.  
 Germanus Belgas cum vincit: Belgica Belgæ  
 Cum tueor, Belgij Belgia sola fui.

## Valentia Hispanorum.

Vna tibi ante oculos populi ponatur imago:  
 Cetera iam ex illa natio tota patet.  
 Aegra Ceres: regio torrenti infamis ab æstu:  
 Arida Cerbeream colligit aura sitim.  
 Nusquam tutus abit rapido latrone viator:  
 Nam probus, & pius est tollere ludus opes.  
 Tum tua poscenti exprobrat tibi linguere vitam.  
 Dat libertatis premia dura, mori.  
 Fastus inexhaustus: luxus sub paupere vita:  
 Et furiat mentes gloria vana feras.  
 Que liquere hostes, ea cum cæta vorabit amicus.  
 Nil ubi promissit, tunc tibi tuta fides:  
 Tuta fides fortasse, quid hæc sub tartara tutum?  
 Ab non se tutum si velit esse Deus.  
 Plusquam hoste, est verum regnum, hospite posse carere.  
 Afflatus solo nomine, pauper eris.

## Venusium.

Parua quidem, atq; humilis, pene & sine nomine tellus,  
 Aut

Aut par, aut maior te, tibi Roma fuit.  
 Cade furis peperit tranquillum ego lenis Olorem,  
 Cuius ope ad multos vitia perennis eat.  
 Cuius ope effectum est: et qua ruina fuisti:  
 Vel nunc, cum nihil es, tu quoque vitia voles.

## Ariminum.

Prisca fui quondam civitis meta furoris:  
 Sed non fortuna meta futura fui.  
 Non tunc arma roga, non cessit laurea lingua.  
 Cæsaris est facere, haud sub Cicerone loqui.

## Dyrrhachium.

Cui quondam fuerat priuatum nomen Epirus,  
 Albani ad Tuiulos transposuere suos.  
 Fortis eras: gens prisca: simul sed fortior hæsit.  
 Grandius effectum est in situone genus.  
 Cum translata aliis generosa armenta per herbas  
 Disperant: vide, us, pubula quanta ferant.  
 Cum pudeat Phrygias mirari Gargara messes:  
 Hic Cereris, dices, Thensa beata manent.  
 Vitrea cum tepidis loquitur vindemia saxis:  
 Iurabis madidi Cnosia dona Dei.  
 Hoc etiam illa potens tremuit sub milite Roma:  
 Ne tu his arma opibus debilitata putes.  
 Ergo animis vacuis alienis periculis cernens,  
 Vincere dum credit esse, carnis malis,  
 Vicinus sibi spem promittit, & vitia: cassos  
 Subsidiis, serui nomine Turcius habet.  
 Ast videas quanti faciat durissimus hostis:  
 Fortia cum nostro robore bella gerit.

## Cremona.

Quis modus esset agris, & quanta licentia frugum,

*Verba peregrina Gallica voce notant.*  
*Inde solum nati letum dixere Cremonam,*  
*Quin Latio vox est deluiosa Cremor.*  
*Vsq; adeo longo reddi cum scœnore tellus:*  
*Præteritque hornus commoda ridet ager.*  
*Deficit & culturum, & vomer: non deficit uber.*  
*Lassa manus, trita sarcula, fessa Ceres.*  
*Reddant pensum alia: nostra lex vnicæ terra est:*  
*Et votum Domini, & spem superare sui.*

## Lubecca.

*Si referam: mihi quis credet? sub limina Mundi*  
*Vltima legiferi iura vigere Dei.*  
*Ingenium, candorem animi, cultumque, fidemque,*  
*Fortiaque inuicta pectora pura manu,*  
*Dum mirata stupet terras Astra relinquens,*  
*Atque putat cali regna, resedit ibi.*

## Fauentia.

*Pars magna Italia duro discrimine rerum*  
*Clara Faentino milite scepra capit.*  
*Quod meruit decus inuictis Heluetius armis:*  
*Quod conductæ feræ Brennus ad arma fuit:*  
*Hoc sumus: hoc fortis merui vis ignea dextra:*  
*Arbitrio cuius Numina regna parant.*

## Narbona &amp; Baiona.

*Erectæ geminæ dubio pro limine turres*  
*Absterrent patriis hostica signa bonis.*  
*Vtraque perpetuis fera Gens exercita bellis:*  
*Vtraque vicinis Gens inimica suis.*  
*Frangit inaccessæ assultus discrimina muro:*

*Quique*

*Quique magis terrent, hos timuisse facit.*  
*Illæ feræ opibus, hæc paupertate superbit:*  
*Hæc ciues alit, hæc ridet in hoste famem.*  
*Vinite felices, ac res firmate secundas:*  
*Et bene cum veteri sit noua iuncta fides.*  
*Pro tantis meritis geminæ vrbs tutissima, rebus*  
*Promotis, illi tu, excubet illa tibi.*

## Pisaurum.

*Hic Romæ fulsit primum spes vltima vitæ:*  
*Vnde loco, atque vrbi nomina ducta canunt.*  
*Dum Gallus Romana actis imitatur auitis*  
*Arma, premeus arma Romula victor adest.*  
*Postquam sollicita posuit discrimina mente:*  
*Torpuit occulto dextra soluta metu.*  
*Ah quid agis soboles præcorum inuicta Deorum?*  
*Rerum, non auris summa petenda tibi est.*

## Turcica.

*Ne teneras forti victas legione cohortes*  
*Cum querulo doleas murmure miles iners.*  
*Impia neve pio facias conuicia celo:*  
*Pectora quod te ipso cassa fouere neget.*  
*Imbellis ne habeat, posuit que fortibus an tu*  
*Hoc seruili animo libera regna feras?*  
*Frigora pigra tibi stupido dominantur, & estus*  
*Gurgiteque insano sæda vorago gula.*  
*Conciliat mollis quæsitos stragula somnos:*  
*Huic labor in dura, mollia fecit, humo.*  
*Ipse cibum & sibi fert, ipse & sibi decoquit, ipse*  
*Crudum, si non sit igne domare, vorat.*  
*Tu quereris corruptæ vndis tibi numina Bacchi:*  
*Sæpe etiam sordens huic leuat vnda sitim.*

*Q 2*

Deuouet ille suo concordia pectora regi:

Te quatis insana seditione furor.

Murum, Romanis propius qui accesserit armis,

Romæ fata gerens, si sibi fata trahit?

### Oppida Benaci.

Terra, decus cæli, curuas quod promitt undas,

Cum furit Aeolij Norica turba gregis:

Vos ego sideret mea maxima numina colles,

Inter præcipuos exul adoro Deos.

Haud procul hinc tetigi vitalis liminis oras:

Atque hausi vitæ prima elementa rudis:

Balde procellosos aperis ubi veruice nimbos:

Benacique graues fluctibus addis aquas.

Huc me diua parens a magno missa parente

Transtulit: & lucem sancta videre dedit.

Vt miser exciperem solus exclusus auitis

In patrio saliem lumina prima solo.

Pene quidem expositus, quales & Cyrus, & ille,

Qui Marti posuit mœnia clara, fuit.

Quinetiam sola illorum maleprodua cernis

Corpora, sed geminum, cumque parente meum.

Tantum fata queunt, tantum indignatio calis:

Vt pretium hoc animi sit, voluisse malum.

Certe equidem, hoc ego credo bonum: tamen illa pericli

Semina agunt, mentem sollicitantque rudem.

Quid si me o genitor crudelis, perfidus hostis?

Quid geminum corpus, cumque parente meum?

Quanta fuit non videli animi expectatio rerum:

Tanta est spes, cum spe perditâ tota simul.

Nil potuit malesaga mali mens percita fati.

Tu moreris: quæro munera mortis ego.

Dij

Dij patrij Indigeres, Dij deficientis Iulij:

Et vos Scaligeræ numina prisca domus:

Quæ mihi contigerunt primæ post munia vitæ,

Ab saltem a patria vos prohibete mea.

### Nuremberga.

Diua mihi extremi da munera sacra laboris,

Non tamen extremo conspicienda loco.

Sed velut abdueto veneramur in ordine cælum,

Hic ubi nauire sine quieuit opus.

Non potes æthereis deducere sedibus astra:

Inuenies, tibi quæ Norica terra dabit.

Hunc sibi corruptas terras Astræa relinquens

Fatali statuit: sede tenere locum.

Quis putes horrifico sociatas Martæ Camœnas?

Sacra tamen duplex tempora laurus obit.

Martis habe, & Phœbi felicia tempora laute:

Sanctæque sit valido fœdere iuncta fides.

Omnibus ex istis ne tu ne dempseris unum.

Addere quin potius omnia magna, tuum est.

### Hierusalem, Bethleem & Nazareth.

Hic genua, hic animi, hic lacrymas, hic carmina pono:

Mensque mea ad patrium subuolat aucta polum.

O promissa nouo, populo promissa vetusto:

Quæ libertatis iura beata dabas:

Cur vidua, orba, iaces? sancti que vulnera vultus?

Quis fuit, ætherias qui scidit ille genas?

Quam te terra canam? cælum que facta serenum es.

Nos facti e cælo sordida terra sumus.

Tu nec laudis egēs: nec nostro augebere cantus:

At me abs te dici, gloria virumque tua est.

Q 3



## I V L I I C Æ S A R I S S C A -

L I G E R I L O G O G R I P H I .

A D

Petrum Natalem.



Spice, quam dubia splendent luce tenebra,  
 Quæ nitet ambiguus decolor umbra notis.  
 Qui patrij decus es non vno nomine celsi,  
 Qui potes in media nocte ciere diem.

Lusibus arrisit studiis immista severis  
 Quasita in medio grata labore quies.  
 Tu tibi cara reges fido vestigia filo,  
 Dum tenet ancipites semita flexa pedes.  
 Fallor, an his vltro aeris abstrusa tenebris  
 Vltro turba volet sole patere tuo?

Lectori.

Hos centum griphos quam paucis lusimus horis  
 Dicere non ausim: malo tacere pudens.  
 Non credis? leuitas coget te credere rerum.  
 Nulla trahent longas a dicta moras,  
 Hoc volui, reiecta sunt cunctatio prisca.  
 O pereant grauisbus vina seuera modis.  
 Ludimus: hoc satis est: atque inter pocula: nec sunt  
 Tam leuia vt nequeant addere saepe moras.

Cabbala.

Ne tibi sint nuga hæc. Quid enim ille superbit ineptus?  
 Perque

Perque manus tradit sapientis nomen inane?  
 Quo labyrinthis anfractibus omnia versat.  
 Accipe vtrunque libens ergo, aut vtrunque relinque.

Griphus Iosepho F. auctore.

De nassa medium aufer: auem Palamede notante  
 Aspicias. Caput aufer, vbi hanc veneris, habebis.  
 Hunc lege pharmacopœe, notam si reddis anhelam,  
 Totus in amne later: caput absit non erit vsquam.

De nassa] γπίφος. nassa, aufer medium, exhibit grus, quæ dicitur aus Palamedis. Caput aufer. Exhibit rus, si auferas caput agrus. si reddis &c. ] si aspices erit Rhus Syriacum notum herbariæ rei peritis. Totus in γπίφος integra vox est nassa, si auferas G, erit nusquam, quia est vox nihili.

Mens.

Quod sibi nolebant parci licuisse Latini,  
 Exhibu, primo si vertice millia tollas.  
 Omnia si sunt hic, cur omnibus addita mille?  
 Ablato M, ens, si est ens, omnia sunt. Cur mille addunt? id est M.

Saturnus.

Sat fuerit, si non toto contentus abibis.  
 Siue es, seu non es: cum ventre hunc exime sanus.  
 Æneas capite exciso, corpus quoq, tollit.  
 Aufer colla, sanet. Natos vorat omnibus auctus.  
 Sat fuerit ] Sat. siue es &c. ] Satur, Sanus. Æneas capite ]  
 Turnus Aufer colla] Sturnus.

Puer.

Tolle caput, simile etati tum tempus habebis.  
 Nenia Pontani sine cauda protulsi audax.  
 Temporis at capite ablato praponere debes.

Tolle caput ] Ver. sine cauda ] Puc. Temporis &c. ] præpositio Per.

## Mars.

*De me fero galeam: reteget placabilis artem.*

## Sol.

*Non sobolem gignit, ne proles ustulet orbem.  
At si multiplicans quis forte exhiberet illinc  
Continuo tunc si quid oles, tunc ipse videto.*

multiplicans ] Sole: numero plurali exhibita ] id est aufer sibilum: oles.

## Venus.

*Alma Venus, nulla ipsa dotis satis apta novandis  
Se nudam ostendit, nec vult pratexere griphos,  
Ast opifex rerum solus, qui est unus, habebit.*

Alma Venus. &c. ] Vnus.

## Iuppiter.

*Qui iuvat, & pater est, vera est via recta beatis.  
Parturi nequit equato discrimine. Mirum  
Maiorem superat minor ut plus indicat esse.*

Vera est via ] Iter. Parturi ] Quia Ter non sunt nisi tres litteræ. Iupi numeri nullius vox est.

## Mercurius.

*Non tuus est, si sustineat talare Galerum.  
Soluc erit, cornitem sibi si trahat ipse Galerum.  
Ast caput, & medium, & comes ad vestigia iuncto  
Ædificant. Animal, sed fur, sine viscere fiet.  
Vltima quinque obiens linquet Dictator aratrum.  
Et tenui exempta curru vehet inde triumphos.*

Tum

*Tum pedium ostendet seruum, modo tolle secundam.  
Exciso capite exiliet fera barbaricus bos.  
Non tuus ] Meus Solus erit ] Merus Ast caput &c. ] Murus.  
Animal ] Mus. Dictator ] Curius. Et tenui ] Curus. antiqui  
non geminabant. pedium seruum ] Crus. barbaricus bos ]  
Vrus.*

## Lucina.

*Si lucis præses, si paribus apta levandis  
Vtrem deponat, vulgato nomine nota est.  
Atque unam agnoscas dempta ceruice: sed illam  
Redde tribus debinc postremis, tibi lina parantur.  
Adde priorem istis, civilia prælia miscet.*

Vtrem deponat ] Luna. dempta ceruice ] Vna. Redde tribus postremis ] Lina civilia prælia miscet ] Cina.

## Horæ.

*Quo plures numero, numero inuenio esse minorem:  
Ad mißtum secuit vanus quas verna Canopi.  
Quo plures ] Quia numeramus quæ abiere. Ad mißtum ] Quia  
aiunt Ægyptios ad mißtum bouis in xxiii secuisse.*

## Dies.

*Lux in se regem tenebrarum includit: at ipse  
Plenus opum fac hoc, tibi quo d tu diceris esse.  
regem tenebr. ] Dis. fac hoc ] Des.*

## Nox.

*Mater confly, sedes veneranda quietis  
Obscura est adeo, nihil ut cognoscere possis.  
nihil ut ] Non potest elici griphus.*

## Ignis.

*Tu si in me venias, ne fac, quod diceris in me.  
Tu &c. ] Isis.*



## Spiritus.

*Da caudam superis cum ventre, & ventre remoto.  
Ne totus, quod ego sum, sis, si negligis aras.*

*Da caudam &c.] Da thus Deo, secundum ritum, ne sis iri-  
tus, spiritus antiqui geminabant.*

Muscatum, ex veteri ænigmatate.

*Quod curru, caput est. venter dabit additus alas.  
Graculus haud comedet sex membra externa gulofus.*

*Deme caput, metuent tria prima: at iungitur hostis.*

*Iunge extrema epulis, acies sine ventre poetam.*

*Cui caput absumas sic sit, male qui tibi dicit.*

*At cum ventre caput nihil sunt nisi tadia vite.*

*caput est ] Mus. venter &c.] Musca comedet sex ] σκαρόν με-  
tuent tria prima ] Mus catum metuet. at iungitur ] Mus cum  
Cato. Iunge &c.] Mustum, caput abs.] Vitum, cum ven-  
tre caput ] Musca.*

## Paulus.

*Est tuba totus, at hinc caput exime: tibia fiet.*

*Plus videas, duo si demas que proxima prima.*

*Vlcera differre it tamen huic exempta secunda,*

*Tertia si pereat: stantum fit gurges aquarum.*

*Producas: viti fiet, quod scipio patri.*

*est tuba ] αὐλός. Plus videas ] Plus. Viscer a differre ] Pus, stan-  
tum &c.] Paulus. Producas ] Paulus, quod scipio ] baculus.*

## Purus.

*Haud temere inuenias hominem, sic si integer extet,*

*At multum inuenies in vulnere, ventre remoto.*

*At caput exime: trux taniòque ferocior. At si*

*Græce vis: cauda ex toto reliqua est animali.*

*Nec mi nus à tergo ventus spirare videbis.*

*Totius me cauda tamen bene pascit in vrbe.*

*At*

*At multum ] Pus, trux ] Vrus. cauda ] ἄγρ. a tergo ven-  
tus ] ἄγρ. cauda ] Rus.*

## Mares.

*Tu, nisi sibilat, aufuge. Res est perfida. Mortem  
Abscissa ceruice ciet concentus Homeri.*

*Torque os: cauda tubam. Caput eius dislice, patrem  
Romulus ostendet summa de sede Quirinum.*

*Res est perfida ] Mare. Abscissa ] ἄγρ. Torque os ] Tor-  
que diphthongo Æs. patrem Romulus ] Mars.*

Paries, ex antiquo concinnatum.

*Cui mater fuit alta silex, lignumve, lutumve,  
Excisa ceruice ferox ad pascua regnat.*

*Ventre imo execto Spartanos tolli honores.*

*At frustra & pes, & hic patriam defendit ab hoste.*

*Excisa ] Arias. Spartanos tollit ] Paris. At frustra &c.]  
Acs.*

## Auis.

*Exempto medio, sit totum: & credere possis?*

*Fit totum ] As.*

Dapes antiquum concinnatum.

*Quinque placent ori, sed quatuor aera scindunt,*

*Tres currunt, referunt murmura rauca duo.*

*Tres currunt ] Pes. referunt mur. ] Æs.*

## Fœmina.

*Lingue caput: non stet tibi mundi machina tanti.*

*Tolle: nec hanc valeat, reliqua esse, que sola superstes.*

*Lingua &c.] Fœminæ caput pessimum. Tolle ] Mina.  
hanc valeat ] Minam non valet.*

## Senex.

*Hoc est, quod voluit: quodque est nunc, esse recusat.  
Est non est, quod cauda trahit: sed sentiet illud,  
quod cauda ] Nex.*

## Anas.

*Tota volat: tota & graditur: quin tota natabit:  
Irritata apicem imponat canis: haud volat. Aufer*

*Atq; hinc atq; illum, qui iam fuit: ipse natabis.*

*Quod si dimidium tibi forte superuenit vsus,*

*Obitura, tetros si quando incendis odores.*

apicem ] R literam, Ranas. natabis ] Nas. Quod si dimidium ] dimidium Vius est Vs. si superuenit ad Nas, fiet Nasus.

## Iulius.

*Principium mœstum, finem dat legis amicum.*

*Legifera Cereri totum dat carmen honestum.*

*Multipedemque feram, quam signat imago biremis.*

*E paruo fermentatum mirabere nomen,*

*Crescere: maiori maiora hæc debita regno.*

Principium mœstum ] is. totum dat ] iouli. E paruo ] Ilus.

## Cæsar.

*Centum Thysca deos uno sub nomine vox dat.*

## Scaliger.

*Quo scandas tu, quoque voles, gerit vnus & idem.*

## Aqua.

*Ista mihi Hercules riualis nomina fecit,*

*Ne iam Grammaticos riuos sequeris ineptus.*

*Herculeus riualis ] Achelous.*

## Pluuia.

*Exedit ipsa sibi caudam cæbi improba riuu.*

*Interiora tamenc audata impensius augent.*

*Dulcia que succo vincunt meliore parentem.*

exedit ] Pluuia. caudam ] Viam. Interiora ] interiora

Vv cum cauda A, Vua. parentem ] aquam.

## Ros.

*Quominus os habeat, caput impedit. hoccine credis?*

*Hoc*

*Hoc tamen abscisso inuitus tunc ossa relinques.  
caput impedit ] R impedit ne fit os.*

## Herba.

*Dina faue, hunc uterum vt deponat filia terra.  
uterum ] B est uterus. Hera Fortuna apud Ennium.*

## Leo.

*Non faciam, capite abscisso quod velle videris.  
capite abscisso ] Eo non ibo ad Leonem.*

## Porcus.

*Totum malo mihi, si sinciput absit, abesto.*

*In cauda gessisse cutem non miror. At inde*

*Absit summa cutis, magnum dabit India regem.*

*Vel quod pro fracto officium dabit osse, vel illud*

*Tyrannus ad Parium quod marmor comparat olim.*

*Qui si vera canit: quis dicat marmora tofos?*

*Corripe: corporeos alio s quoque tende meatus.*

*Illi deme caput: Niloticus extat Apollo.*

*Decolla: inuenies ubi pinguior exit in urbem.*

Sinciput absit ] Orcus. In cauda ] Cus. Summa cutis ] absit

C. regem ] Porus. Vel quod ] ædæges. Corripe mœges ] Illi ]

ædæges Niloticus Apollo ] Æges. inuenies ] Rure porcus

pinguior.

## Vita.

*Carcer deliciosus, & vndique dulce venenum*

*Ipsa sui factorum, ac cæli parte priore*

*Pulsa ruit, tituli notulam si exemeris, inde*

*Ostendit, quid sit, nil ni via: tuque viator.*

Parte priore ] Vi.

## Mors.

*Omnia que perimit nil de se gignere possit.*

## Caper.

*Cornua mi, sed si caput aufers, dente nocebo.*

Bos.

Caput abscindas, non deerit, quod mihi deerit.  
Atque ipso, quod abest, quadraginta intus in uno.  
non deerit ] Os non deerit, quod deesse debuit capite abscisso. quadraginta ] Dentes in ore.

Piscis.

Icere scis, & scis etiam fortasse ciere.  
Qui latet, hoc utinam prauus tingere colore.  
Dimidio turris culmen si imponis, es illud.  
Icere ] Iscis. Scis. Cis. colore ] Picis. Dimidio turris ] Turculmen ] Pis.

Aer.

Lenior hoc toto cauda est, si Græcia curet.  
Lenior & c. ] a. p. p. ver.

Lilium.

Candida perpetuis nunquam peritura sub annis  
Sacra vides monumenta, polo demissa sereno,  
Quæ gentis capiunt sibi nomen originis alta.  
nomen ] Ilium.

Delphin.

Has etiam videas humane sortis amicas  
Tyrrenas acies, quæ per maria humida nando  
Armigeræ reginæ aquant momenta volandi.  
Germanus patria iungat si voce Latinam,  
Esse dabit primæ soboli, quod Iuppiter ipse est.  
Armigeræ ] Aquilæ. Germanus ] Elfu significat iuuare.  
Quali Deus est. primæ soboli ] primogenitus Franciæ.

Vua.

Haud temere illi acidis imitantur vitea sorbis.

Nam

Nam solo afflatu veram dedit *Aeolus unam.*  
acidis ] versus Virgilianus est.

-- Acidis imitantur vitea sorbis.  
solo afflatu ] cœa sorba sunt *Aeolus* ] *Aeolica* litera ] facit uam.

Fœnus.

Inuersa furca dum Græci vina coronant,  
Inuisas faciunt, quas nesciuere, calendas.  
Inuersa furca est ] in & vinum. inuisas ] fœnus inuisas facit  
Calendas. in & vin. nesciuere ] Græci nomen Græcum nesciunt calendas.

Patria.

Salus diuinum, sanctum, venerabile nomen.  
Quæ vna tenes, multis magnum caput imposuisti.  
Quæque suo capiti nihilominus, & tria subsunt.  
Aequum ius serua, & paribus nos legibus auge.  
Aut tu iusta crucem mediam interpone proteruis.  
Quæ vna ] Atria plura vna ciuitas continet. P, caput est.  
Tria subsunt, Serua nos inter paria, aut malignis interpone  
T crucem.

Francus.

Inuictis animis in uictas robore gentes  
Seruos, ac seruas dura eripere catena,  
Bellacisque gerunt in pectore nomina regis.  
nomina regis ] Ancus.

Pan.

Cornibus imperium, atque Dei suprema potestas,  
Et cerebro designatur sapientia summa.  
Ast oculis niti di lucentia sidera mundi  
Fistula septenis rite hinc compacta cicutis  
Tot calamis totidemq, sonis discriminat orbis

*Disparibusque rotis dat decrefcentia figna.  
 Ignem pectus habet, florem, & genitabilis aura,  
 Alius aquam, brutaque pedes molimina Terra.  
 Totum est: amiffo capite at dubitare videris.*  
 Totum ] πᾶν, amiffo capite ] An.

## Vina.

*Integra latificant animos, mutilataque robur.  
 Conueniunt igitur duo fic ciuilibus aufis.  
 Ruffice tu caput adde tuum: ruet aucta libido.*  
 mutilataque ] ἴνᾳ, caput &c. ] Ruina.

## Ouis.

*Imbellis tota eft: caput exime, vis erit illi.*

## Osculum.

*Ex nitido, vt fœdo quod conftat tradis amicæ*

## Nauis.

*Cum capite, & capite amiffo fert ocior alas.  
 Idque habet in cauda, quod ouis quoq; cauda reponit.*  
 capite amiffo ] auis. Idque &c. ] Vis.

## Hirquus.

*In canthi oculi eft animal, fed non ibi natum:  
 Quin neq; eo intrauit, neq; eo indugredi valet vnguâ.  
 Et facit ambiguum carmen celefte Maronis.*  
 In canthi &c. ] Commune animal, & canthi oculorum  
 ex Seruio. Facit igitur ambiguos Grammaticos in verfu  
 Virgiliano.

## Lufus.

*Quod nos hic facimus, fi lucis fuma relinquat.  
 Exercendo animum nec ludus inutilis efto.  
 Maclandumq; fuem de feipfo promet ad aram.*  
 relinquat ] L. Vfus. de feipfo promet ] Sus.

## Gallina.

*Magnanimam gentem imbelli de pectore promet,*

Tantum

*Tantum posteriora piger tibi textor habeto.*

*Quæ tamen vt fapida hæc lurco fibi prima putabit.*

Magnanimam ] Galli. posteriora ] Lina. prima ] posteriora  
 Gallinæ.

## Columbus.

*As affusque atque elixus proponitur vntis.*

*Pars duo sunt affis non contemnenda trientes.*

*Nanque hæc posterior, meliorque priore superbit.*

As affusque ] totus columbus. pars duo &c. ] duo trientes  
 duæ fyllabæ Lumbus. Nanque hæc &c. ] Lumbus quam  
 Collum.

## Pauo.

*Litibus ignota in tibi dat vox Græca quietem.*

*Aeoliam tollas: reliquum tibi pascua fignat.*

*Ast obruncato tibi dat Cartago faluitem.*

vox Græca ] πᾶσι quietem fignat. Aeoliam tollas ] πᾶσι  
 πᾶσι. obruncato ] Auo in Pœnulo Plauti.

## Vacca.

*Virginis o Volsci sociam fpectare Camille*

*Aeoles vxorem quam aufi sunt iungere tauro.*

Virginis ] Acca. Aeoles ] Æolicum est v.

## Taurus.

*Si fimplex femel haud torto fit nomen ab ore,*

*Corniger eft fluiuius, tum corniger inieger alter.*

*Ne fim ego quod fluiuius: quodque intus corniger alter.*

*Toto vbi pars maior: tum fane eft ignea cauda.*

*Damna accufatum caput abfcindas, onera me.*

torto &c. ] Quia diphthongus torquet. os: vt fit taurus.

Corniger ] Taurus. quodque intus corn. ] Corniger vrus.

Toto &c. ] Quia vrus eft maior tauro, & vox vftionem fignificat.

Damna accus. pone in accusatiuo Taurum.

Caput abf. ] aufer T. onera me ] auro.

R

## Consul.

*Rustice vis, quid scis, vel vis quidnam esse mereris?*  
*Ex prohibet prohibesin disjunge, argue eice: fies.*  
*Ex prohibet] Quia eicies con. & disjunge per. Ex. & fiet exul.*

## Roma.

*Si crudum excipias elementum, crudior exit.*  
*Nam pudet inuversa voce appellare cloacam.*  
*Si crudum] R crudum elementum. crudior] ôpud Nam*  
*pudet] non digna est, vt appelletur Amor.*

## Rosa.

*Si breuis est, Veneris teneros aspirat amores.*  
*Tempus ubi accessit, cariem sensisse videbis.*  
*Ossea sunt inuis cuncta intestina: sed illis*  
*Exemptis purgare potest, si spiritus adsit.*  
*Si sine vertice erit, merua est conuicia coniunx.*  
*sibreuū] Rosa correpta flos. ubi accessit tempus, id est,*  
*producatur, a rodendo cariem sumit. & ludit. Quia tempore*  
*precedente cariosa fuit rosa verus. intestina] Os. Sed*  
*illis exemptis &c.] Rha. sine vertice] ossa.*

## Barbarus.

*Ante bipennigeros duro sub consule fasces*  
*Exilio expulerat me Græcia sola superbo.*  
*Hoc ius post rapuit victor Romanus Acheis.*  
*Rureque multatus tum demisi mihi barbam.*  
*Qua media exalta Lucae bonus horrida vox est.*  
*Quod reliquum est radas: illi tunc sarcina restat.*  
*Rureque &c.] Rus. Barba. radas] alludit ad barbam.*  
*sarcina] Cæpos.*

## Mel.

*Infinita Dei pauxillo in nomine vis est.*

*Vltimus*

*Vltimus at numerus diuinum nomen adunxit.*  
*pauxillo] ElHebr. Vltimus at] M.*

## Facies &amp; vultus.

*Hæc unum duo sunt. mutò unum est, altera perstat.*  
*In trunca est acies: in trunco est vltio trunci.*  
*In trunca] facie, acies. In trunco] vultu, vltus.*

## Pomum.

*Grammatici temere de se rixantur inepti.*  
*Nos quibus elusis demitum modico igne voramus.*  
*Quin cocto capui aufer. erunt reliqua omnia cruda.*  
*Pectore detracto medique abdomine ventris.*  
*Belgica dat puerum tumidis Brabantia buccis.*  
*Vltima in Arabia propolim dat cauda Melisse.*  
*caput aufer] ôpud. Pectore &c] Pom. Vltima in Arabia]*  
*Arabes propolim vocant Mum. Melisse] apis.*

## Castanea.

*Si sequeris nomen, quod dat Prouincia ciui*  
*Aequoreo mirum regitur sub nomine monstrum.*  
*Arma pedes: totum capui est. cæli amula gyris*  
*Non pedibus digiti, non dissita cruscula nodis.*  
*Grallator sic ingreditur, Scythica & fera, vt aiunt.*  
*Si nomen verum est: sum casta inuencula virgo.*  
*Nec cælum is velut: at fulmen crepitu amulor atrum.*  
*Si sequeris &c.] Castanea marina. sub nomine] Echino. Cæli*  
*amula] quia rotatim ambulat. Scythica & fera] Macchia.*  
*Nomen verum] siuctus. casta inuencula] via casta.*

## Oua.

*Terrigenis, & pontigenis, non denegat aer.*  
*Singula sunt illis, pene infinita sed illis:*  
*Est animal, non est. intus sit vita cibisque.*  
*Sunt etiam sine patre satum concepta Fauonij.*  
*Quid quod matre satum non fertur filius eius.*

R 2

*Litera Gracula si desit, sit dictio Græca.*  
*sed illis ] piscibus. Intus &c.] vitellum, & albumen. sa-*  
*tu concepta Fauonij ] ut luv. u. Quid quod &c.] Quia ouum*  
*est æquiouocum cum gallina. dictio Græca ] ad.*

### Turtur.

*Quod nomen signare potest sub tegmine falso*  
*Non colo, quas trepidi fraues, trepida, & que sorores.*  
*Sum minor: at triplex culmen pro corpore porto.*  
*Quod nomen ] à turribus, quas trepidi ] columbi turres.*  
*at triplex ] Tur apex est turris.*

### Intellectus.

*Qui paucis datus est: omnes sed habere putant se:*  
*Dimidium tollit, quod toto significatur.*  
*Dimidium &c.] lectus, id est somnus, habetur.*

### Cultellus.

*Officio nostro poteris exponere terram.*  
*Ne iungas caput ad caudam, prohiberis ab illa.*  
*Officio nostro ] lecaudo nomen exit Tellus. caput ad cau-*  
*dam ] Culus,*

### Fumus.

*Patri dissimilis sum, oculis inimicus acerbis.*  
*Corripe, dilataque tuum paulisper hiatus,*  
*Et fac iusta patri: Tum qui matre, & patre nullo est,*  
*Cum cauda e cauda exhibit fur incola celle.*  
*Patri ] igni. Corripe, dilataque ] Humus. patri ] Humato.*  
*qui matre ] Mus.*

### Fellis.

*Qui cum nomen habet commune celerrima bilis.*  
*Dente mouet lites: cauda quoque signat eandem.*  
*nomen habet com.] Fel. Dente ] Lis.*

### Nemo.

*Nemo negat se emere: ut quisquis vult vendere vili.*

*Augurij*

*Augurij comes est, si currat more diauli.*  
*Nemo est, ne emo. non emo. & non homo. ita lusit. quia nul-*  
*lus dicit, non emo si vili prosteret. Augurij Iomen diauli d'p'ique.*

### Doletus.

*Totum promittit tum operam, tum munera truncis.*  
*At fraus dira subest, ne vel cum pignora credas.*  
*Prima tibi frons lata: necis vestigia cauda*  
*Si accuses nequam, namque est homicida, caputque*  
*Amittet. Caput amisso tum denoret ille.*  
*promittit tum operam ] Dolare. frons ] Dolus. frons lata ]*  
*Do. si accuses ] in accusatio. capite amisso ] Oleum.*

### Seruus.

*Sum Gallis bipes, & quadrupes, comedo comedorg.*  
*Quod si me accuses, caput aufer: me ipse vorabo.*  
*Sum Gallis ] Quia Galli eodem modo pronuntiant, seruus,*  
*& ceruus. me accus. ] in accusatio. caput aufer ] Eruum.*

### Manus.

*Cum caput est demptum: illa duos nos semper habebit*  
*Quæ representat rem tetra nomine ] iurcam.*  
*Millia tu centum viuas geminando liquorem.*  
*Quem si diminuas, totum illud pluribus auges.*  
*Cum caput ] Anus. rem tetra nom. ] sedes Anus. geminando*  
*liquorem ] geminando liquidam. Quem si diminuas. ] Annus*  
*Annulus, plures literæ.*

### Cæna.

*Vespere quæ exoriur, communem Græcia dixit.*  
*Nec quicquam valeat, capitis nisi demis honorem.*  
*Tu tamen huic Græcæ voci flexum adde Latinum.*  
*communem ] Κοινῆ. capitis &c.] οἴνα.*

### Aristoteles.

*Prandium ut incipio: inuenio iunctum illico finem.*  
*Verum idem est veri princeps, & finis honoris.*  
*Prandium &c.] ἀριστοτελῆς.*

## Furnus.

*Integrum ut reuomam, integrum sic deuoro panem,  
Vinclatori nequeo, nisi truncus ferre iugalis.  
Nec concurs. Ignes gero mi, sibi flumina contumx.  
Vinclat ] sexum. nisi truncus ] furca diceretur. sed non dicitur. nisi ut unca vrna.*

## Porcella.

*Quæ me olim integrum genitrix gestauit in aluo  
Pare mei extrema dissectam in pondera condit.  
Tu fac sulcum in ea, nomen commune videbis.  
genitrix ] Porca. in aluo ] Cella. parte mei &c. ] Succidia. fac sulcum ] ex i me Cell, fit porca nomen commune sciofæ, & iulcis.*

## Scrofa.

*Pingui ex clune tibi cum de me diuidis offam,  
Plusquam dimidium comedis. tum plusque relinquis.  
Plusquam ] Quia offa superat vno elemento. quod reliquum est. et relinquis plus. quia offa minor clunibus.*

## Cædes.

*Centum ædes soluas: tibi ne contingat idijsum.  
Centum ædes ] C. Ædes. ne contingat ] Cædes.*

## Milia.

*Milia si demas: mensa tamen illa relinquis.  
In quibus affectat genitricem condito V'ibis.  
milia &c. ] Illa lumborum. Genitricem conditor ] Romuli Illa mater.*

## Vlua.

*Sum soror algæ salzigena, dulcique sapore.  
Aeoles infamem mundo fecere Mephtim.  
æoles infamem ] Vulua. addito scilicet vau Æolico.*

Facies

## Facies.

*Sex sumus, atq; vnum, & varijs sub partibus extat.  
Multo maior vis in vi, numeroq; minore:  
Atque in ea verbum inde minax, mage si minuatur.  
Sic, verbum antiquum, quod nunc ipso exulat vsu.  
Et verbum præ quo non sunt tibi cætera turba.*

*Sex sumus ] sex elementa. Multo maior ] Acie. in ea verbum ] Ctes. Sic ] id est si adhuc minuatur. verbum antiquum ] tes, quod exoleuit. Et verbum ] Es.*

## Iuno.

*Tres sumus: ergo dua hic vna cohibemur in hoste,  
Inq; solæcisimo, quippe vno non tamen vna.  
Tota furit: se dimidium furianit vtrinque.  
Alicra nat ponto, sum mergitur alicra ponto.  
Vtraq; tum Dea fit, mutataq; nomina sumit.  
due ] Ino, Io. Inque solæcis. ] Quia vno in nomine, non in vna Iunone. Tota furit &c. ] Quia furore acta vltionis Iuno furianit vtrinque Io & Ino. vtraque tum Dea fit ] Isis, Matuta.*

## Echo.

*Mirum quæ ex alijs renouat bene sedula voces,  
Ex se ipsa nullam penitus renouare potis fit.  
Ex se ipsa ] Quia alij voces ex ea nequeant extrudi.*

## Maledicus.

*Arrabicum articulum si tu post millia demas,  
Fies, quod pauci fies ex pluribus omnes.  
Si Ægyptum Græcam, aut arcum fugat Æolus: illo,  
Deterius fiet, quod iam signarat aperte.*

*Arrabicum articulum ] post M, Al. fit medicus. Fies omnes ] id est medicus, quia omnes volunt esse medici: ex pluribus ] quia plures sunt maledici, Si Ægyptum Gr. ] Δ ΑΕΟ-*

R 4

*luis* id est digamma si expellat D. fit Maleficus. *Illo* ] veteri, malefico, quod prima voce designabat.

## Auris.

*Principium, quo nunc audis, si surripis, uris.*

*Atque alium Græcus, mutat cum nomine sursum.*

*Principium* ] A. *Atque alium* ] V. *p̄s. cum nomine* ] non solum tentum significatus, sed & animalis, quia ex aure nasum faciet.

## Pluvia, iterum.

*Dona Iouis fessus damnat quæ tota tonantis,  
Horum dimidio sint, non valet esse viator.*

*Quo ne plus reliquum fieret, non sibilat audax.*

*At si vos pueri desit, puero timor adsit.*

*Vna tamen latitans intus solabitur illum.*

*fessus damnat* ] pluviam damnat viator totum quomodo igitur damnat, si ne dimidio quidem carere potest, Via. *Quo* ] dimidio *ne plus rel.* ] Non fit plus addito sibilo, ne dimidium illud plus quàm dimidium alterum vna litera, Via. *Vox pueri* ] si desit vox puerilis, id est L, quæ pueris peculiaris est, fit Puuia, at puuire est verberare. vnde pueri ex Festo.

## Poeta.

*Tu neq; si cogas absciso vertice vires*

*Tum valeas reliquum pondus bene ferre poeta.*

*Tum valeas* ] Quia diuise sunt vocales in poeta, & vnitzæ in cæta.

## Stultus.

*Totum odere Dei, sapientes quippe, catiq;*

*Ergo multatum capite acriter vlcsuntur.*

*Audacter cauda Varro cumulauit acerram.*

*Audacter* ] Quia Varro non thus à suffitu, sed tus à tunden-do.

*Mulus.*

## Mulus.

*Peste perit primus, ventrem cum gessit, Homero.*

*Tum sterilis peperit dissecto abdomine murem.*

*Peste* ] ὁ πῆρας μῦς π πατρων & c. *dissecto* ] ablato ventre Vl.

## Aula Romana.

*Plus satis vna quidem: sed si centum addere cures:*

*Aptius haud poteris cognoscere, quid ferat intus.*

*Non frustra Plautus facit instrumenta culina.*

*Omnipotens meritis, o, subdito Iuppiter ignes.*

*Centum* ] C. fit Caula. *quid ferat* ] bruta. *instrumenta cul.* ] aula. *subdito* ] Olla.

## Palma.

*Victor idem quod habet, nimius capit acer honoris.*

*Et caput abscondit, quo res sit tutior alma.*

*Qua voce inflatus male litigat acer Hebraeus.*

*Victor* ] quia habet palmam manu *caput abscondit* ] Alma. *acer Heb.* ] Quia Hebræi pessimi in Isaiâ, litigant super Alma. nos dicimus virginem, illi mulierem.

Vina aperte sine Ænigmate  
petenda.

*Hæc hilaris centum tenebrosa epigrammata lusus,*

*Tetrica dum sapidis solvimus ora sociis,*

*Hoc triduo, dum cedit hyems genitalibus auris,*

*Et Zephyri verna spirat ab arce tepor.*

*Fudimus. Ille etiam menti calor excidit audax,*

*Præcipiti ut ruerem carmina rapta manu.*

*Qui ne abeat, mihi Cantabrica da vina Pyrenes.*

*Non sunt obscuris illa petenda notis.*





IVLII CÆSARIS SCA-  
LIGERI MANES  
CATVLLIANI.

§§

**M**anes maximi, & optimi poeta,  
Et quantum pote plurimum disertus.  
Seu vos Elysiis Thaliam campis  
Lentos dulcibus entheat susurris:  
Sive argentea Sirmionis unda  
Contra consonat amulum, canenti:  
Spirate, o, faciles, meros Amores,  
Mollem versiculum, Atticum leporem,  
Puris vocibus, emicante vena.  
Hinc vos in teneris toris iacentes,  
Hinc ego in torulis iacens tenellis,  
Momenta invidula hac pusilla morti  
Suffurabimur, enecabimusq,  
Dulcis obruta fluctibus Lyai.  
At vos horridula valete, abite hinc  
Vite incommoda tetrica Camœna.

Ad Cupidinem.

Si clemens mihi servatus amoris,  
Nec mordacibus inquietis curis  
Candidos sineret mi abire soles:

Quid

Quid incundius, expeditiusque  
Hoc regno foret impotente Amoris?  
Nunc, cum mi imperat insolens tyrannus,  
Vt vinam sibi totus: O Deorum  
Quicquid fers titulum ferox Amoris,  
Amabo aut age parcius proterve,  
Vt diu tibi suppetamus: aut, ut  
Duri incommoda temperem furoris,  
Secum blandicula, venustuleq,  
Decidas minimo rogant Camœna.

Ad Lolliam.

Aetas mellicula, integri decoris,  
Aetas scitula, mustula, integella:  
Ecquid consimilem igneis labellis  
Cum Rosam legis igneam nitentem:  
Tecta tempora concitata lapsu  
Sentis ducere languidam senectam?  
Olim erit, puto, nec fefellit, olim:  
Cum teipsam in medio tui requires:  
Et dices: ubi sum? me ubi reliqui?  
Hæcine aureola integra papilla?  
O dii reddite, quod tulistis, o Di:  
Aut ferte hinc memorem mei querelam.

Secundo amore acrius afflictari.

Olim dulciculi, aureique amores,  
Qui leni recreatis aura amantes:  
At nunc terrifici, igneique amores,  
Qui saeva iugulatis arte amantes:  
Quid tandem mihi, quid feri tyranni  
Vobiscum? quibus vlla nec fides, nec

*Est clementia, nec benignitas est.  
 Nam quis tam male fecerit clienti?  
 Quis bene afficiens suos, malum dei?  
 Absentis coquit impetus medullas,  
 Presentem necat, & magis potitum.  
 O utrum eligimus miselli amantes?  
 Si plus perditus in secundo amore,  
 Quam aduerso potie perditissimum esse?*

### De discessu Cælix.

*Ibis per glacies, crepidinesque,  
 Ibis Calia? nec timebis Alpes?  
 Alpes Cantabricis feras pruinis?  
 Simplex horridulo puella vultu?  
 Et teges latus hispidi latronis?  
 Fœdi barbaricis manus rapinis?  
 Furtis, cadibus, belluatione?  
 Pura candidulo sinu puella?  
 Me pium caput, & Deis amicum  
 Longe abs te misere exulare cogis?  
 Saltem redde mihi meos ocellos,  
 Quos tuus rapiens, abisti, ocellis.  
 Ah ah quin potius feras: Herique,  
 Quantilla est ea portio, relisti  
 Soterur senium, agridudinemque.*

### Ad Catellum de eadem.

*Quid flet Therionille amice? quid flet?  
 Quid queris? pede, subsilitione,  
 Gamitu, trepidatione, cauda?  
 Quod abest? quora pars tui de coris  
 Abiit cum domina ad sacros Hiberos?*

*An nostros*

*An nostros tibi quaestioni ocellos,  
 Et cordis profugum exulis cadauer,  
 Dicam esse? hinc abiere, dic Catelle,  
 Dic mihi Therionille, dic amice:  
 Quaestum ibimus? at quis, ab quis isthuc  
 V adatur, ne iidem exulemus? ergo  
 Præstat, ne perëamus, hic perire.*

### Ad Annam.

*Anna, qua fueras, nec es modo Anna,  
 Quæ te prateriens retro relinquis,  
 Qui cum nocticulas, dieculasque  
 Ludo ducere perditus solebam:  
 Nunc vix reliquia meorum amorum.  
 Casar, qui fuerat, nec est modo, ille  
 Aegra reliquia tuorum amorum.  
 Qui cum ludere perditæ solebas:  
 Ante se nihil intuens, reuorsum  
 Crebro respicit ad nihil: sui que  
 Nec vestigia repperit, nec umbram.*

### Ad Cupidinem.

*Si impune hoc liceat tibi proterue  
 Cupido facere: ut perire gratum  
 Sit mihi misero, sed immerenti  
 Cur mihi misero, sed immerenti  
 Impune haud liceat, puer proterue,  
 Aliud facere: ut perire nolim?*

### De Caluo Gabalo.

*Calue pessime Calue, pessimorum,  
 Hircosi soboles ferox parentis:*

Quem sordes Gabali premunt laboris  
 Pædore, illuvie, esuritione,  
 Solitudine, vastitate, luctu:  
 Ecquando ad stabuli fores redibis?  
 Ad præsepia sterquiliniorum,  
 Regna naribus imputata pandis?  
 Mercenarius, inquilinus, atri  
 Fumi plenus, & improba favilla,  
 Excoctusque gelu, fameque dirus,  
 Fœdus, stercoreus, tremens, remorsio  
 Pane, fursure & vorax placenta:  
 Canibus misere inuidens, quibus te  
 Demensum esuriente dat magister.  
 I, redi fera larua: nec sereni  
 Funesta decus oppidi renidens,  
 Bustuarij oculi vibratione,  
 Pura, barbata, fascinator aure,  
 Calue, pessime Calue pessimorum.

### Ad Sidera.

Minuta facula, minutiores  
 Dij cali, nitidi Iouis Quirites:  
 Queis prospectus ab ultimis Eois  
 Ad seros facilis patet Britannos:  
 Rorate aut gelidam boni quietem,  
 Quæ cacos mihi temperet furores:  
 Aut auferte Methyllia quietem,  
 Cuius munere freta nescit ignes.  
 Nil ago? scio quid rei sit, illis  
 Timetis male comparari ocellis.

De Vir-

### De Virgiliij inaccessa diuinitate.

Dulcis Virgilius, Latina Siren,  
 Duplex Mæonides, triplex Apollo,  
 Vnus omnia, quæ ambiunt poetæ.  
 O cÿcne, o philomela, ver Latinum,  
 Mel merum Latij, Latina Athena.  
 O monstrum vitio carens, quid ergo?  
 O calum sine nube, lux serena.  
 O pontum sine fluctibus profundum.  
 Men' tecum trahis, incitamque mentem?  
 Ignoto attonitum rapis furore?  
 O si in te penitus migro, meisque  
 Tuis, nescius, in sero r medullis:  
 Cur abs te doleam, me abesse tantum,  
 Quantum frustra alij prope esse credunt?

### Ad montem Pessulum de Caluo.

Rides Pessule, quod tuum vocavi  
 Caluum: pessime Calue pessimorum.  
 Miror Pessule, quod tuum vocasti:  
 Sordidissime sordidissimorum.  
 Jure cum poteris tuo vocare  
 Furacissime Sabbatariorum.  
 Nanque e semine Sabbatarij Hiberno  
 Semimoscolæque, semimaurique,  
 Eiecti Helisabethicis triumphis  
 Confugere sub vltimos recessus.  
 Ad te pars bona: Caluij parentes  
 Inter quos numerantur, & sodales.  
 Quo & nunc Porcifugæ tenere nomen  
 Scis hos: publica furta cum sonares

*Cuncta ad compita rancus Aeneator.*  
*Quæ tum fecerat impudicus, illam*  
*Quando depecuauis est monetam.*  
*Quare est, nec exilio, & fame periret,*  
*Factus clinicus, ipsemet coquinis*  
*Pinsit ptissania, & rotat verutum.*  
*Rimatur luteum foramen ani,*  
*Quo clysteria tergimerda condat.*  
*Hinc nil non satagens, gemens, recurrens,*  
*Subsultans, volutans, screans, popinans,*  
*Perfidiam caperans, scabensque frontem,*  
*Secum verbulam mansa murmurillans*  
*Aegros expedit, enecat valentes.*  
*Vt qui olim fuerat crumenicida,*  
*Nunc occiso homine illo, & illo, & illo,*  
*Furaci exanimet manu crumenas.*

### De discessu Attici.

*Nunquam tempore tam beata paruo*  
*Speraram momenta, quæ petenti*  
*Diuinum mihi redderent amicum.*  
*Nunquam tempore tam pusilla tanto*  
*Hac monumenta putaueram esse, quæ sic*  
*Abeuntia, me mihi relinquunt.*  
*Nunquam tempora tam nefanda tantis*  
*Momentis fore suspicabar: ut quæ*  
*Attico abeunte (Dij, Deaque)*  
*Mi desiderium mei relinquunt.*

Ad Musas de excellentia vini  
 Aquitanici.

*Aqua Bellerophontidos potentes*

*Hippocrenides inelyta puella,*  
*Huc accurrite: vos vocat Lyæus.*  
*Quin vos pronocat improbus Lyæus,*  
*Purus Nyctileus Thyoniæus,*  
*Devidis Aquitanicis arenis.*  
*Vno in Cymbiolo, sed hoc pusillo*  
*Sexcenti latitant, puro, poeta.*  
*Vno ex Cymbiolo hoc Catulliano*  
*Sexcenti caput exerent poeta.*  
*Vndas linquit: lex Bimarris hæc est.*  
*Quis sanus neget obstinatus undam*  
*Mutandam lepidi haustibus Lyæi?*  
*Vterq, est, fateor, latex. sed alter*  
*Est vestri dominus merus furoris:*  
*Alter, ah male, carnifex leporis.*

### Ad Cæsarem Plemmynum Siculum.

*Si Atticos numeros tibi negassem,*  
*Atticissime Plemmyille rerum,*  
*Cum ab incommoditatibus valerem:*  
*Deberem hanc merito increpationem.*  
*Nunc, o Iuppiter, o Dei, Deaque,*  
*Men vitam vicis inquietioris*  
*Vivere in cruciatibus profundis:*  
*Vna ut sapius enecemur hora?*  
*At vos fortibus inuidenda sape &*  
*Iisdem fortibus extimenda quondam,*  
*Tori, dextera, Marty lacertis:*  
*Valete optima, & optime probata.*  
*Lingua & cedite candidæ Sorori: ut*  
*Quod restat miserum miserrimorum,*  
*Crudeles oneret Deos querelis.*

## De Myrtilæ basiis.

O iam parce, dare arma mi furenti:  
 Madenti addere parce mi venenum.  
 Da mi Myrtula quicquid e Sabais  
 Spirat Balsama constitum fructus.  
 Da mihi Assyrium libens oliuura.  
 Pestanis refer omnia e roseris.  
 Hybleos mihi congere huc susurros:  
 Huc aqua salientis, huc Faunij  
 Lentum sibila murmurantis estum.  
 Propere omnia Myrtula. Vt quid? inquis.  
 Tam latos pote peruolare campos?  
 At tibi pote: que ampliora: qua mi  
 Nectar basiolo unico recludes.

Ad Popilios patrem & filium  
 Cossutianos.

O pure proceres sodalitaris  
 Populi pater, & patris Populi.  
 Quid fit? quid noui ab ultimis Britannis  
 Tranquilla modo nauigatione  
 Moliti estis? ut in mari fit: altis  
 Cum alcedo pelagi premit ruinas.  
 At tu ecquid patriæ memor salutis?  
 Vota concipis vstitatiora:  
 Si uerere Aquilonibus secundis?  
 Soluisti n' reus? Hoc Deus monet nos  
 Apud se positum bene hic mere nti  
 Premium pietatis vs putemus.

De Caluo

## De Caluo.

Caluo cruscula sunt arundinina.  
 Est ceruicula plusquam arundinina.  
 Verum uocula sesquiarundinina.  
 Cerebrum minus est quam arundininum.

## In Mauritum.

Potest Grammaticus, beatus esse?  
 Cinis, sordidus? inuidus, benignus?  
 Bis puer, sapiens? leuis, seuerus?  
 Mauritus, candidus? eruditus, ater?

## Donat Atticum chirothecis.

Fidelissime Romuli nepotum,  
 Mellitum decus Attici leporis.  
 Quo fide tegerem manum beatam:  
 Mitto xenia parua chirothecas  
 Abunde Indico odore diffluentis.  
 Quo linguam tegerem beatiorem,  
 Reginam veterum eloquutionum.  
 Arcem, ac presidium elegantiarum,  
 Mundum mittere debui. sed ille  
 Vix, puto, capiat quod eloquare,  
 Facundissime Romuli nepotum.

## Ad Syluium filium.

Sera Syluiole otium senectæ:  
 Orbi reliquia aurea parentis:  
 O fessi patris optimum leuamen:  
 O vitæ unice despicata ocellæ:  
 Quid rerum geris? an meos labores

S 2

Tuis pulchra laboribus recudens  
 Deles? Perge puer disertiorum  
 Augere ingenuos choros virorum.  
 Et spes fulmine præterire meritis:  
 Que iam grandibus excita periculis,  
 Subscribunt patris usq; & usque votis.

### Ad Turdum suum.

Dulci Turdule docte gutturillo  
 Asperas animi leuare curas,  
 Cantillans modulòs minuitores:  
 Condito mihi pectoris medullas.  
 Cantuuncula ut inquietiore  
 Oblitus veterum miser malorum  
 Mentis improbus acquiescat æstus.  
 Da mihi blandula murmurilla mille,  
 Mille anfractibus implicata: quod sit  
 Possit eludere voraces Charybdis.  
 O princeps animum beatorum,  
 Quot grato dominum excitant susurro.  
 Rex nostræ volucelle vocis alma,  
 Dulci Turdule docte gutturillo.

### De Ortale superbia.

Reppulit modo basium petentem  
 Formæ dotibus Ortale superba.  
 Reiecit fera sanium precantem,  
 Vultuq; atque oculis, manusculisque,  
 Vultu sidereo, igneis ocellis.  
 Manibus niueisque, eburneisque:  
 Atque ait: tibi iam peracta tota hac,  
 Me ut ames, alia est petenda viua.

O vere

O vere miseri, o miselli amantes.  
 Si mortis properæ impetus inuat: si  
 Maturæ expedit exilire vita.

### De Caluo.

Caluus, cui cerebri nec vlla mica est,  
 Nulla guttula, nulla gutticella,  
 Nec vestigia pulueris, nec umbra, aut  
 Somny somnium, imaginis ve imago,  
 Cur vulgo cerebrosus est vocatus?

### De habitu Perillæ.

Quis monstret dominam? qua abiuit? aut quo?  
 Que vestigia? quos sequar recessus?  
 O que umbrantibus obsiti fructus  
 Colles pinguibus imminetis aruis:  
 Qua gressus tulit illa? qua locuta est,  
 Quod de me meminisset, & placeret?  
 Que fagus? que abies? quod esculentum,  
 Aut lentum siler, aut olens cupressus  
 Attræctabile, mistulentulumque  
 Anis latius integunt tenebris?  
 Prata mollia, mollicella prata,  
 Vos tantum plagij? nec esse pœnam,  
 Cui tanto e numero luatis, vllum?  
 Aut mihi illico reddite huc puellam:  
 In pariem aut aliquam vocate amantem.

### Ad Syluium filium.

Sylui, dispaream: nisi omne factum,  
 Atque idem inteream: nisi omne votum  
 Pro vobis fuit: ut bene, ac benigne

*A* me esset fieretq, diligenter  
*Sic*, quam plurimum, & ut pote est, parenti.  
*Nam* quid gratius esse qui parenti,  
*Cui* cordi sit in ultimis periculis  
*Fatalem* effugere esuritionem:  
*Quid?* quam ut sit bene liberis suis: quos  
*Sua* substituit perenne vita:  
*Quis* vitam instituat nec obsoletam,  
*Nec* vita tumidam Neroniana:  
*Sed* frugi mediocriter beatam.  
*Verum* Sors mala, Sors maligna, Sors, quæ  
*Bonos* ab male habet, malos beat: me  
*Exemit* numero valentiorum:  
*Quem* olim (Dij) decorare sic solebam.  
*Mirum* ni misero excidistis: ab quem  
*Subducta* ratione rem putantem,  
*Excursu* spatio, imminente fato,  
*Dictum* factum abeuntibus diebus,  
*Sui* oblitio cepit, & suorum.

### De Turpilione alcumista.

*Carbonarius* ille, quem videtis,  
*Non* est: o lepidi mei sodales.  
*Impostor* malus: hunc caute fures.  
*Vult* artem sibi vindicare vestram:  
*Verum* artem vaser arte condiendo.  
*Sic* artem, puto, mutat: ut metalla:  
*Quæ* mutata manent tamen priora,  
*Imponit* faciem facietiorum  
*Plumbo*, cinnabarique, sulfurique,  
*Aurum* pollicitus parare plumbo.  
*Mentitur* penitus, nec ille mutat.

Aurum

*Aurum* transmouet in nihil frequenter:  
*Quando* aurum nequit excitare ab ære.  
*Ne* non mutet, ut antea recepit.  
*O* sacrum stupidumq, plumbeumq,  
*An* potest aliquid boni, probiq,  
*A* fuligine & improbis fauillis?

Conqueritur debilitatus conuulsione

à vetere cicatrice.

*Quid* egi miser? ô miser, quid egi?  
*Quis* unquam vsquam inauspiciorum  
*Somnians* potuit parare: quod sit  
*Tam* incestum, tam & inexpiabile, ut mi  
*Mei* vsus abfulerit? superstitemque  
*Tantis* funeribus meis relinquat?

Consolatio.

*Perfer* Scaliger otiose, perfer  
*Quæ* bonis superi boni parare  
*Consueere*: nec imparem, potentum  
*Præbe* assultibus, impetum, Deorum.  
*Ne* iactaueris istud, immerenti  
*Euenisse* tibi. Bonis fit hoc. est  
*Praurorum* meritis modis perire.

Anthypophora ad consolationem.

*Si* bonis male fit, malisq, recte est:  
*Et* bonos superi boni procurant:  
*Cur* bene est superis, bonis maligne?  
*At* vos esse pios, piosq, amare  
*Alia* ratione, quam nocendo,  
*O* Dij mi date copiam canendi.

De Caluo.

Caluum olim puerum casa paterna,

Quam conductam habet inquilinus atram,  
 Latam sex pedibus, nouemq<sub>3</sub> longam  
 Infera sterili iugo Cebenna,  
 Fames expulsi. Hinc ibi propinquum  
 Adit sacrificum, cui nec urna,  
 Nec scutella, nec urceus, nec arca,  
 Nec tripes, nec imago ficta mense  
 Solebant Dominum impedire euntem.  
 Quin scopa à casula exulabat. cseti?  
 Vt quid? quidnam ea verreret? caminum?  
 Clibanum? deerant, deerat fauilla.  
 Pene sol deerat, diesq<sub>3</sub>, noxq<sub>3</sub>.  
 Locus foriculisq<sub>3</sub>, araneisq<sub>3</sub>?  
 Nequaquam, omnia munda, pura, sacris  
 Digna, sacrificio, atque olente Caluo.  
 Solus cardiurnus procax asellus  
 Sub dio miser excubabat. illi  
 Tum Caluus datus, ille Caluus, ille,  
 Qui nunc sericulatus, undulatus  
 Caldis delubra deuorat precillis,  
 Est a furibus, a lupisq<sub>3</sub> custos.  
 Hic solus fuit hic ei magister:  
 Cuius cantibus eruditus almis,  
 Buccis fursureis statim relictis  
 His, quas sacrificio ferunt marita,  
 Vt solas olidi molant mariti,  
 Semihora illico prodijt poeta.

Audecti filioli bimuli acerbis. morte  
 enecti Manes alloquitur.

Calues teneri, noui, tenelli,  
 Turba mustula, pupuli pusilli,  
 Puri, candiduli, aurei, nouelli,

Siccine aureoli optimi, integelli,  
 Inter tot lacrymabiles procellas  
 Euasistis, & euolastis? cheu  
 Diuini heu Genij potens puelle,  
 Morosa heu senium mea senecta,  
 Troianis lacrymosior ruinis,  
 Fatig<sub>3</sub> inuidiam, metumq<sub>3</sub> fati.  
 Placasti inuidiam, metum leuasti.  
 Pure, candidule, auree, integelle  
 Nil patri, nisi lacrymas relinquis.

De pædagogorum colluie, qui medicinã  
 primoribus literis temerè profitentur.

Valete o medici cohors proterua.  
 Nam inanem iacere, ut meus Catullus,  
 Infames vetere me rapina.  
 At vos o medicum cohors maligna,  
 Plena iurgij & infacetiarum,  
 Rixosa, inuida, temulenta, dura,  
 Petax, futilis, infidelis, audax,  
 Trahax, garrula contumeliosa,  
 Docta imponere, palpitare docta,  
 Decoëtrix fideiq<sub>3</sub>, nominisq<sub>3</sub>,  
 Farcta proditionibus nefandis,  
 Odijs, dissimulationibusq<sub>3</sub>,  
 Cynicum species noua, & pudenda,  
 Pro morte ab pretium petens, ferensq<sub>3</sub>,  
 Manum carnificum emularis: auri,  
 Argentiq<sub>3</sub>, siticulosior, quam  
 Boni nominis, & boni pudoris.  
 Vale carnificum cohors cruenta,  
 Plena sanguinis & necationum.



## Ad Burdegalam Attici patriam.

Erenatrix maris extimi superba,  
 Sinu prapete quæ beata portus  
 Audis aurea maximum Senatam,  
 Nutrix nobilis inclyti Lyæ.  
 O nec tam maris horridis habenis,  
 Nec miri sinubus beata portus,  
 Nec vena viirei Thyoniæ,  
 Nec sancto venerabilis Senatu,  
 Quam quod mater es Attici, quod isthic  
 Celi semina primulum sereni  
 Diuinum caput hausit & tenello  
 Risu distulit in scitas tenebras.  
 Felix terque, quaterque terra felix,  
 Grandi pignore, dotibus superba,  
 Aut iam iam accipe me in sinum beatum:  
 Aut meum bona mi Atticum remitte.

## Ad Curas.

Quid vultis maleominata turba?  
 Quid vobis maleferiata vultis?  
 Pure carnifices serenitatis,  
 Curæ semina pessime senectæ.  
 Non vobis legio maligna, sat sit  
 Paupertas? cruciatus? orbitas? mors?  
 O fera exilyg, tedyg,  
 Condimenta: quid amplius feratis?  
 Odi viuere non satis? videtis?  
 Vt vestigiaturbulentus anni  
 Horrescam? neq, amica sit quies, nec  
 Magis vel metuam, vel extimescam  
 Quam quod censuerim antea expetendum?

Ad

## Ad Thomam Seuinum.

Seuine optime, ab optimo parente,  
 Optimo patrio, aureis amicis,  
 Antiqua decus eruditionis,  
 Nouarum pater elegantiarum,  
 Culto pectore, moribus vetustis,  
 Ne tu vel nimis, ac nimis venuste  
 Egisti, qui etenim fores poeta  
 Magnus, candidus, elegans, venustus,  
 Graui Phœbigenum incitatus æstro,  
 Sanguine, ingenio, institutione:  
 Ne nos desidia, & rudi veterno  
 Marceremus: vi u, quibus Camœna  
 Seram difficiles dedere Laurum:  
 Inuitis, facili manu, Camœnis  
 Misisti illico liberalis æstrum,  
 Diuinum laticem inclyti liquoris:  
 Qui securum innumeros trahit poetas.  
 Nolentes fugis, incitat volentes,  
 Torpentes acuit, necat veternum,  
 Qui Monembaticisque, Reticisque,  
 Corsisque, Trebisque, Dalmaticisque,  
 Renanis, Siculis, Corinthiis, &  
 Ne longum faciam, omnibus superbe  
 Sibi assurgere iusserit: peribunt.  
 Quare ne mihi ne seuera posthac  
 Fuga ostendite retrica puella,  
 Aut Ascræ, aut Heliconis, aut Olympi,  
 Celsa, Iuppiter, & laboriosa.  
 Aegrotos, vetulo, situculofo.  
 Coronam facilem, parabilemque

*Hic centum mihi Apollines pararunt.*

**De Calui parentibus.**

*Calui semiasini sues parentes,  
Quanquam hostes suis suis parentes:  
Calui viniuoræ ebrj parentes,  
Quanquam viniuoris aquæ parentes:  
Calui furtifici improbi parentes,  
Quanquam furtificis probi parentes:  
Caluum atrum ediderunt nigri parentes,  
Caluum sesquiasinum sues parentes.*

**Malorum genus omne perpeffum.**

*O Fati feritas atrocioris,  
Nostris pascere cladibus proterua.  
Ab nondum satura es? sed impudenter  
Pergis pergere? nec futurus unquam  
Finitis est veterum mihi malorum?  
Vt nouis cumules malis vetusta,  
Oppido exulis inter obsoletam  
Mentem cladibus obsoletam inultis.  
Ecquem sordidius, malignius que  
Vno me isti habuere ter tyranni?  
Me me, qui unum, & item alterum colebam,  
Ab plusquam satis, ab satis superque.  
Quis pares videt execrationes?  
Furta? incendia abominanda? mortes?  
Perdita omnia: omnia interempta:  
Conclamata: vale: ilicet: perimus.  
Segetesq;, gregesq;, liberiq;,  
Vfus corporis & mei mihi ipsi.  
Magnis magnificisq;, fortibusq;,  
O Dy, pro pietate sic repostum est?*

**Vt cum Cinxia zonam soluat nouæ  
nuptæ.**

*Hymen lucide fusculis tenebris,  
O Hymen vigil ebris ocellis,  
Pacis prælia conferens serena:  
Optate o teneris tener puellis:  
Sensim cingula solue virginalia.  
Inde pergili lucernula ignem.  
Tantum, cætera o abstine Hymenille,  
Salacissimus omnium Deorum.*

**Optat supremum diem.**

*Sexagesimus hic dies, serenum  
Cum sub nubibus abdidit caput sol:  
Nec curat inbar explicare terras.  
An luges pius obsitam senectam  
Tui Scaligeri py poeta,  
Morbo, cladibus, orbitate, luctu?  
O, seu te prope decoloris Indi  
Orba nubibus, orba regna nimbis,  
Tractus luciferique, limpidique.  
Sen longe Scythica vident pruina:  
Dator lactis, pater leporis,  
Nil tecum mihi mortuo. Sed o iam  
Postremum te ubi vidi, ibi futuris  
Postremum quoque viderim tenebris.*

**Calui impuritas.**

*Non sic Calue futurum inepte, non sic.  
Non sic rustice sordidate abibit.  
Non potest: neque conuenit pudenti.  
Te eductam bene virginem, ac pudice*

*Sic lactaueris in scio parente,  
 Irretitam in amoribus profunis?  
 Ab isthoc animo otiose? proin  
 Quasi nemo tibi exprobrare posset  
 Factum, propterea quod huic parenti  
 Res sit pertenuis, minore censu: in  
 Agris, inque opere in diemque vita:  
 Audes temnere rusticus colonum?  
 At qui, Dij, homo? qui? qui in aniore  
 Ventre est, quam media die cicada  
 Cum cæli meditullio silet sol:  
 Et longas subiens vorauit umbras.  
 At quem Dij, hominem? quem ego profecto  
 In vita optimum, & integerrimum vsquam  
 Viderim, & memorem oppido Deorum  
 Quare si sapias expiande Calue  
 Porco, & auriculosiore asello,  
 (Tua victima utraque digna vita est,  
 Vtraque assimilis, propinqua utrique)  
 Ei satisfacies probe, ac pudice.  
 Quo te cunque modo pudorque, lexque  
 Sen iubet, tibi seu suadet, at si  
 Isthæc auriculis capis supinis:  
 Et morum nihil asspicias remittis:  
 Ludum, & somnia iam hæc fuisse dicas:  
 Prent quam rabiem dabunt fambi.*

Mutata ætate, languida Venere largius  
 Genio indulgendum.

*Versum est in cinerem Ilium superbum.  
 Roma concidit, ab cadauer hoc est  
 Romæ, sed vetulumque, putidumque.*

Muta-

*Mutata est Babylo in solum vetustum:  
 In vinum Venus o venusta rerum  
 Commutatio, inauguratioque.  
 Si inaniit Dea: nos Deus replebit.*

Castigat se de immoderato luctu in  
 morte Audecti filioli.

*An itne improbare, impotens, inepte,  
 Inquietudine, cogitatione:  
 Proh Deum, atque hominum fidem: quis ergo  
 Quis erit modus emulationis?  
 Quis finis suat imprecationis,  
 Per tete capiti tuo, & tuorum?  
 Bellus pufio, bellus ille postquam  
 Pauens, paruulus intererrat umbras.  
 Ah factum male: pufione postquam  
 Niger candidulo est potius Horcus.*

Exoptat otium.

*Si otium mi adipiscier potis sim,  
 Si potis rapidas fugare curas  
 Furtiuus laniatibus tyrannas:  
 Totus sim tuus o benigne Paan:  
 Sim vester Heliconides: tuusque  
 Alie conciliator o quietis,  
 Liber o pater optime optimorum:  
 Qui vltro pellicis auream quietem.  
 Pro qua ego lepidissime o Deorum,  
 Quas hic cunque resumpsero Camœnas,  
 Sane te sine languidas Camœnas,  
 Apponi volo gratia benigne.*

## A morte nihil differre ambitionem.

Et si me studij perenni amore  
 lactatum, ambitionis estus arrea  
 Male habens, acuit meiq; iuris  
 Hinc, quo sum minus, efficit reforbens:  
 Anfractusq; vorant negotiorum:  
 Tum ille, qui hætenus in sinu Thalia  
 Spirabat placidam quietus auram,  
 Martis pristinus excitatur ardor:  
 Tamen cum video, quid interest, hoc  
 Nostrum viuere sic, morique nostrum:  
 Eheu quam nihil interest: puto nos  
 Viuendo, bene funditus periisse.

## Ad Remulum Pacinium.

Audiui Remule intimas querelas,  
 Intimo ex animo meras querelas.  
 Quam nullam rationem inire possis.  
 Exolutus ut ex amoris aula  
 Feras vindicias prioris aui.  
 Ah prolixius ut, viriliusq;  
 Qui dares operam: quo eos amores  
 Mente dilueres volens: nec vltro  
 Aleres animo exulante curas.  
 Queis incenditur, & furit libido.  
 Frustra. Nam aut bene sera se voluptas  
 Offert: aut cito, vix recens, recedit.

Qua ratione meretricularum pella-  
 ciam vlciscatur.

Quas vides Theotime per plateas:  
 Quas per compita, per vias, ad aras,

Ad

Ad delubra Deorum, ad angiportus  
 Sat crebras agere: has puer caueo.  
 Vides na tibi gemmeas papillas  
 Humeros niueosque, eburneosque:  
 Nuda pectora, petulos ocellos:  
 Multa millia qua negotiorum  
 Faceffunt sibi, nem ut tibi faceffant.  
 Ornant, luxuriant, lauanti, popinanti,  
 Inter se: foris hoc nihil necesse:  
 Vt bella videantur, & pudica.  
 Petunt sollicita, nihil petendo.  
 O pellacia subdoli furoris:  
 Si silentia sunt vice eloquendi.  
 Nil petunt? petere est. petunt pudenter,  
 At tu si sapias, ut sapias venuste,  
 Sic, dando nihil, ijs dato pudenter.

## De monstro inuidenti.

Quidam barbarus, & parum pudicus,  
 Vt solatiolum sui furoris  
 Impartiret amiculis benigne:  
 Olim ut vir sibi, credo, visus esset  
 Illotis pedibusque, cruribusque  
 Manu furificaque, & ore duro,  
 Regina Genium bonum: ac beatum,  
 Diuinum Italia decus Deorum  
 Labe affecit ab improbis lituris.  
 At vobis male sit, mala litura:  
 Que immerentibus oblita papyris,  
 Necatis miseras male papyros,  
 Spurca barbarie, impudicioe.

T

## De Narnia defuncta.

*Dormis Narnia, Narnilla dormis:*

*Nec me, uti prius, ante limen auris  
Obiectum gelidis, foues quiete.  
Suauitabilis oculis trecentis.  
Amplexabilis omnibus lacertis,  
Quot sunt, quot fuerunt, quot aut futuri  
Sunt, aut fingere possumus futuros.  
O, quas nequitiâs, libidineq;  
Condire assueras leui susurro,  
Linguâq;, oreq;, morsuunculaq;  
Tutullo tremulo cœns cachinnos.  
Aureo femore, effluente lumbo,  
Incitabilis incitabilem me  
Amenti rapiens furore, rapta:  
Raptaque, & rapiens pari furore,  
Pari turbine, mutuo recessu.  
Quæ nox conscia, non dies tegebat:  
Sed nec conscia non dies tegebat.  
Ah lux inuidula, ah dies recisa:  
Nox breuis nimis, ah nimis breuis nox:  
Olim quæ tegeretis illa: quæ nunc  
Noctis perpetuæ tegunt tenebræ.*

## Nihil stabile.

*In mentem, mala nostra cogitanti  
Numero mihi venit: altiiori,  
Vt peius ruerem, loco potitum.  
Nam cum Fors mihi se daret, pusillo  
Contento, ac temere nihil petentis:  
Illo tempore Fata luculentam  
A me gratiam iniuerant, sed illa*

*Nunc frigent mihi tota: poste aquam  
Nec res mi meliuscula est, nec hora,  
Labascitq;, animus stupore victus,  
Quibus vultibus hoc pati potis sim.  
Nam qui unquam fuerint miserrimorum  
Me intendo miserum omnium esse gratis.  
Sic fucus mihi factus, ut sedenti  
Fortuna in gremio malum daretur.  
Malum pessimum, o, omnium malorum.  
Quare o reliquia optima Italorum,  
Quos nulla exilio via reportant:  
Durate aquo animo: nihil rogate.  
Solus scit Deus: & dat, ut cuique est.*

## Curas poculis necandas.

*Quis o quis vigiles, quis obstinatas  
Nova mi ingulabit arte curas?  
Arma, arma huc date: concitate tela.  
O, gradum addite. Non abistis? ergo  
Huc scyphos puer, huc capaciores.  
Da mi pocula mille, deinde centum,  
Dein centum altera, dein secunda centum,  
Dein cum millia multa fecerimus:  
Conturbabimur, ut nec hoc sciamus:  
Nec queri queat impedita lingua.*

## De Caluo &amp; mulo suo.

*Caluus cum vetulo hinnulo senex se  
Cimex pumilione comparabat.  
Centum annos simul ambo computarunt.  
Vnum hoc: cætera conuenire nolunt.  
Hic abstemius, ille remulentus:*

Hic vinum sibi, ducit illum ad amnem:  
 Hic edentulus, ille sesquidentur:  
 Calvus est furiosus, ille nequam:  
 Sapit pro domino, pro utroque mulus.  
 Mulus pro domino est cævus poeta:  
 Vno claudicat hic pede, hic cerebro.

Theonillam peierantem nihilo  
 fieri deformiorem, aut pau-  
 periorum.

Qui modo fueram peculiaris,  
 Vnus, unicus, unicoque, siquid  
 Penitius penitissimis medullis:  
 Nunc me habet Theonilla segregatum ab  
 Sese, nec misereri habet furoris.  
 At vestri Theonilla Di, ubi sum?  
 Quorum numina peierata gratis  
 Vel cum munere crimen hoc remittunt:  
 Vel cum fœnore gratiam reponunt.

### Lusus Theræ puellæ.

Iam lumen teneri prociæ dæi  
 Crebrescit gremio in senis mariti,  
 Rimans viscera Nerei profundi,  
 Admordens tremula assilitione  
 Largis æquora rorulenta guttis.  
 Thera passere, passerumque cætu  
 Quovis feruidior, salaciorg<sub>3</sub>  
 Nostri prælia sic dirempta obibunt?  
 Illa? sic temere, atque inulta? quin mi  
 Obire hic citius Therilla certum est.  
 Dum fugis mi oculos, tuos requires.

Dum

Dum exhauris mi animam, tuam relinques.  
 Fecit mutua transitus duarum.  
 O, iunges iterum ne separatas,  
 Pressiuncula, in osculatione,  
 Arcto amplexu edera tenaciore?  
 Tum Lux lumine sit superba largo:  
 Ut libet, placeat sibi suisque,  
 Dum obortas mi oculis tuas tenebras  
 Cuius sit pote comparare luci.

### Tumulus Andreæ Alcia- ti Iuriconsulti.

Quæ satis fuit inuidis superstes  
 Pura dictio, nobilis, diserta,  
 Compta carmine melleo poesie:  
 Ingens cognitio erudita rerum,  
 Iuris regula iusta, lexque legum  
 Immortalibus explicata pennis  
 Virorum beat ora doctiorum.  
 Nil sunt cætera que capit sepulchrum.  
 Immensis meritis uterq<sub>3</sub> utrique  
 Incumbunt duo, mutuoque certant  
 Vix totus decus orbis Alciati.  
 Totius decus orbis Alciatus.

### De amoris sæuitia.

Curam sanus amor fugat quietem.  
 Sanum sana fugatq<sub>3</sub> cura amorem.  
 Amor pervigilem vigil quietem:  
 Pervigil vigilemque cura amorem.  
 Quam præclare agitur me as me arum  
 Curarum mea cura vindicatrix

*Curas perdere si potest: meisque  
Flammæ flamma meæ perire flammis  
Atq; ignis me as ignium meorum.*

De furum sui temporis mul-  
titudine.

*Furax progenies recens, vetusta,  
Nostris temporibus, paterna, auia,  
Fur uxor sine fine, fur maritus.  
Fures filius hic, & hic, & ille,  
Quis furacior est, fuitq; curant.  
Quis furacior est, eritq; certant.  
Furacissima tempora hæc triumphant.  
Quare progenies quoque hæc triumphat.*

De Vitellia.

*Si quis versiculos meos minutos,  
Si quis candidulam meam Thalia  
Mollem molliculam atque mollicellam  
Comptam stemmate, crine, purpurilla,  
Phœnomeride byssina: sed illa  
Digna pectore virginis Minerva,  
Roget blandulus ore curioso  
Quonam tendat iter suum pudicum,  
Quonam cogitet, aut peiat penates?  
Flore nectaris hæc canat Thalia.  
Sacra ad tecta Vitellæ beate,  
Augustos ad Apollinis recessus.  
Idem nanque Vitellia atque Musa,  
Idem nanq; Vitellia atque Apollo,  
Idem Castalis & sinus biuertex,  
Augustiq; Vitellia penates.*

Rore

*Rore nectaris hæc canat Thalia,  
Canant molliculi minutuliq;  
Nani versiculi esse se minutos.  
Grandes posse nec esse de minutis  
Se, nisi in gremio Vitelliano.*

Canescere, & curuum ter-  
ram obrueri.

*Satis, iam satis est, procax libelle.  
Sat lusus, satis est facetiarum.  
Non vides, quibus hoc senis iocosi  
Oblivum caput albicat pruinis?  
Tum manus trepida, at graves ocelli  
Prisca tergora duriora matris  
Conspicantur originem vetustam,  
Communemque domum tenebricosam.  
Valete o Superi, o foci valete.  
Valete o Veneres, Cupidinesque:  
O nostri memores valete Amores.  
Quos cum Manibus optimi Poeta,  
Feci pessimus omnium poeta  
In calum lepido volare versu.*

FINIS.

